

LIBER ANTIPHONARIUS


PRO DIURNIS HORIS

N° 820

ANTIPHONALE


SACROSANCTAE
ROMANAE ECCLESIAE
PRO DIURNIS HORIS

A PIO PAPA X. RESTITUTUM ET EDITUM
ET
SS. D. N. BENEDICTI XV.
AUCTORITATE RECOGNITUM ET VULGATUM
AD EXEMPLAR EDITIONIS TYPICAE CONCINNATUM
ET RHYTHMICIS SIGNIS A SOLESMENSIBUS MONACHIS
DILIGENTER ORNATUM



TYPIS SOCIETATIS S. JOANNIS EVANG.
DESCLÉE & SOCI
S. Sedis Apostolicae et S. Rituum Congregationis Typographi
PARISIIS, TORNACI, ROMAЕ

1949



CAROLUS MARIA HIMMER

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

EPISCOPUS TORNACENSIS

Omnibus has visuris salutem in Domino.



UM juxta tenorem authenticorum S. R. C. decretorum et ad normam Canonis 1390, nulli typographo fas sit librorum liturgicorum in totum vel ex parte editionem suscipere vel evulgare, nisi prius eam Ordinarius loci declaratione munierit, qua de perfecta ejus concordantia cum archetypis Romanis exemplaribus constet; hinc est quod Nos dilectis Filiis Desclée et Sociis in hac nostra civitate Tornacensi, novam editionem parantibus, censores in cantu gregoriano peritos deputavimus, qui collatione facta diligentissime testarentur illam cum authentico suo Originali rite omnino convenire.

Oblatum vero opus absolutum cui titulus : *Antiphonale Sacrosanctae Ecclesiae Romanae pro Diurnis Horis, etc. rhythmicis signis a Solesmensibus Monachis diligenter ornatum*, postquam, ex praedictorum censorum testimonio in scriptis obtento, fuimus legitime informati illud cum Editione Vaticana ad amussim concordare, excusum approbavimus evulgandique licentiam dedimus, prout per praesentes approbamus ac licentiam damus.

In quorum fidem hasce litteras subsignavimus, sigilloque nostro ac Secretarii nostri chirographo muniri fecimus, Tornaci, die 21^a mensis Junii anno MCMXLIX.

✠ CAROLUS MARIA

Ep. Tornacen.

L. † S.

De mandato Ex^{mi} ac R^{mi} DD. Episcopi :

J. GHISLAIN Can. a Secret.

Omnia jura vindicabimus tam in universam nostram excogitandi scribendique rhythmum rationem quam in carmina quae non inveniuntur in vaticana editione sed ex Solesmensibus libris excerpta sunt.

DESCLÉE & SOCII.

Copyright 1924 by DESCLÉE & Co., Tournai.

DECRETUM.



ANTIPHONALE diurnum Sacrosanctae Ecclesiae Romanae, ad normam Constitutionis Apostolicae « *Divino afflatu* » diei 1 Novembris MCMXI iuxta novum psalterii cursum diligenter dispositum et subsequendum Sacrae Rituum Congregationis decretorum denuo reformatum, typis Vaticanis feliciter prodit. Cum autem cantum gregorianum exhibeat vel a Patribus acceptum vel, ubi opus erat, eodem stylo concinnatum iuxta Apostolicas Litteras a Pio Papa X Motu proprio datas die xxv Aprilis MCMIV, Sacra Rituum Congregatio hanc ipsam editionem uti typicam ab omnibus Romanae Ecclesiae ritu utentibus habendam esse declarat, atque decernit ut in posterum melodiae gregorianae in futuris editionibus contentae, praedictae typicae editioni sint conformandae, quin derogetur ipsius Sacrae Rituum Congregationis decretis datis diebus xi Aprilis MCMXI, n. 4263 *super editione Vaticana eiusque reproductione quoad libros liturgicos gregorianos*, viii Iulii MCMXII *circa modulandas monosyllabas vel hebraicas voces in lectionibus, versiculis et psalmis* et xiv Maii MCMXV *de syllabis hypermetricis in cantu hymnorum*.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die xxviii Octobris MCMXIX.

✠ A. Card. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

ALEXANDER VERDE, *Secretarius*.

Decreta, quibus non derogatur per typicam Antiphonalis Romani editionem, hic addere in gratiam Lectoris Editoribus visum est.

DECRETUM

*seu declaratio super editione Vaticana ejusque reproductione
quoad libros liturgicos gregorianos.*

Cum postulatum fuerit, an Episcopi possint propriam approbationem donare libris cantus gregoriani, melodias Vaticanae editionis adamussim reproductas continentibus, sed cum signorum rhythmicorum indicatione, privata auctoritate additorum?

Sacra Rituum Congregatio, ad majorem declarationem Decreti n. 4259, 25 Januarii vertentis anni, respondendum censuit :

Editionibus in subsidium scholarum cantorum, signis rhythmicis, uti vocant, privata auctoritate ornatis, poterunt Ordinarii, in sua quisque Dioecesi, apponere *Imprimatur*, dummodo constet, cetera, quae in Decretis Sacrae Rituum Congregationis injuncta sunt, quoad cantus gregoriani restaurationem, fuisse servata.

Quam resolutionem Sanctissimo Domino nostro Pio Papae X, per Sacrorum Rituum Congregationis Secretarium relatam, Sanctitas Sua ratam habuit et probavit.

Die 11 Aprilis 1911. (n. 4263. Vol. VI., p. 114. Decret. authent. S. R. C.)

DECRETUM

*circa modulandas monosyllabas vel hebraicas voces in lectionibus,
versiculis et psalmis.*

A quibusdam cantus gregoriani magistris Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione expositum fuit; nimirum :

An in cantandis Lectionibus et Versiculis, praesertim vero in Psalmorum mediantibus ad asteriscum, quando vel dictio monosyllaba vel hebraica vox occurrit, immutari possit clausula, vel cantilena proferri sub modulatione consueta?

Et Sacra eadem Congregatio, approbante Sanctissimo Domino nostro Pio Papa X, rescribere statuit : *Affirmative ad utrunque.*

Die 8 Julii 1912.

FR. S. CARD. MARTINELLI, S. R. C. Praefectus.

L. † S.

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., Secretarius.

(Acta Apost. Sedis, Vol. IV., p. 539)

DECRETUM

circa syllabas hypermetricas in cantu hymnorum.

Dubium de syllabis hypermetricis quoad cantum. A Sacra Rituum Congregatione pluries exostulatum fuit : « An regula descripta in Antiphonario Vaticano circa syllabas hypermetricas, quae frequenter occurrunt in cantu hymnorum, scilicet quod ipsae non elidantur, sed distinctae pronuncientur propriaque nota cantentur, stricte et rigorose interpretanda sit, vel e contra liceat etiam ipsas syllabas elidere, praesertim si in praxi id facilius et convenientius censeatur »?

Et Sacra eadem Congregatio, audita specialis Commissionis pro cantu liturgico gregoriano sententia, propositae quaestioni, re sedulo perpensa ita rescribendum censuit : « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam ». Atque ita rescripsit et declaravit die 14 Maii 1915.

A. CARD. VICO, *Pro-Praefectus.*

† Petrus La Fontaine, Patriarcha electus Venetiarum, *Secretarius*
(Acta Apost. Sedis, 1915, fasc. 9, p. 237).

PROOEMIUM.

Gregoriani cantus duae jam sunt in usu notationes : 1° altera antiquior, quae quadrata dicitur : 2° altera recentior. Vides utramque infra.


Necesse est autem musica quaelibet notatio melos rhythmumque significet. Neumae igitur, quam gravi aut acuta voce sonus proferri debeat; rhythmica vero signa, quanto tempore notulae teneantur, et quonam rhythmico cursu incedat melos, significant.

I. — De figuris melodicis, seu neumis.



1° De notularum et neumarum forma.

A. — NOTAE SIMPLICES.






<p>a. <i>Punctum quadratum</i> ■</p> <p>b. <i>Punctum inclinatum</i> ◆</p> <p>c. <i>Virga</i> ▬</p>		<p>d. <i>Apostropha</i> ◊ = ■</p> <p>e. <i>Oriscus</i> ■ = ■</p> <p>f. <i>Quilisma</i> #</p>
--	--	---

Quae omnes notae idem valent, et in recentiore notatione notula  significari possunt.

B. — NEUMAE DUARUM NOTARUM.

<p><i>Pes seu Podatus</i> </p>		<p><i>Clivis</i> </p>
---	--	--





C. — NEUMAE TRIUM NOTARUM.

<p><i>Porrectus</i> </p> <p><i>Scandicus</i> </p>		<p><i>Salicus</i> </p> <p><i>Torculus</i> </p>
<p><i>Climacus</i> </p>		


D. — NEUMAE QUATUOR NOTARUM ET AMPLIUS.

<p><i>Porrectus flexus</i></p> 	<p><i>Torculus resupinus</i></p> 
<p><i>Pes subbipunctis</i></p> 	<p><i>Climacus resupinus</i></p> 

E. — NEUMAE SEMIVOCALES SEU LIQUESCENTES.

<p><i>Epiphonus, seu Podatus liquescens</i></p> 	<p><i>Torculus liquescens</i></p> 
<p><i>Cephalicus, seu Clivis liquescens</i></p> 	<p><i>Ancus, seu Climacus liquescens</i></p> 

2° De notarum duratione et momento.


Omnes simplices gregorianae notulae, cujuscumque sint formae, sive singulae sive in neumis agglutinatae, idem valent ac « tempus primum et indivisibile » (πρῶτος χρόνος, apud Graecos) :  scilicet in recentioris musices notatione. Haec notio de « temporis primi » definita duratione maximi refert, cum in ea tamquam in fundamento suo firmetur rythmus.

Duo sunt vero signa quibus *punctum* et *virga* protrahuntur.

a) *Punctum-mora* (·) eam quam immediate sequitur notulam firme duplicat :



b) *Transversum episema* (-), quod simplicem notulam vel etiam neumam afficere potest, notulam vel singulas hujus neumae notulas paululum producendas esse indicat, quin duplicentur.





Quando transversum episema ultimam vel ultimas incisi aut membri notulas afficit, protractionis et morae unice est signum; si vero notulam vel neumam intra incisi aut membri tramitem afficit, plerumque affectus animi aliquantula soni protractione significat.

Ex seipsis, nec punctum-mora nec transversum episema intensitatem soni indicant.


N. B. — Rectum episema (1) nullatenus ad durationem nec ad intensitatem *ex seipso* attinet, sed est mere signum, typis quidem usurpatum quoties expedit, ad rhythmici divisionem seu rhythmicum ictum, de quo dicitur infra, designandum.

3° De quibusdam praecedentibus signis notatione dignis.

1° *Virga*, cum geminatur, quod saepius accidit, *bivirga* vocatur, et in recentiore notatione notula  significatur, aut duabus notulis sic inter se agglutinatis :




2° *Apostropha* nunquam sola adhibetur; geminata, *distropha* dicitur; trigemina, *tristropha*; et amplius iterari potest :




Singula hujus figurae elementa olim nonnulla vocis reparatione discernebantur; in choro autem canentibus, nostro quidem iudicio, satis erit, si nondum sunt exercitatissimi, uno tenore proferre : sed nihil obstat quin eis addatur, prout res postulaverit, leve *crescendo* aut *decrecendo*. Optimum quidem esset apostropham leniter molliterque *repercutere*, et hic est finis ad quem tendere debent.


Semper vero vocis quadam *repercussione* canenda erit prima quaeque nota tum cujusvis *strophici*, verbi gratia : *a, b, c, d*, tum inferioris neumae, si stat in eodem gradu, verbi gratia : *e, f*.



3° *Oriscus* genus est *apostrophae*, quod neumas claudit, tum in eodem gradu ac ultima praecedentis neumae notula, tum in acutiori chorda :



4° *Quilisma*. Notula haec denticulata nonnisi media inter alias adhibetur, nec a ceteris duratione differt, sed semper *praecedentem* notam aut neumam modice protrahendam esse indicat; cum autem neumam sequitur, longior erit prima hujus neumae notula; imo prior *podati* aut *clivis* notula pro geminata tunc haberi potest. Cf. infra *Sub throno*.



5° *Podatus* ex duabus constat notulis, quarum inferior prior proferenda est.

6° *Porrectus* ex tribus constat, quarum duae priores capita tenent lineae crassae in obliquum ductae.

7° *Scandicus* et *climacus* ambo (necnon *salicus*, de quo dicitur infra), non mutato nomine, ex tribus notulis et amplius constare possunt :



8° *Salicus*. Quem noli, quaeso, cum *scandico* commiscere : in editionibus nostris, recto episemate subter penultimam notulam indicatur, quae ictu rythmico afficitur.

9° *Flexus*. Flexae dicuntur neumae, quae dum in acutum videntur desinere tonum (v. gr. *porrectus*), alia subjuncta notula, ad graviolem *flectuntur*.

Resupinus. Resupinae dicuntur neumae, quae dum in gravem videntur desinere tonum (*torculus*, *climacus*), alia subjuncta notula, ad acutiorem *resurgunt*.

Subpunctis dicuntur neumae, quae in virgam desinentes inclinatis punctis perficiuntur. Si duo adsunt puncta, neuma dicitur *subbipunctis*; si tria, *subtripunctis*, etc.

10° *Notae semivocales seu liquescentes, tenuioribus figuratae notis, reperiuntur cum duae vocales aut quaedam consonantes concurrunt, ut in unum coalescant, v. g. AUTem, Ejus, OMNIS, SANCTUS.*

11° *Pressus est duarum in eodem gradu notularum concursus, quod fit*

a) *puncto ante clivem posito :*



b) *duarum concursu neumarum, dum prioris ultima nota stat in eodem gradu cum prima posterioris :*

<p><i>Podatus</i> et <i>Clivis</i></p>	<p><i>Climacus</i> et <i>Clivis</i></p>
<p><i>Clivis</i> et <i>Clivis</i></p>	<p><i>Scandicus</i> et <i>Climacus</i></p>

Duae notulae in quadrata notatione appositae, cum *pressum* efficiunt, in unicum sonum practice coalescunt, qui duplex efficitur et ictu rhythmico gaudet.

II. — De rhythmio ejusque elementis.

1° De rhythmii partibus.


Rhythmus est, secundum S. Augustinum, « ars bene movendi », et, secundum Platonem, « ordinatio motus ». Haberi potest ut motus quidam ordinatus quo, velut ex operatione vere synthetica, omnes et singulae dictionis syllabae vel musices notulae connexae sunt et quasi concatenatae, aliae aliis subordinatae, ita ut unum quid efficiant, quod *periodus* vocatur.

Haec synthesis partibus constat, magis ac magis amplis velutque comprehensivis, seu motibus in se jam integris, mutua tamen connexione junctis, quos respective vocant « *pedes* » *incisa*, *membra* et *periodos*. Periodus membris, membrum incisus, incisum pedibus seu minimis partibus constituitur; et illae ipsae minimae partes duobus vel tribus simplicibus componuntur elementis, quae sunt « tempora prima et indivisibilia », de quibus supra.

Ideo, tamquam fundamentum rhythmicæ syntheseos, subsunt semper minimæ partes, seu minimi motus quoad essentiam constituti, id est, sublatione et remissione, seu juxta Antiquos *arsi* et *thesi* constantes. Unde assimilari potest rhythmus tum hominis incessui qui per continuos passus procedit, tum fluctui maris qui per undas progreditur, quippe cum passus hominis et undæ maris impulsu quodam et depositione constant. Porro rhythmica thesis non est nisi depositio præcedentis impulsus, vel finis parvi motus et passus. Itaque nullo modo hæc ad vim spectat, sed ad merum rhythmum seu motum.


At vero ipsa thesis illa, quæ singulos rhythmicos passus concludit, et secundo aut tertio quoque simplici tempore recurrit, vocatur etiam « rhythmicus ictus »; et *rectum episema* est unice signum distinctivum, subter (vel rarius supra) notulam sæpe additum, ut facilius discerni possit ubi sint in vocali motu illi ictus rhythmici.

Ita omnia et singula interpunctionis signa inter se ordinata sunt, simulque omnes et singuli rhythmici incessus clare distinguuntur¹, a minimo ad majorem :



- a) finem indicat cantilenæ;
- b) » » periodi;
- c) » » membri;
- d) et e) » » incisi majoris minorisve momenti;
- f) » » incisi minimi (plerumque saltem);
- g) » » passus rhythmici vel minimi motus.

Ad hanc scalam decrescentium signorum ordinatim constitutam nulla ex parte pertinet vis vel intensitas soni, haud amplius in ultimo casu, *g*), quam in *a*). Unius enim ejusdemque ordinis sunt omnia et singula signa, ordinis scilicet motus proprie sumpti; omnia et singula non sunt nisi melodicæ interpunctionis signa. Sic eorum munus est varias cantus distinctiones apte designandi, ita ut in mente clarescat ordo numerosus melodici incessus, quo pedes, incisa, membra et periodi ab invicem discernuntur, et de cetero in melodicam simul ac logicam unitatem coalescunt. Notandum quod, excepto transverso episemate, in antiquis codicibus nullum reperitur ex his signis ut sic.

¹ Virgula  tantum respirationi e superiori notula sumptæ breve tempus concedit.

2° De ictu rhythmico.

Ex his apparet ictum minime melodico accentu vel impulsu constare, nec ejus signum, rectum scilicet episema, majorem validioremque vocem requirere; ut supra dictum est, ictus non ad vim spectat, sed ad merum rhythmum seu motum ordinatum, qui ex ipso carminis cursu notularumque sublacione et depositione proprie constat.

Ictus punctum denuntiat temporis quo, post praevidiam sublacionem, motus rhythmicus deponitur et quasi in terram recidit, ad ibi standum vel, e contra, ad ultro progrediendum. Nam, velut in hominis incessu aut in maris fluctibus, ex ipsa motus praecedentis remissione oriuntur jam primordia impulsiois immediate sequentis, ita ut in ea jungantur et coagmententur rhythmici subsequentes. Aliis verbis, ictus est vinculum et quasi compages, qua committuntur implexa omnia rhythmicae syntheseos elementa.

DE ICTUS RESPECTU AD INTENSITATEM. — Ictus, natura sua, nullam cum intensitate soni connexionem habet; syllabae cui assignatur colorem participat, cum acuta validior, cum paenultima vero vel finali remissior et dulcior. Coeteroquin intensitas, nedum cum unaquaque rhythmici minima parte renovetur, totius membri ambitum suo afficit complexu, ita ut omnia ejus elementa in unum aptius cohaereant.


DE ICTUS RESPECTU AD TONICUM ACCENTUM. — Veluti ab intensitate soni, ita et ab accentu tonico prorsus ictus discerni debet; cum acuta syllaba concurrat vel non concurrat, sicut cantilenae auctori complacuerit : nam, ut omnes norunt, « musica non subjacet regulis Donati ».

Cum autem natura sua nihil aliud sit quam thesis seu depositio rhythmici, et ejus sit unumquemque passum concludere, ictus cum ultima dictionis syllaba facilius convenit. E contra tonicus accentus, qui in latina lingua nunquam in ultima syllaba invenitur, juxta Antiquos potius ad arsim pertinet. Et hoc maxime naturam suam decet, cum sit per se quoad tempus brevis, quoad melodiam acutus, quoad intensitatem potius moderatus et spiritalis : « Accentus, anima vocis »; unde accentus non debet violenter proferri, sed cum suavitate quadam ac temperamento, more avium suspensis alis ad ima volitantium.


DE ICTUS LOCO. — Juxta leges rhythmici naturales, quae apud Antiquos tam in poesi quam in musica servabantur, ictus *secundo aut tertio quoque simplici tempore* semper recurrit. Dum autem in mensurata musica, quae saeculis hodiernis praevaluit, ictus certo et statuto intervallo recurrit, e contra in « rhythmico libero », qui est gregorianae cantilenae proprius rhythmus, *incertis intervallis*


post secundum aliquando, nonnunquam post tertium tempus inveniri potest, ita ut binaria ternariis temporibus libere succedant, auctoris cantilenae arbitrio.


Ictu rhythmico gaudent :


1° omnes notulae recto episemate instructae : 

2° omnes notulae quae soni distinctam productionem¹ requirunt, scilicet :

a) notulae *puncto-mora* instructae : 

b) prima nota cujuscumque *pressus* : 

c) nota quae *quilisma* praecedit : 


3° Prima nota cujuscumque neumae :  nisi

tamen aliquem ictum, aliunde determinatum, immediate praecedat vel sequatur, cum ictus ictum continuo numquam sequatur.

N. B. — In syllabico cantu, ictus cum ultima dictionis syllaba, et item cum dactylicorum verborum accentu tonico facilius convenit, nisi aliter notetur vel aliud suggerat contextus.

In Antiphona sequenti, asterico discerni potest quales notulae juxta praecedentem regulam, ictu rhythmico afficiuntur :

1	2	3	4	5	6	7	8	9
*	*	*	*	*	*	*	*	*



Sit no- men Dó- mi- ni be- ne- dí- ctum in saé- cu- la.

Ictus 2 et 8 recto episemate indicantur (1°)

Ictus 4 et 9 puncto-mora » (2° a)

Ictus 1, 3, 5, 6, 7 prima neumae notula (3°)

Ex quo apparet ictus rhythmicos persaepe sola neumatica notatione indicari, quin recto episemate signari indigeant; rectum episema notulis tantummodo additum est ubi ex notatione ipsa non satis dilucide ictus discerni potest. Unde ex se ictus rhythmi-

¹ Notandum quod transversum episema (-) minime *ex seipso* rhythmicum ictum indicat, cum non soni materialem et quasi crassam durationem, sed potius levem motus variationem et quamdam vocis rotunditatem significet, quibus, ut supra dictum est, affectus animi exprimentur.

recto episemate signati neque aliis validiores neque majoris momenti sunt, sed simpliciter signo speciali instructi quo facilius discerni possint.

Singuli vero eorum momentum proprium habent, et ad incisi aut membri *generalem arsim vel thesim*, de quibus agitur infra, pertinent, juxta syllabam ad quam referuntur et locum quem in melodica linea obtinent.

3° De rhythmica synthesisi.

Omnes rhythmici partes, — pedes scilicet, incisa, membra, periodi — concurrere debent in ordine ut rhythmicam synthesisi efficiant, ad quam ordinantur et propter quam exstant. Quapropter singulae earum, ad unum intus redactae, mutua connexioni committi debent.

Incisa enim, membra et periodi, quemadmodum minimi passus, arsi et thesi, majoris quidem momenti, constant, quas *protasim* et *apodosim* vocant. In inciso passibus, in membro incisis, in periodo membris constituuntur protasis et apodosis, et centro quodam determinantur ad quod illa tendit vel ex quo haec deducitur : quod centrum cum apice melodico plerumque convenit, et de caetero variis lineae intensivae crescentis vel decrescentis conversionibus clarius elucet. Quibus autem modis synthesis haec efficienda sit, apud probatos auctores qui de rhythmico et de cantu gregoriano scripserunt invenitur ¹.

Denique omnes et singulae rhythmici partes, pro suo quaeque momento, signis et pausis quibusdam rite accommodatis distinguuntur. De signis quidem in cantu gregoriano usurpatis, superius dictum est, p. viii;

De pausis vero et respirationibus, haec breviter dicere juvabit :

in ictu rhythmico seu in fine minimi passus (*ibid.*, *g*), nec protractio nec respiratio fieri debet;

in fine incisi, ultima nota aliquamdiu protrahitur (*f*, *e*), vel duplicatur (*d*), sed ibi respirare non licet aut vix conceditur;

in fine membri (*c*), plerumque respirationi indulgendum est, quod fit sub ultimae notae duratione;

in fine periodi (*b*), diutius moratur et interdum necesse est respirare : quod in recentiori notatione signo ¶ indicatur, ante aut post interpunctionis lineam posito, prout res postulat;

¹ Cf. prae caeteris *Le Nombre Musical gregorien ou Rhythmique gregorienne, theorie et pratique*, par le R. P. ANDRÉ MOCQUEREAU.

in fine tandem cantilenae (a), aliquali remissione motus ultima pausa praeparatur.

Ut exemplo illustrentur monita superius data, proponitur haec sequens antiphona cum variis suae rhythmicae syntheseos elementis distincte distributis. Solius periodi protasis et apodosis hic expresse delineatae sunt; in membris vero et incisus, crescentis vel decrescentis intensitatis signis implicite exprimuntur.

Diagram illustrating the rhythmic structure of the antiphona. The notation shows a single staff with square neumes. Above the staff, there are four levels of rhythmic diagrams. The top level is a long horizontal line labeled "Periodus". Below it, two lines are labeled "Protasis" and "Apodosis". The next level shows two lines labeled "Membrum". The bottom level shows three lines labeled "Incisum". Asterisks are placed below the staff at various points corresponding to the rhythmic divisions.

Di-xit Dómi-nus Dó-mi-no me-o : Sede a déxtris me-is.

Diagram illustrating the rhythmic structure of the antiphona. The notation shows a single staff with square neumes. Above the staff, there are four levels of rhythmic diagrams. The top level is a long horizontal line labeled "Periodus". Below it, two lines are labeled "Protasis" and "Apodosis". The next level shows two lines labeled "Membrum". The bottom level shows three lines labeled "Incisum".

Bene ómni-a fecit : surdos fe-cit audí-re, et mutos loqui.

N. B. — Servandae sunt praecedentes regulae in omnibus gregorianis Ecclesiae cantilenis : Antiphonis, Responsoriis, Hymnis, etc.

TABELLA FESTORUM MOBILIIUM

ANNO DOM.	LITTERÆ DOMINICALES	SEPTUAGESIMA	DIES CINERUM	PASCHA	ASCENSIO	PENTECOSTES	CORPUS CHRISTI	DOMINICÆ POST PENT.	DOMINICA I ADVENTUS
1949	b	13 Febr.	2 Mart.	17 Apr.	26 Maii	5 Junii	16 Junii	24	27 Nov.
1950	A	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.	18 Maii	28 Maii	8 Junii	26	3 Dec.
1951	e	21 Jan.	7 Febr.	25 Mart.	3 Maii	13 Maii	24 Maii	28	2 Dec.
1952	f e	10 Febr.	27 Febr.	13 Apr.	22 Maii	1 Junii	12 Junii	25	30 Nov.
1953	d	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.	14 Maii	24 Maii	4 Junii	26	29 Nov.
1954	c	14 Febr.	3 Mart.	18 Apr.	27 Maii	6 Junii	17 Junii	24	28 Nov.
1955	b	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.	19 Maii	29 Maii	9 Junii	25	27 Nov.
1956	A g	29 Jan.	15 Febr.	1 Apr.	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2 Dec.
1957	f	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.	30 Maii	9 Junii	20 Junii	24	1 Dec.
1958	e	2 Febr.	19 Febr.	6 Apr.	15 Maii	25 Maii	5 Junii	26	30 Nov.
1959	d	25 Jan.	11 Febr.	29 Mart.	7 Maii	17 Maii	28 Maii	27	29 Nov.
1960	c b	14 Febr.	2 Mart.	17 Apr.	26 Maii	5 Junii	16 Junii	24	27 Nov.
1961	A	29 Jan.	15 Febr.	2 Apr.	11 Maii	21 Maii	1 Junii	27	3 Dec.
1962	g f	18 Febr.	7 Mart.	22 Apr.	31 Maii	10 Junii	21 Junii	24	2 Dec.
1963	f	10 Febr.	27 Febr.	14 Apr.	23 Maii	2 Junii	13 Junii	25	1 Dec.
1964	e d	26 Jan.	12 Febr.	29 Mart.	7 Maii	17 Maii	28 Maii	27	29 Nov.
1965	c	14 Febr.	3 Mart.	18 Apr.	27 Maii	6 Junii	17 Junii	24	28 Nov.
1966	b	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.	19 Maii	29 Maii	9 Junii	25	27 Nov.
1967	A	22 Jan.	8 Febr.	26 Mart.	4 Maii	14 Maii	25 Maii	28	3 Dec.
1968	g f	11 Febr.	28 Febr.	14 Apr.	23 Maii	2 Junii	13 Junii	25	1 Dec.
1969	e	2 Febr.	19 Febr.	6 Apr.	15 Maii	25 Maii	5 Junii	26	30 Nov.
1970	d	25 Jan.	11 Febr.	29 Mart.	7 Maii	17 Maii	28 Maii	27	29 Nov.
1971	c	7 Febr.	24 Febr.	11 Apr.	20 Maii	30 Maii	10 Junii	25	28 Nov.
1972	b A	30 Jan.	16 Febr.	2 Apr.	11 Maii	21 Maii	1 Junii	27	3 Dec.
1973	g f	18 Febr.	7 Mart.	22 Apr.	31 Maii	10 Junii	21 Junii	24	2 Dec.
1974	f	10 Febr.	27 Febr.	14 Apr.	23 Maii	2 Junii	13 Junii	25	1 Dec.
1975	e	26 Jan.	12 Febr.	30 Mart.	8 Maii	18 Maii	29 Maii	27	30 Nov.
1976	d c	15 Febr.	3 Mart.	18 Mart.	27 Maii	6 Junii	17 Junii	24	28 Nov.
1977	b	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.	19 Maii	29 Maii	9 Junii	25	27 Nov.
1978	A	22 Jan.	8 Febr.	26 Mart.	4 Maii	14 Maii	25 Maii	28	3 Dec.
1979	g	11 Febr.	28 Febr.	15 Apr.	24 Maii	3 Junii	14 Junii	25	2 Dec.
1980	f e	3 Febr.	20 Febr.	6 Apr.	15 Maii	25 Maii	5 Junii	26	30 Nov.
1981	d	15 Febr.	4 Mart.	19 Apr.	28 Maii	7 Junii	18 Junii	24	29 Nov.
1982	c	7 Febr.	24 Febr.	11 Apr.	20 Maii	30 Maii	10 Junii	25	28 Nov.
1983	b	30 Jan.	17 Febr.	3 Apr.	12 Maii	22 Maii	2 Junii	26	27 Nov.
1984	A g	19 Febr.	7 Mart.	22 Apr.	31 Maii	10 Junii	21 Junii	24	2 Dec.

KALENDARIUM PERPETUUM.

Januarius.

A	Kal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI et Octava Nativitatis. <i>Duplex II. classis.</i> <i>Dominica inter Circumcisionem et Epiphaniam. Ss. NOMINIS JESU. Duplex II. classis.</i>
b	iv	2	Octava S. Stephani Protomart. <i>Simplex.</i>
c	iiij	3	Octava S. Joannis Apost. et Evang. <i>Simplex.</i>
d	Prid.	4	Octava SS. Innocentium Martyrum. <i>Simplex.</i>
e	Non.	5	Vigilia Epiphaniae. <i>Semiduplex. Comm. S. Telesphori Papae Martyris.</i>
f	viiij	6	EPIPHANIA DOMINI. <i>Duplex I. classis cum Octava privilegiata II. ordinis.</i> <i>Dominica infra Octavam Epiphaniae. S. Familiae Jesu, Mariae, Joseph. Duplex majus. Commem. Dominicae et Octavae.</i>
g	vij	7	De Octava Epiphaniae. <i>Semiduplex.</i>
A	vj	8	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
b	v	9	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
c	iv	10	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
d	iiij	11	De Octava. <i>Semiduplex. Comm. S. Hygini Papae Martyris.</i>
e	Prid.	12	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
f	Idib.	13	Octava Epiphaniae. <i>Duplex majus.</i>
g	xix	14	S. Hilarii Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Comm.</i> <i>S. Felicis Presbyteri Martyris.</i>
A	xviiiij	15	S. Pauli primi Eremitae Conf. <i>Duplex. Comm. S. Mauri Abb.</i>
b	xvij	16	S. Marcelli I. Papae Mart. <i>Semiduplex.</i>
c	xvj	17	S. Antonii Abbatis. <i>Duplex.</i>
d	xv	18	Cathedra S. Petri Romae. <i>Dupl. majus. Comm. S. Pauli Ap., ac S. Priscae Virginis et Martyris.</i>
e	xiv	19	SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum Martyrum. <i>Simpl. Comm. S. Canuti Regis, Martyris.</i>
f	xiiij	20	SS. Fabiani Papae et Sebastiani Mart. <i>Duplex.</i>
g	xij	21	S. Agnetis Virginis et Martyris. <i>Duplex.</i>
A	xj	22	SS. Vincentii et Anastasii Martyrum. <i>Semiduplex.</i>
b	x	23	S. Raymundi de Peñafort Conf. <i>Semidupl. Comm. S. Emerentianae Virginis et Martyris.</i>
c	ix	24	S. Timothei Episc. Martyris. <i>Duplex.</i>
d	viiij	25	Conversio S. Pauli Ap. <i>Dupl. majus. Comm. S. Petri Ap.</i>
e	vij	26	S. Polycarpi Episc. Martyris. <i>Duplex.</i>
f	vj	27	S. Joannis Chrysostomi Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
g	v	28	S. Petri Nolasci Conf. <i>Dupl. Com. S. Agnetis Virg. et Mart. sec.</i>
A	iv	29	S. Francisci Salesii Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
b	iiij	30	S. Martinæ Virginis et Martyris. <i>Semiduplex.</i>
c	Prid.	31	S. Joannis Bosco Conf. <i>Duplex.</i>

Februarius.

d	Kal.	1	S. Ignatii Episc. Mart. <i>Duplex.</i>
e	iv	2	PURIFICATIO B. MARIAE VIRGINIS. <i>Duplex II. classis.</i>
f	iiij	3	S. Blasii Episc. Mart. <i>Simplex.</i>
g	Prid.	4	S. Andreae Corsini Episc. Conf. <i>Duplex.</i>
A	Non.	5	S. Agathae Virginis et Martyris. <i>Duplex.</i>
b	viiij	6	S. Titi Episc. Conf. <i>Duplex. Comm.</i> S. Dorotheae Virginis et Martyris.
c	vij	7	S. Romualdi Abbatis. <i>Duplex.</i>
d	vj	8	S. Joannis de Matha Conf. <i>Duplex.</i>
e	v	9	S. Cyrilli Episc. Alexandrini Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Comm.</i> S. Apolloniae Virginis et Martyris.
f	iv	10	S. Scholasticae Virginis. <i>Duplex.</i>
g	iiij	11	Apparitionis B. M. V. Immaculatae. <i>Duplex majus.</i>
A	Prid.	12	SS. Septem Fundatorum Ord. Servorum B. M. V., Cc. <i>Duplex.</i>
b	Idib.	13	
c	xvj	14	S. Valentini Presbyteri Martyris. <i>Simplex.</i>
d	xv	15	SS. Faustini et Jovitae Martyrum. <i>Simplex.</i>
e	xiv	16	
f	xiiij	17	
g	xij	18	S. Simeonis Episcopi Martyris. <i>Simplex.</i>
A	xj	19	
b	x	20	
c	ix	21	
d	viiij	22	Cathedra S. Petri Antiochiae. <i>Dupl. maj. Comm.</i> S. Pauli Ap.
e	vij	23	S. Petri Damiani Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Dupl. Comm.</i> Vigiliae.
f	vj	24	S. MATTHIAE APOSTOLI. <i>Duplex II. classis.</i>
g	v	25	
A	iv	26	
b	iiij	27	S. Gabrielis a Virgine perdolente Conf. <i>Duplex.</i>
c	Prid.	28	

In anno bissextili mensis Februarius est dierum 29., et Festum S. Matthiae celebratur die 25. Februarii, ac Festum S. Gabrielis a Virg. perdolente die 28 Februarii, et bis dicitur Sexto Kalendas, id est die 24. et die 25.; et littera Dominicalis, quae assumpta fuit in mense Januario, mutatur in praecedentem; ut, si in Januario littera Dominicalis fuerit A, mutetur in praecedentem, quae est g, etc. littera f bis servit. 24. et 25.

Martius.

d	Kal.	1	
e	vj	2	
f	v	3	
g	iv	4	S. Casimiri Conf. <i>Semid. Comm.</i> S. Lucii I. Papae Mart.
A	iiij	5	

Kalendarium perpetuum.

xxj.

b	Prid.	6	SS. Perpetuae et Felicitatis Martyrum. <i>Duplex.</i>
c	Non.	7	S. Thomae de Aquino Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
d	viii	8	S. Joannis de Deo Conf. <i>Duplex.</i>
e	vij	9	S. Franciscae Romanae, Viduae. <i>Duplex.</i>
f	vj	10	SS. Quadraginta Martyrum. <i>Semiduplex.</i>
g	v	11	
A.	iv	12	S. Gregorii I. Papae, Conf. et Eccl. Doctoris. <i>Duplex.</i>
b	iii	13	
c	Prid.	14	
d	Idib.	15	
e	xviij	16	
f	xvj	17	S. Patricii Episc. Conf. <i>Duplex.</i>
g	xv	18	S. Cyrilli Ep. Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
A	xiv	19	S. JOSEPH, Sponsi B. M. V., Conf. <i>Duplex I. classis.</i>
b	xiii	20	
c	xij	21	S. Benedicti Abbatis. <i>Duplex majus.</i>
d	xj	22	
e	x	23	
f	ix	24	S. Gabrielis Archangeli, <i>Duplex majus.</i>
g	viii	25	ANNUNTIATIO B. MARIAE V. <i>Duplex I. classis.</i>
A	vij	26	
b	vj	27	S. Joannis Damasceni Conf. et Ecclesiae Doctoris. <i>Duplex.</i>
c	v	28	S. Joannis a Capistrano Conf. <i>Semiduplex.</i>
d	iv	29	
e	iii	30	
f	Prid.	31	

Feria VI. post Dom. Passionis. Septem Dolorum B. Mariae Virginis. Duplex majus. Comm. Feriae.

Aprilis.

g	Kal.	1	
A	iv	2	S. Francisci de Paula Conf. <i>Duplex.</i>
b	iii	3	
c	Prid.	4	S. Isidori Episc. Conf. et Eccl. Doctoris. <i>Duplex.</i>
d	Non.	5	S. Vincentii Ferrerii Conf. <i>Duplex.</i>
e	viii	6	
f	vij	7	
g	vj	8	
A	v	9	
b	iv	10	
c	iii	11	S. Leonis I. Papae, Conf. et Eccl. Doctoris. <i>Duplex.</i>
d	Prid.	12	
e	Idib.	13	S. Hermenegildi Martyris. <i>Semiduplex.</i>
f	xviii	14	S. Justini Mart. <i>Duplex. Comm.</i> SS. Tiburtii, Valeriani et Maximi Martyrum.
g	xvij	15	

xxij.

Kalendarium perpetuum.

A	xvj	16	
b	xv	17	S. Aniceti I. Papae Martyris. <i>Simplex.</i>
c	xiv	18	
d	xiiij	19	
e	xij	20	
f	xj	21	S. Anselmi Episc. Conf. et Eccl. Doctoris. <i>Duplex.</i>
g	x	22	SS. Soteris et Caji Pontif. Mart. <i>Semiduplex.</i>
A	ix	23	S. Georgii Martyris. <i>Semiduplex.</i>
b	viiij	24	S. Fidelis a Sigmaringa Martyris. <i>Duplex.</i>
c	vij	25	S. MARCI EVANGELISTAE. <i>Duplex II. classis.</i>
d	vj	26	SS. Cleti et Marcellini Pontif. Martyrum. <i>Semiduplex.</i>
e	v	27	S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
f	iv	28	S. Pauli a Cruce Conf. <i>Dupl. Comm.</i> S. Vitalis Martyris.
g	iiij	29	S. Petri Martyris. <i>Duplex.</i>
A	Prid.	30	S. Catharinae Senensis Virginis. <i>Duplex.</i>
			<i>Feria IV. infra Hebdomadam II. post Octavam Paschae.</i>
			SOLEMNITAS S. JOSEPH, Sponsi B. M. V., Conf. et Eccl. univers. Patroni. <i>Dupl. I. cl. cum Octava communi.</i>
			<i>Feria IV. infra Hebdomadam III. post Octavam Paschae.</i>
			Octava S. Joseph. <i>Duplex majus.</i>

Maius.

b	Kal.	1	SS. PHILIPPI ET JACOBI APOSTOLORUM. <i>Duplex II. classis.</i>
c	vj	2	S. Athanasii Episc. Conf. et Eccl. Doctoris. <i>Duplex.</i>
d	v	3	INVENTIO S. CRUCIS. <i>Dupl. II. cl. Comm.</i> SS. Alexandri I. Papae, et Soc. Martyrum, ac S. Juvenalis Episc. Conf.
e	iv	4	S. Monicæ Viduae. <i>Duplex.</i>
f	iiij	5	S. Pii V. Papae Conf. <i>Duplex.</i>
g	Prid.	6	S. Joannis Ap. ante Portam Latinam. <i>Duplex majus.</i>
A	Non.	7	S. Stanislai Episc. Martyris. <i>Duplex.</i>
b	viiij	8	Apparitio S. Michaelis Archangeli. <i>Duplex majus.</i>
c	vij	9	S. Gregorii Nazianzeni Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
d	vj	10	S. Antonini Episc. Conf. <i>Dupl. Comm.</i> SS. Gordiani et Epimachi Martyrum.
e	v	11	
f	iv	12	SS. Nerei, Achillei et Domitillae Virginis, atque Pancratii Martyrum. <i>Semiduplex.</i>
g	iiij	13	S. Roberti Bellarmino Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
A	Prid.	14	S. Bonifatii Martyris. <i>Simplex.</i>
b	Idib.	15	S. Joannis Baptistae de la Salle Conf. <i>Duplex.</i>
c	xvij	16	S. Ubaldi Episc. Conf. <i>Semiduplex.</i>
d	xvj	17	S. Paschalis Baylon Conf. <i>Duplex.</i>
e	xv	18	S. Venantii Martyris. <i>Duplex.</i>
f	xiv	19	S. Petri Coelestini Papae Conf. <i>Dupl. Comm.</i> S. Pudentianae Virginis.
g	xiiij	20	S. Bernardini Senensis Conf. <i>Semiduplex.</i>

Kalendarium perpetuum.

xxiij.

A	xij	21	
b	xj	22	
c	x	23	
d	ix	24	
e	viiij	25	S. Gregorii VII. Papae Conf. <i>Duplex. Comm.</i> S. Urbani I. Papae Martyris.
f	vij	26	S. Philippi Nerii Conf. <i>Duplex. Comm.</i> S. Eleutherii Papae Martyris.
g	vj	27	S. Bedae Venerabilis Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Comm.</i> S. Joannis I. Papae Martyris.
A	v	28	S. Augustini Episc. Conf. <i>Duplex.</i>
b	iv	29	S. Mariae Magdalenae de Pazzis Virg. <i>Semiduplex.</i>
c	iiij	30	S. Felicis I. Papae Martyris. <i>Simplex.</i>
d	Prid.	31	S. Angelae Mericiae Virg. <i>Dupl. Comm.</i> S. Petronillae Virg.

Junius.

e	Kal.	1	
f	iv	2	SS. Marcellini, Petri atque Erasmi Martyrum. <i>Simplex.</i>
g	iiij	3	
A	Prid.	4	S. Francisci Caracciolo Conf. <i>Duplex.</i>
b	Non.	5	S. Bonifatii Episc. Martyris. <i>Duplex.</i>
c	viiij	6	S. Norberti Episc. Conf. <i>Duplex.</i>
d	vij	7	
e	vj	8	
f	v	9	SS. Primi et Feliciani Martyrum. <i>Simplex.</i>
g	iv	10	S. Margaritae Reginae, Viduae. <i>Semiduplex.</i>
A	iiij	11	S. Barnabae Apostoli. <i>Duplex majus.</i>
b	Prid.	12	S. Joannis a S. Facundo Conf. <i>Dupl. Comm.</i> SS. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii Martyrum.
c	Idib.	13	S. Antonii de Padua Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
d	xviiij	14	S. Basilio Magni Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
e	xviij	15	SS. Viti, Modesti atque Crescentiae Martyrum. <i>Simplex.</i>
f	xvj	16	
g	xv	17	
A	xiv	18	S. Ephraem Syri Diac., Conf. et Eccl. Doct., <i>Duplex. Comm.</i> SS. Marci et Marcelliani Mm.
b	xiiij	19	S. Julianae de Falconeriis Virginis. <i>Dupl. Comm.</i> SS. Gervasii et Protasii Martyrum.
c	xij	20	S. Silverii Papae Martyris. <i>Simplex.</i>
d	xj	21	S. Aloisii Gonzagae Conf. <i>Duplex.</i>
e	x	22	S. Paulini Episc. Conf. <i>Duplex.</i>
f	ix	23	Vigilia.
g	viiij	24	NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTAE. <i>Duplex I. classis cum Octava communi.</i>

A	vij	25	S. Gulielmi Abbatis. <i>Duplex. Comm.</i> Octavae.
b	vj	26	SS. Joannis et Pauli Martyrum. <i>Duplex. Comm.</i> Octavae.
c	v	27	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
d	iv	28	S. Irenaei Episc. et Mart. <i>Duplex. Comm.</i> Octavae et Vigiliae.
e	ijj	29	SS. PETRI ET PAULI APOSTOLORUM. <i>Duplex I. classis cum Octava communi.</i>
f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli Apostoli. <i>Duplex majus. Comm.</i> S. Petri Apostoli et Octavae S. Joannis Baptistae.

Julius.

g	Kal.	1	PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. J. C. <i>Duplex I. classis. Comm.</i> diei Octavae S. Joannis Baptistae.
A	vj	2	VISITATIO B. M. V. <i>Duplex II. classis. Comm.</i> SS. Processi et Martiniani Martyrum.
b	v	3	S. Leonis II. Papae et Conf. <i>Semiduplex. Comm.</i> Octavae.
c	iv	4	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
d	ijj	5	S. Antonii Mariae Zaccaria Conf. <i>Duplex. Comm.</i> Octavae.
e	Prid.	6	Octava SS. Petri et Pauli Apostolorum. <i>Duplex majus.</i>
f	Non.	7	SS. Cyrilli et Methodii Episc. Conf. <i>Duplex.</i>
g	vijj	8	S. Elisabeth Reginae, Viduae. <i>Semiduplex.</i>
A	vij	9	
b	vj	10	SS. Septem Fratrum Martyrum et SS. Rufinae et Secundae Virginum et Martyrum. <i>Semiduplex.</i>
c	v	11	S. Pii I. Papae Martyris. <i>Simplex.</i>
d	iv	12	S. Joannis Gualberti Abbatis. <i>Duplex. Comm.</i> SS. Naboris et Felicis Martyrum.
e	ijj	13	S. Anacleti Papae Mart. <i>Semiduplex.</i>
f	Prid.	14	S. Bonaventurae Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
g	Idib.	15	S. Henrici Imperatoris, Conf. <i>Semiduplex.</i>
A	xvij	16	Commemoratio B. Mariae Virginis de Monte Carmelo. <i>Duplex majus.</i>
b	xvj	17	S. Alexii Conf. <i>Semiduplex.</i>
c	xv	18	S. Camilli de Lellis Conf. <i>Dupl. Comm.</i> SS. Symphorosae et septem Filiorum ejus Martyrum.
d	xiv	19	S. Vincentii a Paulo Conf. <i>Duplex.</i>
e	xijj	20	S. Hieronymi Aemiliani Conf. <i>Dupl. Comm.</i> S. Margaritae Virg. et Mart.
f	xij	21	S. Praxedis Virginis. <i>Simplex.</i>
g	xj	22	S. Mariae Magdalenae Poenitentis. <i>Duplex.</i>
A	x	23	S. Apollinaris Episc. Mart. <i>Dupl. Comm.</i> S. Liborii Ep. Conf.
b	ix	24	Vigilia. <i>Comm.</i> S. Christinae Virg. et Mart.
c	vijj	25	S. JACOBI APOSTOLI. <i>Dupl. II. cl. Comm.</i> S. Christophori Mart.
d	vij	26	S. ANNAE MATRIS B. M. V. <i>Duplex II. classis.</i>

Kalendarium perpetuum.

xxv.

e	vj	27	S. Pantaleonis Martyris. <i>Simplex.</i>
f	v	28	SS. Nazarii et Celsi Martyrum, Victoris I. Papae Mart. ac Innocentii I. Papae Conf. <i>Semiduplex.</i>
g	iv	29	S. Marthae Virg. <i>Semid. Comm.</i> SS. Felicis II. Papae, Simplicii, Faustini et Beatricis Martyrum.
A	iiij	30	SS. Abdon et Sennen Martyrum. <i>Simplex.</i>
b	Prid.	31	S. Ignatii Conf. <i>Duplex majus.</i>

Augustus.

c	Kal.	1	S. Petri ad Vincula. <i>Duplex majus. Comm.</i> S. Pauli Ap. ac SS. Machabaeorum Martyrum.
d	iv	2	S. Alphonsi Mariae de Ligorio Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Comm.</i> S. Stephani I. Papae Martyris.
e	iiij	3	Inventio S. Stephani Protomartyris. <i>Semiduplex.</i>
f	Prid.	4	S. Dominici Conf. <i>Duplex majus.</i>
g	Non.	5	Dedicatio S. Mariae ad Nives. <i>Duplex majus.</i>
A	viiij	6	TRANSFIGURATIO D. N. J. C. <i>Duplex II. classis. Comm.</i> SS. Xysti II. Papae, Felicissimi et Agapiti Martyrum.
b	vij	7	S. Cajetani Conf. <i>Duplex. Comm.</i> S. Donati Episc. Mart.
c	vj	8	SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi Martyrum. <i>Semiduplex.</i>
d	v	9	S. Joannis Mariae Vianney Conf. <i>Duplex. Comm.</i> Vigiliae et S. Romani Martyris.
e	iv	10	S. LAURENTII MARTYRIS. <i>Duplex II. classis cum Octava simplici.</i>
f	iiij	11	SS. Tiburtii et Susannae Virg., Martyrum. <i>Simplex.</i>
g	Prid.	12	S. Clarae Virginis. <i>Duplex.</i>
A	Idib.	13	SS. Hippolyti et Cassiani Martyrum. <i>Simplex.</i>
b	xix	14	Vigilia. <i>Comm.</i> S. Eusebii Conf.
c	xviiij	15	ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRGINIS. <i>Duplex I. classis cum Octava communi.</i>
d	xvij	16	S. JOACHIM PATRIS B. M. V. CONFESSORIS. <i>Dupl. II. classis</i>
e	xvj	17	S. Hyacinthi Conf. <i>Duplex. Comm.</i> Octavae Assumptionis ac diei Octavae S. Laurentii Mart.
f	xv	18	De Octava Assumptionis. <i>Semid. Comm.</i> S. Agapiti Mart.
g	xiv	19	S. Joannis Eudes Conf. <i>Duplex. Comm.</i> Octavae.
A	xiiij	20	S. Bernardi Abbatis Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Comm.</i> Octavae.
b	xij	21	S. Joannae Franciscæ Fremiot de Chantal Viduae. <i>Duplex Comm</i> Octavae.
c	x	22	IMMACULATI CORDIS B. M. V. <i>Duplex II. classis. Comm</i> SS. Timothei et Soc. Mm.
d	x	23	S. Philippi Benitii Conf. <i>Duplex. Comm.</i> Vigiliae.
e	ix	24	S. BARTHOLOMAEI APOSTOLI. <i>Duplex II. classis.</i>
f	viiij	25	S. Ludovici Regis, Conf. <i>Semiduplex.</i>
g	vij	26	S. Zephyrini Papae Martyris. <i>Simplex.</i>

xxvj.

Kalendarium perpetuum.

A	vj	27	S. Josephi Calasanctii Conf. <i>Duplex.</i>
b	v	28	S. Augustini Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Dupl. Comm.</i> S. Hermetis Martyris.
c	iv	29	Decollatio S. Joannis Baptistae. <i>Duplex majus. Comm.</i> S. Sabinae Martyris.
d	iiij	30	S. Rosae Limanae Virginis. <i>Duplex. Comm.</i> SS. Felicis et Adaucti Martyrum.
e	Prid.	31	S. Raymundi Nonnati Conf. <i>Duplex.</i>

September.

f	Kal.	1	S. Aegidii Abbatis. <i>Simplex. Comm.</i> SS. Duodecim Fratrum Martyrum.
g	iv	2	S. Stephani Hungariae Regis, Conf. <i>Semiduplex.</i>
A	iiij	3	
b	Prid.	4	
c	Non.	5	S. Laurentii Justiniani Episc. Conf. <i>Semiduplex.</i>
d	viiij	6	
e	vij	7	
f	vj	8	NATIVITAS B. MARIAE VIRG. <i>Duplex II. classis cum Octava simplici. Comm.</i> S. Hadriani Martyris.
g	v	9	S. Gorgonii Martyris. <i>Simplex.</i>
A	iv	10	S. Nicolai a Tolentino Conf. <i>Duplex.</i>
b	iiij	11	SS. Proti et Hyacinthi Mart. <i>Simplex.</i>
c	Prid.	12	Ss. Nominis Mariae. <i>Duplex majus.</i>
d	Idib.	13	
e	xviiij	14	Exaltatio S. Crucis. <i>Duplex majus.</i>
f	xvij	15	SEPTEM DOLORUM B. MARIAE V. <i>Duplex II. classis. Comm.</i> S. Nicomedis Mart.
g	xvj	16	SS. Cornelii Papae et Cypriani Episc., Mart. <i>Semid. Comm</i> SS. Euphemiae et Sociorum Martyrum.
A	xv	17	Impressio sacrorum Stigmatum S. Francisci Conf. <i>Duplex.</i>
b	xiv	18	S. Josephi a Cupertino Conf. <i>Duplex.</i>
c	xiiij	19	SS. Januarii Episcopi et Soc. Martyrum. <i>Duplex.</i>
d	xij	20	SS. Eustachii et Soc. Martyrum. <i>Duplex. Comm.</i> Vigiliae.
e	xj	21	S. MATTHAEI APOSTOLI ET EVANGELISTAE. <i>Duplex II. classis.</i>
f	x	22	S. Thomae de Villanova Episc. Conf. <i>Dupl. Comm.</i> SS. Mauriti et Sociorum Martyrum.
g	ix	23	S. Lini Papae Mart. <i>Semid. Comm.</i> S. Theclae Virg. et Mart.
A	viiij	24	B. Mariae Virginis de Mercede. <i>Duplex majus.</i>
b	vij	25	
c	vj	26	SS. Cypriani et Justinae Virginis, Martyrum. <i>Simplex.</i>
d	v	27	SS. Cosmae et Damiani Martyrum. <i>Semiduplex.</i>
e	iv	28	S. Wenceslai Ducis, Martyris. <i>Semiduplex.</i>
f	iiij	29	DEDIC. S. MICHAELIS ARCHANGELI. <i>Dupl. I. classis.</i>
g	Prid.	30	S. Hieronymi Presbyteri, Conf. et Eccl. Doctoris. <i>Duplex.</i>

Kalendarium perpetuum.

xxvij.

October.

A	Kal.	1	S. Remigii Episc. Conf. <i>Simplex.</i>
b	vj	2	SS. Angelorum Custodum. <i>Duplex majus.</i>
c	v	3	S. Teresiae a Jesu Infante Virg. <i>Duplex.</i>
d	iv	4	S. Francisci Confessoris. <i>Duplex majus.</i>
e	iiij	5	SS. Placidi et Sociorum Martyrum. <i>Simplex.</i>
f	Prid.	6	S. Brunonis Confessoris. <i>Duplex.</i>
g	Non.	7	SACRATISSIMI ROSARII B. M. V. <i>Duplex II. classis. Comm.</i> S. Marci Papae Conf. ac SS. Sergii et Sociorum Mart.
A	viiij	8	S. Birgittae Viduae. <i>Duplex.</i>
b	vij	9	S. Joannis Leonardi Conf. <i>Duplex. Comm.</i> SS. Dionysii, Episc., Rustici et Eleutherii Mart.
c	vj	10	S. Francisci Borgiae Conf. <i>Semiduplex.</i>
d	v	11	MATERNITATIS B. MARIAE VIRG. <i>Duplex II. classis.</i>
e	iv	12	
f	iiij	13	S. Eduardi Regis, Conf. <i>Semiduplex.</i>
g	Prid.	14	S. Callisti I. Papae Martyris. <i>Duplex.</i>
A	Non.	15	S. Teresiae Virginis, <i>Duplex.</i>
b	xvij	16	S. Hedwigis Viduae. <i>Semiduplex.</i>
c	xvj	17	S. Margaritae Mariae Alacoque Virg. <i>Duplex.</i>
d	xv	18	S. LUCAE EVANGELISTAE. <i>Duplex II. classis.</i>
e	xiv	19	S. Petri de Alcantara Conf. <i>Duplex.</i>
f	xiiij	20	S. Joannis Cantii Conf. <i>Duplex.</i>
g	xij	21	S. Hilarionis Abbatis. <i>Simplex Comm.</i> SS. Ursulae ac Sociarum Virginum et Martyrum.
A	xj	22	
b	x	23	
c	ix	24	S. Raphaelis Archangeli. <i>Duplex majus.</i>
d	viiij	25	SS. Chrysanti et Dariae Martyrum. <i>Simplex.</i>
e	vij	26	S. Evaristi Papae Martyris. <i>Simplex.</i>
f	vj	27	Vigilia.
g	v	28	SS. SIMONIS ET JUDAE APOSTOLORUM. <i>Duplex II. classis.</i>
A	iv	29	
b	iiij	30	
c	Prid.	31	Vigilia Omnium Sanctorum. <i>Dominica ultima Octobris. — FESTUM D. N. JESU CHRISTI REGIS. Duplex I. classis.</i>

November.

d	Kal.	1	OMNIUM SANCTORUM. <i>Duplex I. classis cum Octava communi.</i>
e	iv	2	Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum. <i>Duplex.</i>
f	iiij	3	De Octava Omnium Sanctorum. <i>Semiduplex.</i>
g	Prid.	4	S. Caroli Episc. Conf. <i>Dupl. Comm.</i> Octavae ac SS. Vitalis et Agricolae Martyrum.
A	Non.	5	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
b	viiij	6	De Octava. <i>Semiduplex.</i>

xxviiij.

Kalendarium perpetuum.

c	vij	7	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
d	vj	8	Octava Omnium Sanctorum. <i>Duplex majus. Comm.</i> SS. Quatuor Coronatorum Martyrum.
e	v	9	DEDICATIO ARCHIBASILICAE SS. SALVATORIS. <i>Dupl. II. classis. Comm.</i> S. Theodori Martyris.
f	iv	10	S. Andreae Avellini Conf. <i>Duplex Comm.</i> SS. Tryphonis et Sociorum Martyrum.
g	iiij	11	S. Martini Episc. Conf. <i>Duplex. Comm.</i> S. Mennae Mart.
A	Prid.	12	S. Martini I. Papae Martyris. <i>Semiduplex.</i>
b	Idib.	13	S. Didaci Conf. <i>Semiduplex.</i>
c	xviiij	14	S. Josaphat Episc. Martyris. <i>Duplex.</i>
d	xviij	15	S. Alberti Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
e	xvj	16	S. Gertrudis Virginis. <i>Duplex.</i>
f	xv	17	S. Gregorii Thaumaturgi Episc. Conf. <i>Semiduplex.</i>
g	xiv	18	Dedicatio Basilicarum SS. Petri et Pauli Apost. <i>Dupl. majus.</i>
A	xiiij	19	S. Elisabeth Viduae. <i>Dupl. Comm.</i> S. Pontiani Papae Mart.
b	xij	20	S. Felicis de Valois Conf. <i>Duplex.</i>
c	xj	21	Praesentatio B. Mariae Virginis. <i>Duplex majus.</i>
d	x	22	S. Caeciliae Virginis et Martyris. <i>Duplex.</i>
e	ix	23	S. Clementis I. Papae Martyris. <i>Duplex. Comm.</i> S. Felicitatis Martyris.
f	viiij	24	S. Joannis a Cruce Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex. Comm.</i> S. Chrysogoni Mart.
g	vij	25	S. Catharinae Virginis et Martyris. <i>Duplex.</i>
A	vj	26	S. Silvestri Abbatis. <i>Duplex. Comm.</i> S. Petri Alexandrini Episc. Martyris.
b	v	27	
c	iv	28	
d	iiij	29	Vigilia. <i>Comm.</i> S. Saturnini Martyris.
e	Prid.	30	S. ANDREAE APOSTOLI. <i>Duplex II. classis.</i>

December.

f	Kal.	1	
g	iv	2	S. Bibianae Virginis et Martyris. <i>Semiduplex.</i>
A	iiij	3	S. Francisci Xaverii Conf. <i>Duplex majus.</i>
b	Prid.	4	S. Petri Chrysologi Episc. Conf. et Eccl. Doctoris. <i>Duplex. Comm.</i> S. Barbarae Virginis et Martyris.
c	Non.	5	<i>Comm.</i> S. Sabbae Abbatis.
d	viiij	6	S. Nicolai Episc. Conf. <i>Duplex.</i>
e	vij	7	S. Ambrosii Episc. Conf. et Eccl. Doct. <i>Duplex.</i>
f	vj	8	CONCEPTIO IMMACULATA B. MARIAE VIRGINIS. <i>Duplex I. classis cum Octava communi.</i>
g	v	9	De Octava Conceptionis. <i>Semiduplex.</i>
A	iv	10	De Octava. <i>Semiduplex. Comm.</i> S. Melchiadis Papae Mart.
b	iiij	11	S. Damasi I. Papae Conf. <i>Semiduplex. Comm.</i> Octavae.
c	Prid.	12	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
d	Idib.	13	S. Luciae Virginis et Martyris. <i>Duplex. Comm.</i> Octavae.

Kalendarium perpetuum.

xxix.

e	xix	14	De Octava. <i>Semiduplex.</i>
f	xviii	15	Octava Conceptionis immaculatae B. M. V. <i>Duplex majus.</i>
g	xvii	16	S. Eusebii Episc. Martyris. <i>Semiduplex.</i>
A	xvi	17	
b	xv	18	
c	xiv	19	
d	xiii	20	Vigilia.
e	xii	21	S. THOMAE APOSTOLI. <i>Duplex II. classis.</i>
f	xi	22	
g	x	23	
A	ix	24	Vigilia.
b	viii	25	NATIVITAS D. N. JESU CHRISTI. <i>Duplex I. classis cum Octava privilegiata III. ordinis.</i>
c	vii	26	S. STEPHANI PROTOMARTYRIS. <i>Duplex II. classis cum Octava simplici. Comm. Octavae Nativitatis.</i>
d	vi	27	S. JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE. <i>Duplex II. classis cum Octava simplici. Comm. Octavae Nativitatis.</i>
e	v	28	SS. INNOCENTIIUM MARTYRUM. <i>Duplex II. classis cum Octava simplici. Comm. Octavae Nativitatis.</i>
f	iv	29	S. Thomae Episcopi Martyris. <i>Duplex. Comm. Octavae Nativitatis.</i>
g	iii	30	De Octava Nativitatis. <i>Semiduplex.</i>
A	Prid.	31	S. Silvestri I. Papae Conf. <i>Duplex. Comm. Octavae Nativitatis.</i>

Oratio ante divinum Officium.

APeri Dómine os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum : munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, perversis et aliénis cogitatióibus : intelléctum illúmina, afféctum inflámma; ut digne, atténte, ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum divínae Majestátis tuae. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Dómine, in unióne illúis divínae intentiúnis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (*vel* hanc tibi Horam) persólvo.

Oratio post divinum Officium.

SAcrosánctae et indivíduae Trinitáti, crucifíxi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimae et gloriosíssimae sempérque Vírginis Maríae foecúndae integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobisque remissio ómnium peccatórum, per infinita saecula saeculórum. R̄. Amen.

Ÿ. Beáta víscera Maríae Vírginis, quae portavérunt aetérni Patris Fílium. R̄. Et beáta úbera, quae lactavérunt Christum Dóminum.

Pater noster. Ave María.

Ante Matutinum et omnes Horas, praeterquam ad Completorium, dicitur secreto Pater noster. Ave María. In principio Matutini ac Primae, et in fine Completorii dicitur etiam Credo in Deum.

Pater noster, qui es in coelis : sanctificétur nomen tuum : advéniat regnum tuum : fiat volúntas tua, sicut in coelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie : et dimitte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debítóribus nostris : et ne nos indúcas in tentatiónem : sed libera nos a malo. Amen.

AVE María, grátia plena, Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem coeli et terrae. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spírítu Sancto, natus ex María Vírgine : passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus : descendit ad íferos : tértia die resurrexít a mórtuis : ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spírítum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, sanctórum communiónem, remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, vitam aetérnam. Amen.

MUTATIONES IN ANTIPHONALI juxta novissimas rubricas

I. VARIATIONES IN CALENDARIO.

1. Gradus et ritus *semiduplex* supprimitur.

2. Dies liturgici, qui nunc sub ritu semiduplici calendariis inscripti sunt, sub ritu simplici celebrantur, excepta Vigilia Pentecostes quae ad ritum duplicem elevatur.

a) *De dominicis.*

3. Dominicae hucusque sub ritu semiduplici celebratae, ad ritum duplicem elevantur; antiphonae tamen interim non duplicantur.

4. Officium dominicae impeditae, nec anticipatur, nec resumitur.

5. Si in dominicis per annum occurrerit festum cujusvis tituli vel mysterii Domini, festum ipsum locum tenet dominicae, de qua fit tantum commemoratio.

Hoc in casu, festum ipsum, « cum locum tenet dominicae », acquirit I Vesperas, etiam si agatur de duplici majori : ita Festum S. Familiae, Exaltationis S. Crucis (14 Sept.), Dedicationis basilicarum Ss. Petri et Pauli App. (18 nov.)

b) *De vigiliis.*

6. Vigiliae privilegiatae sunt : vigilia Nativitatis Domini et vigilia Pentecostes.

7. Vigiliae communes sunt : vigilia Festorum Ascensionis Domini, Assumptionis B. M. V., S. Joannis Baptistae, Ss. Petri et Pauli, S. Laurentii. Omnes aliae vigiliae, etiam quae calendariis particularibus sunt inscriptae, supprimuntur.

xxxij. Mutationes in Antiphonali

8. Vigiliae communes, in dominica occurrentes, non anticipantur, sed omittuntur.

c) *De octavis.*

9. Celebrantur tantum octavae Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes, suppressis omnibus aliis, sive in calendario universali, sive in calendariis particularibus occurrentibus.

II. DE COMMEMORATIONIBUS.

1. Quae hic de commemorationibus dicuntur, valent tam pro occurrentia quam pro concurrentia.

2. Commemorationes numquam omittendae et praecedentiam absolutam habentes, sunt :

a) de quavis dominica

b) de festo I classis

c) de feriis Quadragesimae et Adventus

d) de feriis et sabbato Quatuor Temporum Septembris

e) de Litaniis majoribus.

3. Aliae commemorationes forte occurrentes ita admittuntur, ut numerum ternarium orationum non excedant.

4. Praeter et post commemorationes sub n. 2 recensitas, ratio commemorationum haec est :

a) In dominicis Adventus et Quadragesimae et aliis usque ad dominicam in Albis necnon et in dominica Pentecostes, in festis I classis, in feria IV Cinerum et in feriis II, III et IV Majoris Hebdomadae, in vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, nulla admittitur commemoratio.

b) In festis II classis, et in ceteris dominicis una tantum admittitur commemoratio.

c) In omnibus aliis diebus sive festivis, sive ferialibus, duae tantum admittuntur commemorationes.

5. Festa commemorata non amplius gaudent versu proprio in responsorio brevi ad Primam, et doxologia propria in hymnis, exceptis diebus a 2 ad 5 et a 7 ad 12 Januarii et a Festo Ascensionis Domini usque ad Vigiliam Pentecostes.

III. VARIATIONES IN ANTIPHONALI.

a) *De initio et fine Horarum.*

1. Horae canonicae, tam in publica quam in privata recitatione, omissis *Pater, Ave* et respective *Credo*, inchoantur absolute, hoc modo :

Laudes, Horae minores et Vesperae : a versu *Deus, in adiutorium.*

Completorium : a versu *Jube, domne, benedicere.*

2. In officio tridui sacri et in officio defunctorum omnes Horae, omissis *Pater, Ave* et respective *Credo*, incipiunt ut in Antiphonali notatur.

3. Item Horae canonicae, tam in publica quam in privata recitatione, absolvuntur hoc modo :

Laudes, Tertia, Sexta, Nona et Vesperae : versu *Fidelium animae.*

Prima : benedictione *Dominus nos benedicat.*

Completorium : benedictione *Benedicat et custodiat.*

b) *De conclusione officii.*

4. Cursus cotidianus divini officii concluditur post Completorium, sueta antiphona B. M. V., cum versiculo *Divinum auxilium.*

Indultum et indulgentiae, pro recitatione orationis *Sacrosanctae* concessa, eidem antiphonae finali adnectuntur.

c) *De quibusdam partibus in officio.*

5. Hymni proprii quorundam sanctorum certis Horis assignati non transferuntur. In hymno *Iste confessor* numquam mutatur tertius versus, qui erit semper : *Meruit supremos laudis honores.*

6. Antiphonae ad *Magnificat* feriarum tempore Septuagesimae forte praetermissae non resumuntur.

7. Preces feriales dicuntur tantum in Vesperis et in Laudibus officii feriarum IV et VI tempore Adventus, Quadragesimae et Passionis, necnon feriarum IV et VI, et sabbati Quatuor Temporum, excepta octava Pentecostes, quando officium fit de feria.

xxxiv. Mutationes in Antiphonali

8. Omnes aliae preces omittuntur.

9. Suffragium Sanctorum et commemoratio de Cruce omittuntur.

10. Symbolum Athanasianum recitatur in Festo Ss. Trinitatis tantum.

d) *De aliis variationibus.*

11. Primae vesperae (sine integrae, sive a capitulo, sive per modum commemorationis) competunt solummodo festis I et II classis, et dominicis.

Festum cujusvis tituli vel mysterii Domini occurrens in Dominicam acquirit primas Vesperas.

12. Ad singulas partes officii quod attinet haec servantur :

a) In dominicis et festis I classis nihil innovatur.

b) In festis II classis et in festis duplicibus Domini et B. M. V., ad Laudes et Vesperas fit ut in proprio et in communi; ad Horas minores ut in psalterio de feria currenti et proprio loco; ad Completorium de dominica.

Si festa II classis vel festa Domini occurrant in dominica et de eis fit officium, tunc etiam ad Horas minores antiphonae et psalmi sumuntur de die currenti, nempe de dominica. Ideo ad Primam, psalmi schematis dominicalis.

c) In ceteris festis, vigiliis vel feriis, per omnes Horas fit ut in psalterio et proprio loco, nisi in Laudibus et Vesperis antiphonae et psalmi specialiter assignati habeantur.



PROPRIUM DE TEMPORE

TEMPORE ADVENTUS.

1. **Dominicae** Adventus celebrantur ritu duplici I classis et festis quibuslibet praeferuntur tam in occurrentia quam in concurrentia.

2. Antiphonae tamen non duplicantur.

3. Si in Dominicis occurrat Festum I vel II classis, transfertur juxta Rubricas.

In utrisque Vesperis Dominicae, una tantum admittitur commemoratio de Festo I classis. De quocumque alio Festo non fit commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus.

Aliis diebus, si occurrat Festum Duplex, fit de eo cum com. Feriae ante alias quascumque commemorationes. Verumtamen in utrisque Vesperis festi I classis fit commemoratio alterius festi I classis praec. vel seq. ante com. Feriae. De Festo simplici fit tantum commemoratio ad Laudes.

4. Tonus Hymni ad Completorium, 212, servandus est per totum Adventum usque ad Vigiliam Nativitatis exclusive, etiam in Festis occurrentibus; praeterquam in Festis B. M. V., in quibus sumitur Tonus et Dox. de B. M. V., quando Vesperae dicuntur de festo.

5. Per totum Adventum etiam in Festis Sanctorum, Hymni ad Horas cantantur in tono posito ad Tertiam, 217. Sed in Festis B. M. V., cantantur in tono solito de eadem [124].

6. Ad Primam, Responsorium breve cantatur in tono proprio pro Tempore Adventus, ut notatur, 20; et loco *Ÿ. Qui sedes.* dicitur *Ÿ. Qui venturus es in mundum.* Sic dicitur quotidie usque ad Nativitatem Domini, etiam in Officio de Sanctis, praeterquam in Festis B. Mariae V., in quibus dicitur *Ÿ. Qui natus es de Maria Virgine.* ut ibidem notatur, 20.

7. Non fit de Festo nisi fuerit Duplex.

8. Preces feriales, 77 et 103, dicuntur tantum in Vesperis et in Laudibus feriarum IV et VI atque in Ld. Sabb. Q. T., quando officium fit de feria.

TEMPORE NATIVITATIS.

1. A Vigilia Nativitatis Domini usque ad diem Circumcisionis omnia dicuntur ut in Antiphonali, 255-297, etiam pro commemorationibus.

2. Diebus a 2 ad 5 Januarii, nisi occurrat aliquod Festum, fit de feria currenti, ritu simplici. In officio antiphonae et psalmi ad omnes Horas de currenti hebdomadae die, ut in psalterio; reliqua ut die 1^a Januarii. (Tonus et) conclusio hymnorum ac versus in responsorio brevi ad Primam dicuntur ut in Nativitate Domini, etiam in Festis Sanctorum.

3. Dies 2-5 Januarii fiunt feriae, et ideo omnibus aliis feriis per annum aequiparantur; cedunt proinde cuilibet officio etiam simplici, et officio S. Mariae in sabbato, absque commemoratione feriae.

Die 3 Jan. **In Gallia.** S. Genovefae Virg. — *Duplex.*

Vesp. de eadem, nulla com.

Die 5 Jan. ad Ld. com. S. Telesphori Pap. et Mart. ut notatur, 307.

4. Dominica infra 2-5 Januarii, vel, ea deficiente, die 2 Januarii Officium SANCTISSIMI NOMINIS JESU.

Quando hoc Festum diebus 2 vel 5 Januarii celebratur, Vesperae dicuntur de praec. vel de seq. Festo sine com. Ssmi Nominis Jesu.

In I Vesp. omnia ut in pr., 298. — Ad Compl. (Dom.) Ton. et Dox. de Nat., 263.

Ad Ld. (Pss. de Dom.) ut in pr., 301.

Ad Hor. Hymni ut in Nativitate, 268. Ant. et Pss. de cur. hebd. die, rel. in pr., 304.

II Vesp. festiv. de festo, 306, nulla com.

Ad Compl. (Dom.) Tonus et Dox. de Nativ., 263.

¶ In utrisque Vesperis et Laudibus una tantum admittitur commemoratio.

TEMPORE EPIPHANIAE.

1. Die 6 Jan. EPIPHANIA DOMINI. — *Duplex I cl.*

Omnia ut in pr., 308-318.

2. Dies a 7 ad 12 Januarii, suppressa octava Epiphaniae, fiunt feriae per annum (*ritu simplici*). In officio antiphonae et psalmi ad omnes Horas de currenti hebdomadae die, ut in

psalterio; reliqua ut in Festo Epiphaniae; ant. ad *Bened.* et ad *Magnif.* dicendae sunt quae singulis diebus infra octavam notantur, 331 et sq. Tonus et Dox. hymnorum ac versiculus ad Primam, de Epiphania etiam in festis occurrentibus.

Dies 7-12 Januarii fiunt feriae, et ideo omnibus aliis feriis per annum aequiparantur; cedunt proinde cuilibet officio etiam simplici, et officio S. Mariae in sabbato, absque commemoratione feriae.

Die 11 Jan. ad Ld. fit com. S. Hygini Pap. et M. ut notatur, 334.

3. Dominica infra 7-13 Januarii celebratur Festum S. FAMILIÆ sub ritu dupl. maj. Cum hoc Festum locum tenet Dominicæ habet etiam primas Vesperas, a dominica quodammodo et privilegio usurpato.

S : Vesp. festiv. de seq. ut in pr., 319, com. Dom. tant.

Ad Compl. (Dom.) et per crast. usque ad Compl. inclus. Hymni cantantur ut notatur, 324.

D : Ad Ld. (Pss. de Dom.) ut in pr., 324, com. Dom. tant.

Ad Hor. (etiam ad Prim.) Ant. et Ps. de Dom., rel. in pr., 328.

II Vesp. festiv. de eodem ut in pr., 329, com. Dom. tant.

¶ In utrisque Vesp. et Laud., post com. Dom. una tantum admittitur commemoratio.

¶ Antiphonæ et Psalmi de I Vesperis sumendi sunt quoties die præcedenti I Vesperæ de hoc festo impeditæ sunt.

Die 12 Jan. ad Vesp. de fer., ant. ad Magn., 318.

4. Die 13 Jan. COM. BAPTISMATIS D. N. J. C. — *Dupl. maj.*

Ad Ld. ut in Festo Epiph., 312, or. pr., 335.

Ad Hor. Ant. et Pss. de feria, rel. ut in Festo Epiph., 316, or. pr., 335.

Vesperæ ut in Festo Epiph., 318, or. pr., 335, nulla com.

Compl. Dom.

Si vero commemoratio Baptismatis D. N. Jesu Christi occurrerit in dominica, tunc fit de Festo S. Familiæ, com. Dom. tant.

TEMPORE SEPTUAGESIMÆ.

Dominicae sunt majores II classis. In occurrentia festis quibuslibet praeferuntur, praeterquam festis I classis; in concurrentia cum festis I vel II classis cedunt suas Vesperas.

Antiphonæ ad *Magnificat* feriarum tempore Septuagesimæ forte praetermissæ non resumuntur.

TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

1. **Feria quarta Cinerum.** In occurrentia, festis quibuslibet praefertur. In concurrentia, cedit I Vesperis festi duplicis I vel II classis sequentis, in quibus commemoratio de ea numquam omittenda est et praecedentiam absolutam habet.

Preces feriales dicuntur in Laudibus (et Vesperis si officium fit de feria). Nulla admittitur commemoratio.

2. **Dominicae** Quadragesimae et aliae usque ad dominicam Palmarum inclusive celebrantur ritu duplici I classis et festis quibuslibet praeferuntur tam in occurrentia quam in concurrentia. Antiphonae tamen non duplicantur.

In utrisque Vesperis, una tantum admittitur commemoratio de festo I classis. De quocumque alio festo non fit commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus.

Si occurrat Festum I vel II classis, transfertur juxta rubricas.

3. **Aliis diebus** Quadragesimae usque ad Majorem Hebdomadam, si occurrat Festum Duplex, fit de eo cum com. Feriae. De Festo Simplici fit tantum commemoratio ad Laudes.

Quotidie fit commemoratio Feriae ad Laudes et ad Vesperas. Haec commemoratio numquam omittenda est, et praecedentiam absolutam habet. Verumtamen in utrisque Vesperis festi I classis fit commemoratio alterius festi I cl. praec. vel seq. ante commemorationem Feriae.

Item, commemoratio « inseparabilis » (ut in Festis Ss. Petri et Pauli) semper fit primo loco, velut si constituat « quid unum » cum oratione « comitis ».

4. Preces feriales dicuntur tantum in Vesperis et Laudibus feriarum IV et VI tempore Quadragesimae et Passionis, atque in Ld. Sabb. Q. T., quando officium fit de feria.

5. In feriis Majoris Hebdomadae nulla commemoratio admittitur.

IN PASCHA ET PER OCTAVAM.

1. Dominica Resurrectionis et duobus sequentibus diebus, nihil innovatur.

2. Dies infra Octavam Paschatis elevantur ad ritum duplicem (Antiphonae duplicantur), festis quibuslibet praeferuntur et non admittunt commemorationses. Ideoque festa I vel II classis infra

Octavam occurrentes transferuntur; cetera festa nulla celebratione gaudebunt.

Officium fit ut in festo et in proprio.

3. Sabbato in Albis, Vesperae ut in pr., 452. — Ab his Vesp. usque ad Nonam fer. IV ante Festum Ascens., in fine Hymnorum Dox. *Deo Patri... Et Filio qui a mortuis.* et a die crast. V. in R̄. br. ad Prim. *Qui surrexisti a mortuis.* etiam in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur. Compl. de Sabb., 457.

4. DOMINICA IN ALBIS. — *Duplex I cl.* Omnia ut in pr., 458. Si hac die occurrat Festum I vel II classis, transfertur juxta Rubricas. In II Vesperis, Dominica praecedentiam habet. Una tantum admittitur commemoratio de festo I classis sequenti.

Ad Completorium, Hymnus in Tono et cum Dox. Temp. Pasc., 60, semper cantatur.

TEMPORE PASCHALI.

1. Non fit commemoratio de Cruce ad Vesperas.

2. FERIA VI cujuscumque hebdomadae, quando Vesperae sunt de feria, antiphona ad *Magnificat* sumitur ex II Vesperis dominicae praecedentis, cum propria desit.

3. Pro Tono et Dox. Hymnorum vide supra : Sabb. in Albis. Item pro V. in R̄. br. ad Prim.

TEMPORE ASCENSIONIS.

ASCENSIO D. N. J. C. — *Duplex I classis sine Octava.*

Omnia ut in pr., 488. In utrisque Vesperis una tantum admittitur commemoratio de festo I classis praecedenti vel sequenti.

Dies a Festo Ascensionis Domini usque ad Vigiliam Pentecostes exclusive fiunt feriae Tempore Paschali (*ritu simplici*). In officio Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas dicuntur de currenti hebdomadae die, ut in psalterio; reliqua in festo Ascensionis Domini. Tonus et Doxologia Hymnorum et versus ad Primam dicuntur de Festo Ascensionis etiam in Festis Sanctorum, nisi habeantur propria.

Dies infra Octavam suppressam admittunt Festa Sanctorum, juxta regulas generales, sine commemoratione feriae.

xl. Mutationes in Antiphonali

Sabbato ad Vesperas et ad Compl. (Dom.), atque Dominica post Ascensionem, omnia ut notatur, 496-498, sine com. festi.

TEMPORE PENTECOSTES.

VIGILIA PENTECOSTES. — *Privil. Duplex.*

Suppressae sunt I Vesperae.

Ad Ld. et Hor. Pss. de Dom. (ad Prim. Pss. ut in festis), rel. ut in Dom. praec. Nulla commemoratio.

DOMINICA PENTECOSTES. — *Duplex I cl. cum Octava.*

Omnia ut in Antiphonali, 500-510.

FERIA II et III infra Oct. — *Duplex I cl.*

Officium ut in festo et in pr., 510, 511.

Dies infra Octavam Pentecostes a feria IV usque ad Sabbatum elevantur ad ritum duplicem (Antiphonae duplicantur), festis quibuslibet praeferuntur et non admittunt commemorations. Ideoque festa I vel II cl. infra Octavam occurrentes transferuntur; cetera festa nulla celebratione gaudebunt.

Preces feriales non dicuntur in feriis Quatuor Temporum.

SANCTISSIMÆ TRINITATIS. — *Duplex I cl.*

Omnia ut in Antiphonali, 516-524. In II Vesp., post com. Dom., admittitur tant. com. de dupl. I cl. seq.

SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI. — *Duplex I cl.*

Omnia ut in Antiphonali, 525-535.

SACRATISSIMI CORDIS JESU. — *Duplex I cl.*

Omnia ut in Antiphonali, 538¹-538¹⁴.

In utrisque Vesperis horum festorum, una tantum admittitur commemoratio de festo I classis praec. vel sequenti.

Dies octavae suppressae Corporis Christi et octavae item suppressae Ss. Cordis Jesu, fiunt feriae per annum. Admittunt festa sanctorum juxta regulas generales. Omnes particularitates hucusque vigentes decidunt (doxologia propria, versus ad Primam, etc.).

In dominicis olim infra octavas Corporis Christi et Ss. Cordis Jesu, officium dicitur prouti nunc a Vesperis Sabbati usque ad Complet. Dom. 536-538 et 538¹⁴-539, etiam in tono et dox. hymn., exclusa tamen commemoratione festi.

Sabbatis post duas festas, Compl. Dom.

CALENDARIUM PERPETUUM

ADVERTENDA PRO USU HUIUS CALENDARII.

1° In singul. Officiis ritus *duplicis* maj. vel min., nisi aliter notetur in propriis locis, totum offic. persolvitur ut infra sub titulo *Officium ordinarium* adnotatur.

2° Singulis dieb. *infra Hebdom.*, Complet. dicitur de *Feria currenti* aut de *Sabbato*, nisi aliter notetur, et in omnib. Dominicis de *Dominica*.

3° *Symbol. Athanasian.* dicitur tantum in Festo Ss. Trinitatis.

4° Preces feriales dicuntur tantum in Vesperis et Laud. in feriis IV et VI tempore Advent., Quadrag. et Passionis, necnon in feriis IV, VI et sabbato Quatuor Temporum (excepta octava Pentecostes), quando officium fit de feria.

5° Omnes aliae preces supprimuntur.

1° Officium festivum seu solemne.

Dicitur sequentibus diebus :

a) In Festis *I cl. privilegiatis* et per omnem horum *Festorum Octavam*.

b) In ceteris omn. Fest. *I classis*.

c) In Vigilia Pentecostes (per integr. Offic.), atque etiam in Vigil. Nativ. Domini (ad Laudes et per Horas tant.).

d) In Dominicis *infra Octavam Nativitatis* et olim *infra Octavas Ascensionis, Corporis Christi et Sacratissimi Cordis Jesu*.

OFFICIUM TOTUM DICITUR PROPRIUM VEL DE COMMUNI SANCTORUM : sumptis tamen ad Laudes, Horas et Completorium psalmis de Dominica ut in Psalterio.

AD PRIMAM, loco Ps. 117 dicitur Ps. 53.

2° Officium ordinarium.

QUOTIDIE DICENDUM IN FESTIS ritus duplicis major. vel minor. exceptis quibusdam Fest. pro quibus Offic. Medium adhibetur.

xlij. Mutationes in Antiphonali

I VESPERÆ desunt.

AD LAUDES ET VESPERAS. — Añae cum suis Psalmis : *de Feria.*

Capitulum et reliqua omnia : *de Festo.*

AD PRIMAM. — Hymn. : *ut in Dominica*, 13.

Aña cum suis Psalmis : *de Feria.*

Capitulum et reliqua : *ut in Dominica*, 19.

Lectio brevis (ad Prim.) : *de Festo.*

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM. — Hymn. *ut in Dominica.*

Aña cum suis Psalmis : *de Feria.*

Capitulum et reliqua : *de Festo.*

AD COMPLETORIUM. — Aña cum suis Psalmis : *de Feria.*

Reliqua omnia : *ut in Dominica.*

Notanda. In Off. *ritus dupl.* ad Laudes et Vesp. Antiphonae ante et post Pss. integrae dicuntur.

3^o Officium medium.

In Festis II cl. et in Festis duplicibus Domini et B. M. V., ad Laud. et Vesp. fit ut in proprio et in communi; ad Hor. min. ut in psalterio de feria currenti (nisi haec festa occurrant in dominicis, et fiat officium de ipsis; tunc recitantur, ut patet, psalmi de dominica) et pr. loco; ad Completorium de dominica.

In ceteris festis, vigiliis vel feriis, per omnes Hor. fit ut in psalterio et pr. loco, nisi in Ld. et Vesp. antiph. et psalmi specialiter assignati habeantur.

4^o Officium simplex.

Omnia ut in Off. ordinario n. 2^o.

AD LAUDES Añae et Pss. *de Fer.*, a cap. *de Comm.* Or. pr.

VESPERAE tam I quam II desunt.

Notanda. — a) Sic disponitur officium etiam in Festis proprias habentibus Añas, quae deinceps omittentur.

b) Offic. simplex desinit ad Nonam.

OFFICIUM B. MARLÆ V. IN SABBATO. Hoc off. ordinatur ut Off. simplex. Ad Ld. Añae et Pss. sunt de Sabb.; Cap., Hymn. et *Ÿ.* ut in Festis B. M. V.

5^o Officium feriale.

AD LAUD. ET VESP. dicitur Oratio Dom. praec., quando propria non assignatur.

AD HOR. ET COMPL. Añae et Ps. ut in Psalt., Capit. et rel. ut in fer. II vel in Dom. (Offic. feriale).

In Feriis Adv., temp. a Sept. ad Pascha, in Fer. IV Temp. Septemb. et in Vig. per annum, ad Ld. dic. Añae et Ps. de 2^o schem., except. Vigil. Nativ. D., Ascensionis necnon Vig. et IV Temp. Pentecost.; Cap., Hymn. etc. ut in 1^o schem. : (Ad Hor. min. Temp. Adv. usque ad diem 16 Dec., Ant. de Ld. Dom. praec.). — Ad Prim., post 3 pss. subj. 4^{us} ps. (1^{us} e Ld. in 1^o schem., ut not. in Psalt.).

CALENDARIUM PERPETUUM

ABBREVIATIONES : S = Sabbato — D = Dominica.

FESTA NOVEMBRIS.

29. DE FERIA. — *Simplex.*

Ad Ld. com. S. Saturnini M. — Ad Prim. cap. *Pacem.*

Vesp. festiv. de seq. ut in pr., 579, com. feriae in Adventu.
— Compl. Dom.

S : Vesp. de seq. Dom. (Festum transfertur in feriam II).

D : Vesp. de Dom. sine com. seq. festi.

30. S. ANDREÆ Apost. — *Duplex II cl.*

Ad Ld. ut in pr., 579, com. feriae in Adventu.

Ad Horas Antiph. et Psalmi de cur. hebd. die, rel. ut in pr.

II Vesp. festiv. de eodem ut in pr., 582, com. feriae in Adv.
— Compl. Dom.

S : Vesp. de seq. Dom., sine com. praec. festi. — Compl. Sabb.

D : Vesp. de Dom. sine com. seq. festi.

¶ In ecclesiis ubi hoc festum celebratur sub ritu I cl., in Vesperis Sabbati vel Dominicae fit com. festi.

Ad Hor. Ant. de Ld. et Pss. de Dom. (ad Prim. ut in festis.)

FESTA DECEMBRIS.

1. DE FERIA. — *Simplex.*

Vesp. ferial., or. Dom. praec., nulla com.

FERIA II. S. ANDREÆ Apost. — Ut supra, die 30 Novembris.

2. DE FERIA. — *Simplex.*

Ad Ld. com. S. Bibianae Virg. et Mart. Ant. *Stímile est.* 577²¹.
Ÿ. Diffúsa est. 577²⁰.

(Si non in Adventu occurrit Festum S. Bibianae, Officio B. M. V. in sabbato cedere debet).

Vesp. ferial., or. Dom. praec., nulla com.

- ¶ **Pro Missionibus** : Vesp. festiv. de seq. ut in Comm., [68], or. pr., 583, com. feriae tant. — Compl. Dom.
S : Vesp. de seq. Dom. (Festum in feriam II transfertur.)
D : Vesp. de Dom., com. seq. festi.
3. S. FRANCISCI XAVERII Conf. — *Duplex majus*.
 Off. ordin. — Ad Ld. com. fer.
 Vesp. de eodem, com. feriae tant.
 ¶ **Pro Missionibus** : S. FRANCISCI XAVERII Conf., Patroni princ. omnium Missionum. — *Duplex I cl.*
 Offic. festiv. in Comm., [74], or. pr., Ad Ld. com. feriae.
 II Vesp. festiv. ut in Comm., [85], or. pr., com. fer. — Compl. Dom.
S : Vesp. de seq. Dom., com. praec. festi. — Compl. Sabb.
D : Vesp. de Dom., com. seq. festi.
4. S. PETRI CHRYSOLOGII Episc., Conf. et Doct. — *Duplex*.
 Off. ordin. — Ad Ld. com. fer. et S. Barbarae Virg. M.
 Vesp. de eodem, com. fer. tant.
5. DE FERIA. — *Simplex*.
 Off. ferial. T. A. — Ad Ld. (2 loco) Ant. ad Bened. pr., or. Dom. praec. et com. S. Sabbae abb. — Ad Hor. (ad Prim. 4 Pss., cap. *Pacem*) Ant. ex. Ld. Dom. praec.
 Vesp. ferial. T. A., Ant. ad Magn. pr., or. Dom. praec., nulla com.
6. S. NICOLAI Episc. et Conf. — *Duplex*.
 Off. ord. — Ad Ld., com. fer.
 Vesp. de eodem, com. fer. tant.
7. S. AMBROSII Episc., Conf. et Doct. — *Duplex*.
 Off. ordin. — Ad Ld. com. fer.
 Vesp. festiv. de seq. in pr., 585, com. fer. tant.
 Ad Compl. (Dom.) et Horas diei, Hymni cantantur in tono Festorum B. M. V. et in fine dicitur : *Jesu, tibi sit glória*.
S : Vesp. de seq. Dom. (Festum in feriam II transfertur).
D : Vesp. de Dom., com. seq. festi. — Ad Compl. Tonus et Dox. de Adv.
8. CONCEPTIO IMMACULATA B. M. V. — *Duplex I cl.*
 Off. festiv. proprium. — Ad Ld. (com. fer.) et Hor. (ad Prim. Pss. ut in festis et in R̄. br. V̄. *Qui natus*.) Pss. de Dom.
 II Vesp. festiv. de eadem ut in pr., 589, com. feriae.

xlvj. **Mutationes in Antiphonali**

S : Vesp. de seq. Dom., com. praec. festi. — Ad Compl.
(Sabb.) Tonus et Dox. de Adventu.

D : Vesp. de Dom., com. seq. festi. — Ad Compl. Ton. et
Dox. de Adventu.

9. DE FERIA. — *Simplex.*

Ad Ld. (2 loco) Ant. ad Bened. pr., or. Dom. praec.

Ad Hor. (ad Prim. 4 Pss., cap. *Pacem*) Ant. ex Ld. Dom.
praec.

Vesp. ferial. T. A., Ant. ad Magn. pr., or. Dom. praec.,
nulla com.

10. DE FERIA. — *Simplex.*

Ad Ld. (2 loco), com. S. Melchiadis Pp. et M., or. *Gregem.*

Vesp. ferial. T. A., Ant. ad Magn. pr., or. Dom. praec.,
nulla com.

¶ **In Italia et insulis adjacentibus :**

Translatio Almae Domus B. M. V. — *Duplex majus.*

Ad Ld. (Pss. Dom.) Ant. pr., com. (fer. et) S. MELCHIADIS
Pap. et Mart.

Ad Hor. Tonus et Dox. de B. M. V., Ant. et Pss. de fer., rel. in pr.
In Vesp. Off. fest. pr. loc., com. fer. tant. — Ad Compl. (Dom.)
Ton. et Dox. de B. M. V.

11. DE FERIA. — *Simplex.*

Ad Ld., com. S. Damasi I Pp. et C., Ant. *Euge.* 577¹⁵.

Vesp. ferial. T. A., Ant. ad Magn. pr., nulla com.

¶ **In America Latina et in aliquibus diocesisibus :**

Vesp. festiv. de seq. ut in Suppl. com. fer. — Ad Compl. (Dom).
et per crast. usque ad Compl. Hymni ut in Festis B. M. V.

S : Vesp. de seq. Dom. (Festum in fer. II transfertur).

D : Vesp. de Dom., com. (praeter in eccles. ubi Fest. seq. sub
ritu II cl. celebratur.) seq. festi. — Ad Compl. Tonus et
Dox. de Adv.

12. DE FERIA. — *Simplex.*

Vesp. ferial. T. A., Ant. ad Magn. pr., or. Dom. praec.,
nulla com.

¶ **In America Latina :** B. MARIÆ V. DE GUADALUPE,
Patronae principalis Americae Latinae. — *Duplex I cl.*

Ad Ld. (Pss. de Dom.) omnia ut in Suppl., com. fer.

- Ad Hor. Ant de Ld. et Pss. de Dom. (ad Prim. ut in fest.), rel. in Suppl. (In ecclesiis ubi Festum sub ritu II cl. celebratur : Ant. et Ps. de cur. hebd. die, rel. in pr.)
- II Vesp. festiv. ut in Suppl., com. fer. tant.
- S** : Vesp. de seq. Dom., com. (praet. in eccles. ubi Fest. sub rit. II cl. celebratur) praec. festi. — Ad Comp. (Sabb.) Ton. et Dox. de Adv.
- D** : Vesp. de Dom., com. (praet. in eccles. ubi Fest. sub rit. II cl. celebratur) seq. festi. — Ad Compl. Ton. et Dox. de Adv.
13. S. LUCIÆ Virg. et Mart. — *Duplex*.
- Ad Ld., Ant. pr., 592, Pss. de Dom., Cap., Hymn. (Dox. non mutatur) et Ψ . de Comm., [89], Ant. ad *Bened.* et or. pr., 593, com. feriae.
- Ad Hor. Ant. et Pss. de cur. hebd. die, rel. in Comm., [93], or., 593.
- Vesp. festiv. de eadem, Ant. pr., Pss. de Comm. ut in I Vesp., 591, Cap., Hymn. (Doxol. non mutatur) et Ψ . de Comm., [89], Ant. ad Magn. pr., 594, com. feriae tant. — Compl. fer.
- ¶ In ecclesia propria, festum (*Duplex I cl.*) acquirit primas Vesperas, 591. — Ad Hor. Ant. de festo, Ps. de Dom. — Compl. Dom.
- 14-15. DE FERIA. — *Simplex*.
16. DE FERIA. — *Simplex*.
- Ad Ld. com. S. Eusebii Ep. et Conf., Ant. *Euge.* et Ψ . *Justum.* 577¹⁹. or. *Deus, qui nos.* 595.
- Vesp. ferial., nulla com.
- 17-19. DE FERIA. — *Simplex*.
20. DE FERIA. — *Simplex*.
- Vesp. festiv. de seq. ut in Comm., [2], Ant. ad Magn. et or. pr., 595, com. fer. — Compl. Dom.
- S** : Vesp. de seq. Dom. (Festum in feriam II transfertur).
- D** : Vesp. de Dom. sine com. seq. festi. (In eccles. prop. : com. seq. festi.)
21. S. THOMAE Apostoli. — *Duplex II cl.*
- Ad Ld. ut in Comm., [8], Ant. ad *Bened.* et or. pr., 595, com. fer.
- Ad Horas, Antiph. et Pss. de cur. hebd. die, rel. ut in Comm. (In eccles. propria, omnia de Comm., Pss. ut in festis.)

xlviij. Mutationes in Antiphonali

II Vesp. festiv. de eodem, ut in Comm., [10], Ant. ad Magn. et or. pr., 595, com. fer. — Compl. Dom.

S : Vesp. de seq. Dom., sine com. praec. (cum com. in eccles. prop.) — Compl. Sabb.

D : Vesp. de Dom., sine com. seq. (cum com. in eccl. propria).

22-23. DE FERIA. — *Simplex*.

Vesp. de feria, nulla com.

24. VIGILIA NATIVITATIS DOMINI, *privil.*

Ad Ld. (*dubl.*) et Hor. Pss. de Dom. (ad Prim. ut in festis) rel. in pr. (**D** fit com. Dom. ad Laudes).

Vesp. de seq. ut in pr., 259, sine com.

Ad Compl. (Dom.), Tonus et Doxol. *Jesu, tibi* usque ad Non diei 5 Jan. inclus.

A die 25 Decembris usque ad diem 13 Januarii, vide ut supra, xxxvj.

FESTA JANUARI.

14. S. HILARII Episc., Conf. et Doct. — *Duplex*.

Off. ordin. — Ad Ld. (praet. in Dom.) com. S. Felicis Presb. M. Vesp. de eodem, nulla com.

15. S. PAULI Primi Eremitae, Conf. — *Duplex*.

Off. ordin. — Ad Ld. (praet. in Dom.) com. S. Mauri Abb. Vesp. de eodem, nulla com.

16. S. MARCELLI I Pp. et Mart. — *Simplex*.

Off. ut in Psalt. et in Comm. — Ad Ld. or. pr. Vesp. ferial., or. Dom. praec., nulla com.

17. S. ANTONII Abb. — *Duplex*.

Off. ordin. — Vesp. de eodem, nulla com.

18. CATHEDRA S. PETRI Ap. Romae. — *Duplex majus*.

Ad Ld. et Vesp. Ant. et Ps. de die currenti, cap. *Ecce sacerdos*. [57], rel. ut in pr., 599 vel 601, com. S. Pauli Ap., deinde ad Ld. S. Priscae Virg. et M.

Ad Hor. Ant. et Ps. de fer., rel. ut in Comm., [62], or. pr. — Compl. fer.

¶ In Vesp. Sabb. et in Ld. et Vesp. Dom., fit com. S. PETRI. deinde S. PAULI. tant.

¶ In ecclesiis ubi Festum juxta rit. I cl. celebratur :

Die 17 : Vesp. festiv. de seq. ut in pr., 597, com. S. PAULI tant. (S et D post com. S. PAULI, com. Dom. occur.) — Compl. de Dom.

Die 18 : Ad Ld. (Pss. de Dom.) Ant. et cap. de Comm., [55], rel. in pr., 599, sine com. S. PRISCÆ (D post com. S. PAULI, com. Dom. occur.)

Ad Hor. Ant. de Ld. et Pss. de Dom. (ad Prim. ut in festis.) — Ubi Festum II cl. Ant. et Pss. de feria.

Vesp. festiv. de eodem ut in pr., 601, com. S. PAULI tant. (S et D post com. S. PAULI, com. Dom. occur.) — Compl. de Dom.

19. DE FERIA. — *Simplex.*

Ad Ld. (or. Dom. praec.) com. Ss. Marii, Marthae et Soc. Mm. Ant. *Vestri cápilli.* 577¹⁴, or. *Exáudi.* 601, atque (praeter D) S. Canuti Regis M. Ant. *Qui odit.* 577¹³.

Vesp. ferial., or. Dom. praec., nulla com.

20. SS. FABIANI Pp. et SEBASTIANI Mm. — *Duplex.*

Off. ordin. — Vesp. de iisdem, nulla com.

21. S. AGNETIS Virg. et M. — *Duplex.*

Ad Ld. (Pss. de Dom.) Ant. et rel. ut in pr., 603.

Ad Hor. Ant. et Pss. de die currenti, a cap. in pr.

Vesp. festiv. ut in pr., 605, sine com. — Compl. fer.

¶ In ecclesia propria (*Duplex I cl.*) Festum acquirit I^{as} Vesperas, ut notatur, 602. sine com. praec.

Ad Horas, Ant. de Ld., Pss. de Dom. (ad Prim. ut in festis.) — Compl. Dom.

22. SS. VINCENTII et ANASTASII Mm. — *Simplex.*

Off. ut in Psalt. et in Comm.

Vesp. ferial., or. Dom. praec., nulla com.

23. S. RAYMUNDI DE PENAFORT Conf. — *Simplex.*

Off. ut in Psalt. et in Comm. — Ad Ld. (praet. in Dom.) com. S. Emerentianae Virg. et M.

Vesp. ferial., or. Dom. praec., nulla com.

24. S. TIMOTHEI Episc. et Mart. — *Duplex.*

Off. ordin. — Vesp. de eodem, nulla com.

1. Mutationes in Antiphonali

25. CONVERSIO S. PAULI Ap. — *Duplex majus*.
Ad Ld. (Pss. de Dom.) omnia ut in pr., 609.
Ad Hor. Ant. et Pss. de die currenti, rel. in pr.
Vesp. de eodem ut in pr., 612, com. S. Petri tant. — Compl. fer.
¶ In Vesp. Sabb. et in Ld. et Vesp. Dom., fit comm. S. PAULI,
deinde S. PETRI.
¶ In ecclesia ubi Festum sub ritu I cl. celebratur :
Die 24 : Vesp. festiv. de seq. ut in pr., 607, com. S. PETRI
(deinde **S** et **D** com. Dom. occur.) sine com. praec.
— Compl. Dom.
Die 25 : Ad Ld. ut in pr., 609, com. S. PETRI (deinde **D** com.
Dom. occur.)
Ad Hor. Ant. de Ld., Pss. de Dom., rel. in pr., 611.
Vesp. festiv. de eodem ut in pr., 612, com. S. PETRI
(deinde **S** et **D** com. Dom. occur.) — Compl. Dom.
26. S. POLYCARPI Episc. et Mart. — *Duplex*.
Off. ordin. — Vesp. de eodem, nulla com.
27. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Episc., Conf. et Doct. — *Duplex*.
Off. ordin. — Vesp. de eodem, nulla com.
28. S. PETRI NOLASCI Conf. — *Duplex*.
Off. ordin. — Ad Ld. (praeter **D**) com. S. Agnetis V. M.
secundo.
Vesp. de eodem, nulla com.
29. S. FRANCISCI SALESII Ep., Conf. et Doct. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, nulla com.
30. S. MARTINÆ Virg. et M. — *Simplex*.
Off. in Psalt. et in Comm. — Ad Ld. Hymn. pr., 615.
Vesp. ferial., or. Dom. praec., nulla com.
31. S. JOANNIS BOSCO Conf. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, nulla com.

FESTA FEBRUARII.

1. S. IGNATII Episc. et Mart. — *Duplex*.
Vesp. festiv. de seq. ut in pr., 619, com. (**S** et **D** Dom. occur.
deinde) praec. — Ad Compl. et Horas ut in pr., 620.
S in Sept. nihil de festo seq.

2. PURIFICATIO B. M. V. — *Duplex II cl.*
Ad Ld. (Pss. de Dom.) omnia ut in pr., 620.
Ad Hor. Ant. et Pss. de fer., rel. in pr., 622.
II Vesp. festiv. ut in pr., 622, nulla com. — Compl. Dom.
3. DE FERIA. — *Simplex.*
Off. ferial. — Ad Ld. or. Dom. praec., com. S. Blasii E. M.
Vesp. ferial., or. Dom. praec., nulla com.
4. S. ANDREÆ CORSINI Ep. et Conf. — *Duplex.*
Off. ordin. — Vesp. de eodem, nulla com.
5. S. AGATHÆ Virg. et Mart. — *Duplex.*
Ad Ld. (Pss. de Dom.) omnia ut in pr., 624.
Ad Hor., Antiph. et Pss. de die currenti, rel. in pr., 627.
Vesp. festiv. de eadem ut in pr., 627, juxta rubricam : Si
dicuntur integrae... — Compl. feriae.
¶ In ecclesia propria, Festum acquirit I Vesperas ut in pr., 623,
sine com. praec. — Ad Hor. Ant. de festo, Pss. de Dom. —
Compl. Dom.
6. S. TITI Episc. et Mart. — *Duplex.*
Off. ordin. — Ad Ld. com. Feriae in Quad. et (praeter **D**)
S. Dorotheae Virg. M.
Vesp. de eodem, com. feriae in Quad. tant.
7. S. ROMUALDI Abb. — *Duplex.*
Off. ordin. — Vesp. de eodem, com. feriae tantum.
8. S. JOANNIS DE MATHA Conf. — *Duplex.*
Off. ordin. — Vesp. de eodem, com. feriae tantum.
9. S. CYRILLI Ep. Alexandrini, Conf. et Doct. — *Duplex.*
Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae in Quadr. et (praeter **D**)
S. Apolloniae Virg. et M.
Vesp. de eodem, com. feriae tantum.
10. S. SCHOLASTICÆ Virg. — *Duplex.*
Off. ordin. — Vesp. de eadem, com. feriae tantum.
¶ In ecclesiis ubi Festum seq. juxta ritum I vel II cl. celebratur :
Ad Vesperas et ad Compl. ut in pr., 630.

lij. Mutationes in Antiphonali

11. APPARITIO B. M. V. IMMACULATÆ. — *Duplex majus*.
Ad Ld. (Pss. de Dom.) omnia ut in pr., 632.
Ad Hor. Hymni in Tono et cum Dox. B. M. V. Ant. et Pss.
de die currenti, rel. ut in pr., 634.
Vesp. festiv. de eadem ut in pr., 635, sine com. seq.
Ad Compl. (Dom.) Tonus et Doxol. de B. M. V.
¶ In ecclesiis ubi Festum sub ritu I cl. celebratur : Omnia ut supra,
sed ad Hor. Ant. de festo et Pss. de Dom. (ad Prim. ut in festis).
12. SS. SEPTEM FUND. ORD. SERV. B. M. V. Conf. — *Duplex*.
Ad omnes Horas Ant. et Ps. de fer., rel. ut in pr., 638, 640
vel in Comm., [83].
13. DE FERIA. — *Simplex*.
Off. ferial. — Vesp. ferial., nulla com.
14. DE FERIA. — *Simplex*.
Off. ferial. — Ad Ld. com. S. Valentini Presb. M. Ant. *Qui
odit*. 577¹³.
Vesp. ferial., nulla com.
15. DE FERIA. — *Simplex*.
Off. ferial. — Ad Ld. com. Ss. Faustini et Jovitae Mm. Ant.
Vestri capilli. 577¹⁴. — Vesp. ferial., nulla com.
- 16-17. DE FERIA. — *Simplex*.
18. DE FERIA. — *Simplex*.
Ad Ld. com. S. Simeonis Ep. et M., Ant. *Qui odit*. 577¹³.
- 19-21. DE FERIA. — *Simplex*.
22. CATHEDRA S. PETRI Ap. Antiochiaie. — *Duplex majus*.
Ad Ld. Ant. et Pss. de fer., cap. *Ecce sacerdos*. [57], rel.
ut in pr., 599, com. S. Pauli, 598, deinde feriae in Quadrag.
Ad Hor. Ant. et Pss. de fer., rel. ut in Comm., [62].
Ad Vesp. Ant. et Pss. de fer., cap. *Ecce sacerdos*. [57], rel.
ut in pr., 601, com. S. Pauli tant., deinde feriae in Quadr.
— Compl. feriae.
¶ S : ad Vesp. Sabb. et D : ad Ld. et Vesp. Dom., ante Quadrag.
com. S. PETRI, deinde S. PAULI.
23. S. PETRI DAMIANI Ep., Conf. et Doct. — *Duplex*.
Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae in Quadrag.

Vesp. (si non sit annus bissextilis) festiv. de seq. ut in Comm., [2], or. pr., 644, com. (feriae in Quadrag. et) praec. — Compl. Dom.

In anno bissextilo Vesp. de eodem, com. feriae in Quadrag.

24. (vel 25 anno bissextili.)

S. MATTHIÆ Ap. — *Duplex II cl.*

Off. festiv. ut in Comm. ad Ld. (Pss. de Dom.), com. feriae in Quadrag. — Ad Hor. Ant. et Ps. de cur. hebd. die.

II Vesp. festiv. de eodem ut in Comm., [10], or. pr., com. feriae in Quadrag. — Compl. Dom.

25-26. DE FERIA. — *Duplex.*

Vesp. de fer., nulla com.

27. (vel 28). S. GABRIELIS A VIRG. PERDOL. Conf. — *Duplex.*

Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae in Quadrag.

Vesp. de eodem, com. feriae in Quadrag.

28. DE FERIA. — *Simplex.*

FESTA MARTII.

1-3. DE FERIA. — *Simplex.*

4. S. CASIMIRI Conf. — *Simplex.*

Off. simplex. — Ad Ld. com. (praeter **D**) S. Lucii I Pap. et M. In Quadr. : De FERIA. Ad Ld. com. S. Casimiri Conf. Ant. *Euge.* 577¹⁹, deinde S. Lucii I Pap. et Mart. Ant. *Qui odit.* 577¹³.

Vesp. de feria, nulla com.

5. DE FERIA. — *Simplex.*

6. SS. PERPETUÆ et FELICITATIS Mm. — *Duplex.*

Off. ordin. — Ant. et Ps. ad omnes Hor. de fer. cur. vel de Sab., a cap. ut in Comm., [99] et seq., vel in pr., 645, com. feriae ad Ld. et Vesp. — Compl. feriae.

7. S. THOMÆ DE AQUINO Conf. et Doct. — *Duplex.*

Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae in Quadrag.

Vesp. de eodem, com. feriae tantum.

8. S. JOANNIS DE DEO Conf. — *Duplex.*

Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae in Quadrag.

Vesp. de eodem, com. feriae tantum.

liv. Mutationes in Antiphonali

9. S. FRANCISCÆ ROMANÆ Vid. — *Duplex*.
Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae in Quad.
Vesp. de eadem, com. feriae in Quad.
10. DE FERIA. — *Simplex*.
Ad Ld. com. Ss. Quadraginta Mm. Ant. *Vestri capilli*. 577¹⁴.
Oratio. 647.
Vesp. de feria, nulla com.
11. DE FERIA. — *Simplex*.
12. S. GREGORII I Pap., Conf. et Doct. — *Duplex*.
Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae.
Vesp. de eodem, com. feriae.
- 13-16. DE FERIA. — *Simplex*.
17. S. PATRICII Episc. et Conf. — *Duplex*.
Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae.
Vesp. de eodem, com. feriae tantum.
18. S. CYRILLI Ep. Hierosolymitani, Conf. et Doct. — *Duplex*.
Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae.
Vesp. festiv. de seq. ut in pr., 648. — Compl. Dom.
S : Vesp. de seq. Dom., nulla com. — Compl. Sabb.
D : Vesp. de Dom., com. (praet. in Dom. Palm.) seq. festi.
19. S. JOSEPH SPONSI B. M. V. Conf. et Ecc. Univ. Patroni.
— *Duplex I cl.*
Off. festiv. proprium, 652 et seq.
¶ In utrisque Vesp. festi admittitur, ante com. feriae, com. de festo I cl. praec. vel seq. tantum.
S : Vesp. de seq. Dom., com. praec. — Compl. Dom.
D : Vesp. de Dom., com. (praet. in Dom. Palm.) seq. festi.
FERIA II : Antiph. e I Vesp., Hymnus *Te Joseph*.
20. DE FERIA. — *Simplex*.
21. S. BENEDICTI Abb. — *Duplex majus*.
Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae.
Vesp. de eodem, com. feriae.
- 22-23. DE FERIA. — *Simplex*.
24. S. GABRIELIS ARCHANGELI. — *Duplex majus*.
Ad Ld. (Pss. de Dom.) omnia ut in pr., 661, com. feriae.

- Ad Hor. Ant. et Pss. de die currenti, rel. ut in pr., 665.
 Vesp. festiv. de seq. ut in pr., 667. — Ad Compl., 667.
S : Vesp. de Sabb., sine ulla com.
D : Vesp. de Dom., com. (*praet. in Dom. Palm.*) seq. festi.
 — Ad Compl. Hymn. 364 vel 407.
25. *ante Dom. Palm.* : ANNUNTIATIO B. M. V. — *Duplex I cl.*
 Officium festivum ut in pr., 668.
 Vesp. festiv. de eadem.
 ¶ In utrisque Vesp. festi admittitur, ante com. feriae, com. de
 festo I cl. praec. vel. seq. tantum.
S : Vesp. de seq. Dom., com. praec. festi. — Ad Compl.
 Hymn., 364 vel 407.
D : Vesp. de Dom., com. (*ante Dom. Palm.*) seq. festi. —
 Ad Compl. Hymnus, 364 vel 407.
26. DE FERIA. — *Simplex.*
27. S. JOANNIS DAMASCENI Conf. et Doct. — *Duplex.*
 Off. ordin. — Ad Ld. com. feriae.
 Vesp. de eodem, com. feriae.
28. DE FERIA. — *Simplex.*
 Ad Ld. com. S. Joannis a Capistrano Conf. Ant. *Euge.* 577¹⁹.
 Vesp. de feria.
- 29-31. DE FERIA. — *Simplex.*
- FERIA VI POST DOM. PASSIONIS :
 SEPTEM DOLORUM B. M. V. — *Duplex majus.*
 I Vesp. desunt.
 Ad Ld. ut in pr., 674, Hymn. *Virgo virginum*, com. feriae.
 Ad Hor. Hymni, 674. Ant. et Ps. de fer., rel. in pr., 678.
 Vesp. festiv. de eodem festo ut in pr., 679, com. feriae. —
 Ad Compl. (Dom.), 674.

FESTA APRILIS.

1. DE FERIA. — *Simplex.*
 Vesp. de feria.
2. S. FRANCISCI DE PAULA Conf. — *Duplex.*
 Off. ordin. — Vesp. de eodem, com. feriae in Quadr. tantum.

lvj. Mutationes in Antiphonali

3. DE FERIA. — *Simplex*.
4. S. ISIDORI Ep., Conf. et Doct. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, com. feriae in Quadr. tantum.
5. S. VINCENTII FERRERII Conf. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, com. feriae in Quadr. tantum.
- 6-10. DE FERIA. — *Simplex*.
11. S. LEONIS I Papae, Conf. et Doct. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, com. feriae in Quadr. tantum.
12. DE FERIA. — *Simplex*.
13. S. HERMENEGILDI Mart. — *Simplex*.
Off. ut in Psalt. et in Comm. — Ad Ld. Hymn. pr., 682.
Vesp. de feria.
In Quadr., de Feria. Ad Ld. com. S. Hermenegildi Mart.
Ant. *Qui odit*, 577¹³.
14. S. JUSTINI Mart. — *Duplex*.
Ad Ld. com. (feriae in Quadrag. deinde) (praeter **D**) Ss. Ti-
burtii et Soc. Mart., 683. — Vesp. de eodem.
- 15-16. DE FERIA. — *Simplex*.
17. DE FERIA. — *Simplex*.
Ad Ld. com. S. Aniceti Pap. et Mart.
Vesp. de feria.
- 18-20. DE FERIA. — *Simplex*.
21. S. ANSELMI Ep., Conf. et Doct. — *Duplex*.
Vesp. de eodem.
22. SS. SOTERIS et CAII Ep. et Mm. — *Simplex*.
Off. ut in Psalt. et in Comm. — Vesp. de feria.
¶ **In Anglia vel in ecclesia propria :**
Vesp. festiv. de seq. ut in Comm., [22], or. pr., 684, (**S** et **D** com.
Dom. occur.) — Compl. Dom.
23. S. GEORGII Mart. — *Simplex*.
Off. ut in Psalt. et in Comm.
Vesp. de feria.

¶ **In Anglia vel in ecclesia propria :**

S. GEORGH Mart. — *Duplex I cl.*

Offic. festiv. ut in Comm., [29]. Ad Ld. (**D** com. Dom. occur.)
— Ad Hor. Ant. de Comm., Pss. de Dom. et ad Prim. ut in festis.

II Vesp. festiv. de eodem ut in Comm., [35], (com. **S** et **D** Dom.
occur. tant.) — Compl. Dom.

24. S. FIDELIS A SIGMARINGA Mart. — *Duplex.*

Vesp. festiv. de seq. ut in Comm., [22], or pr., 685, com.
(Dom. et) praec. — Compl. Dom.

¶ Dom. in Albis, Festum seq. in Feriam II transfertur ut supra
notatur, xxxix.

25. S. MARCI Evang. — *Duplex II cl.*

Ad Ld. (Pss. de Dom.) Off. festiv. ut in Comm., [29], or. pr., 685.

Ad Hor. Ant. et Ps. de die currenti, rel. in Comm., [34], or. pr.

Vesp. festiv. de eodem (**S** et **D** com. Dom.). — Compl. Dom.

¶ In ecclesiis ubi Festum sub ritu I cl. celebratur :

In I Vesp. non fit com. praec.

Ad Hor. Ant. de Ld. et Pss. de Dom. (ad Prim. ut in festis).

Si die 25 Aprilis ante Dom. in Albis occurrerit, Festum in feriam II
transfertur. In II Vesp. Dom., com. seq. festi.

26. SS. CLETI et MARCELLINI Pp. et Mm. — *Simplex.*

Off. ut in Psalt. et in Comm. T. P.

Vesp. de feria.

27. S. PETRI CANISII Conf. et Doct. — *Duplex.*

Vesp. de eodem.

28. S. PAULI A CRUCE Conf. — *Duplex.*

Ad Ld. com. (praeter **D**) S. Vitalis M.

Vesp. de eodem.

29. S. PETRI Mart. — *Duplex.*

Vesp. de eodem.

¶ **In Italia et insulis adjacentibus :**

Vesp. festiv. de seq. ut in Comm., [86], or. pr., 686. — Compl.
Dom.

30. S. CATHARINÆ SENENSIS Virg. — *Duplex.*

Vesp. festiv. de seq. ut in pr. (ad calcem) sine com. praec.
— Compl. Dom.

¶ In Italia et insulis adjacentibus :

S. CATHARINÆ SENENSIS Virg., Primariae Italiae Patronae.
— *Duplex I cl.*

Off. festiv. ut in Comm., [87], or. pr.

Ad Ld. et Hor. (ad Prim. ut in festis) Pss. de Dom.

Vesp. festiv. de seq. ut in pr. (ad calcem), com. praec.

FESTA MAIL.

1. S. JOSEPH Conf., Sponsi B. M. V., Opificis. — *Duplex I cl.*
Off. festiv. ut in pr. (ad calcem). — Ad Ld. et Hor. (ad Prim.
ut in festis) Pss. de Dom.
II Vesp. festiv. de eodem. — Compl. Dom.
2. S. ATHANASII Ep., Conf. et Doct. — *Duplex.*
Vesp. festiv. de seq., com. (Dom. et) praec. — Ad Compl.
(Dom.) et Horas, Tonus et Doxol. Hymn. pro T. P.
3. INVENTIO S. CRUCIS. — *Duplex II cl.*
Off. festiv. pr. ad Ld. (Pss. de Dom.), 700, com. (Dom.
occur., deinde) Ss. Alexandri I Pp. et Soc. Mm.
Ad Hor. Ant. et Pss. de die currenti, rel. in pr., 702.
II Vesp. festiv. de eodem, sine com. (**S** et **D** com. Dom. tant.)
¶ In ecclesiis ubi Festum juxta ritum I cl. celebratur :
In I Vesp. non fit com. praec. et in Ld. non fit com. Ss. Mm.
Ad Horas Ant. de Ld., Pss. de Dom. (ad Prim. ut in festis).
4. S. MONICÆ Vid. — *Duplex.*
Vesp. de eadem, nulla com.
5. S. PII V Papae et Conf. — *Duplex.*
Vesp. de eodem, nulla com.
6. S. JOANNIS AP. ANTE PORTAM LATINAM. — *Duplex
majus.*
Ad omnes Horas, Ant. et Pss. ut in psalt., rel. in Comm.,
or. pr.
Vesp. de eodem, ad Magn. Ant. pr., 706, nulla com.
7. S. STANISLAI Ep. et Mart. — *Duplex.*
Vesp. de eodem, nulla com.

8. APPARITIO S. MICHAËLIS ARCHANGELI. — *Duplex majus*.
 Ad Ld. omnia ut in pr., 856, ritu paschali.
 Ad Hor. antiph. et psalmi de die currenti, rel. ut in pr., 859.
 Vesp. festiv. de eodem ut in pr., 861, praeter Hymnum, 707, nulla com. — Compl. de feria.
9. S. GREGORII NAZIANZENI Ep., Conf. et Doct. — *Duplex*.
 Vesp. de eodem, nulla com.
10. S. ANTONINI Ep. et Conf. — *Duplex*.
 Ad Ld. com. (praeter **D**) Ss. Gordiani et Epimachi Mm.
 Vesp. festiv. de seq. ut in pr., 693, com. (**S** et **D** Dom. occur., deinde) praec. Ant. *Amávit eum*. 577¹⁸. Oratio, 708. —
 Ad Compl. (Dom.) Ton. et Dox. Hymnorum, [34].
11. SS. PHILIPPI et JACOBI App. — *Duplex II cl.* (olim die 1 Maii).
 Ad Ld. (Pss. de Dom.) omnia ut in pr., 694.
 Ad Horas, Ant. et Pss. de die currenti, rel. in Comm., [34].
 II Vesp. festiv. de iisdem ut in pr., 696, nulla com. (**S** et **D** com. Dom. occur.) — Compl. Dom.
 ¶ Si festum juxta ritum I cl. celebretur, in I Vesp. non fit com. praec. et ad Horas Ant. de Ld. et Pss. de Dom. (ad Prim. ut in festis.)
12. SS. NEREI, ACHILLEI et DOMITILLÆ V. ac PANCRATII Mm. — *Simplex*.
 Vesp. de feria, nulla com.
13. S. ROBERTI BELLARMINO Ep., Conf. et Doct. — *Duplex*.
 Vesp. de eodem, nulla com.
14. DE FERIA. — *Simplex*.
 Ad Ld. com. S. Bonifatii Mart.
15. S. JOANNIS BAPT. DE LA SALLE Conf. — *Duplex*.
 Vesp. de eodem, nulla com.
16. S. UBALD Episc. et Conf. — *Simplex*.
 Vesp. de feria, nulla com.
17. S. PASCHALIS BAYLON Conf. — *Duplex*.
 Vesp. de eodem, nulla com.

lx. Mutationes in Antiphonali

18. S. VENANTII Mart. — *Duplex*.
Ad Ld. Hymn. pr. *Dum nocte*. 712.
Vesp. de eodem, Hymn. pr. *Martyr Dei* (e I Vesp.), 711,
nulla com.
19. S. PETRI CÆLESTINI Papae et Conf. — *Duplex*.
Ad Ld. com. (praeter **D**) S. Pudentianae Virg.
Vesp. de eodem, nulla com.
20. S. BERNARDINI SENENSIS Conf. — *Simplex*.
Vesp. de feria, nulla com.
- 21-24. DE FERIA. — *Simplex*.
25. S. GREGORII VII Papae et Conf. — *Duplex*.
Ad Ld. com. (praeter **D**) S. Urbani I Papae et Mart.
Vesp. de eodem, nulla com.
¶ **In Anglia** : Vesp. festiv. de seq. ut in Comm., [49], or. pr.,
715, com. (**S** et **D** Dom. occur. et) praec. Ant. *Dum esset*.
577¹⁸, or. pr., 714. — Compl. Dom.
26. S. PHILIPPI NERII Conf. — *Duplex*.
Ad Ld. com. (praeter **D**) S. Eleutherii Papae et Mart.
Vesp. de eodem, nulla com.
¶ **In Anglia** : S. AUGUSTINI Apost. Angliae, Abb. Cantuar.
Conf. — *Duplex II cl.*
Ad Ld. omnia (Pss. de Dom.) in Comm., [55], or. pr., 715, com.
(**D** Dom. occur., deinde) S. PHILIPPI NERII Conf. tant.
Ant. *Euge*. 577¹⁸. ¶. *Amavit*. 577¹⁸, or. pr., 714.
Ad Hor. Ant. et Pss. de die currenti, rel. in Comm., [62].
Vesp. festiv. de eodem ut in Comm. [65], or. pr.; com. (**S** et **D**
Dom. occur., deinde) S. PHILIPPI NERII. Ant. *Hic vir*. 577¹⁸,
¶. *Os justi*. — Compl. Dom.
27. S. BEDÆ VENERABILIS Conf. et Doct. — *Duplex*.
Ad Ld. com. (praeter **D**) S. Joannis I Papae et Mart.
Vesp. de eodem, nulla com.
28. S. AUGUSTINI CANTUAR. Episc. et Conf. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, nulla com.
29. S. MARIÆ MAGDALENÆ DE PAZZIS Virg. — *Simplex*.
Vesp. de feria.
¶ **In Gallia** : Vesp. festiv. de seq. ut in Proprio Galliae (3).
(**S** et **D** com. Dom. occur.) — Compl. Dom.

30. DE FERIA. — *Simplex*.
 Ad Ld. com. S. Felicis I Papae et Mart.
 Vesp. festiv. de seq. ut in pr. (ad calcem) sine com. (**S** et **D** com. Dom. occur.) — Ad Compl. (Dom.) et Horas, Tonus et Dox. de B. M. V.
- ¶ **In Gallia** : S. JOANNÆ DE ARC Virg., Patronae secundariae totius Galliae. — *Duplex II cl.*
 Ad Ld. (Pss. Dom.) ut in Proprio Galliae (5), com. (**D** Dom. occur., deinde) S. FELICIS Papae et Mart.
 Ad Hor. Ant. et Ps. de die currenti, rel. in Prop. Gall. (10).
 Vesp. festiv. de eadem ut in Pr. Galliae. com. (**S** et **D** Dom. occur.), deinde seq. ad calcem.
 Ad Compl. (Dom.) Ton. et Dox. communes vel de T. P.
31. B. MARIE V. REGINAE. — *Duplex II cl.*
 Offic. festiv. ut in Comm. et in pr. ad Ld. (Pss. de Dom.). — Ad Ld. com. (**D** Dom. occur. deinde) S. Petronillae Virg.
 Ad Hor. Hymn. in Tono et cum Dox. B. M. V. — Ant. et Pss. de die currenti, rel. in pr. — Ad Prim. V̇. in Ṙ. br. *Qui natus*.
 II Vesp. festiv. de eadem ut in Comm. et in pr. (ad calcem) sine com. (**S** et **D** com. Dom. occur.) — Compl. Dom.

FESTA JUNII.

1. S. ANGELÆ MERICLÆ Virg. — *Duplex*.
 Vesp. de eadem, nulla com.
2. DE FERIA. — *Simplex*.
 Ad Ld. com. Ss. Marcellini, Petri atque Erasmi Episc. et Mm.
 Vesp. de feria, nulla com.
3. DE FERIA. — *Simplex*.
 Vesp. de feria, nulla com.
- ¶ **In Gallia** : S. CLOTILDIS Reginae, Viduae. — *Duplex*.
 Ad Ld. V̇., Ant. ad Bened. et or. pr. in Proprio Galliae.
 Vesp. de eadem, V̇. *Anima mea*, Ant. ad Magn. *Confirmávit*. et or. in Proprio Galliae, nulla com.
4. S. FRANCISCI CARACCIOLO Conf. — *Duplex*.
 Vesp. de eodem, nulla com.

lxij. Mutationes in Antiphonali

- ¶ **In Germania** : Vesp. festiv. de seq. ut in Comm., [13^a] vel [22], or. pr., 725, com. (S et D Dom. occur., deinde) praec. Ant. *Hic vir.* 577¹⁰, or. pr., 725. — Compl. Dom.
5. S. BONIFATII Episc. et Mart. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, nulla com.
- ¶ **In Germania** : S. BONIFATII Apost. Germ. et Mart. — *Duplex II cl.*
Ad Ld. (Pss. de Dom.) omnia ut in Comm., [15] vel [29], or. pr., 725. (D com. Dom. occur. tant.)
Ad Hor. Ant. et Ps. de die currenti, rel. in Comm., [20] vel [34].
Vesp. festiv. de eodem in Comm., [21] vel [35], or. pr., 725. (S et D com. Dom. occur.) — Compl. Dom.
6. S. NORBERTI Episc. et Conf. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, nulla com.
- 7-8. DE FERIA. — *Simplex*.
Vesp. de feria, nulla com.
9. DE FERIA. — *Simplex*.
Ad Ld. com. Ss. Primi et Feliciani Mm. Ant. 577¹⁴.
Vesp. de feria.
10. S. MARGARITÆ REGINÆ Vid. — *Simplex*.
Vesp. de feria.
11. S. BARNABÆ Ap. — *Duplex majus*.
Off. ordinarium ut in psalterio et proprio loco.
Vesp. de eodem, nulla com. — Compl. de feria.
12. S. JOANNIS A S. FACUNDO Conf. — *Duplex*.
Ad Ld. com. Ss. Basilidis et Soc., Mm.
Vesp. de eodem.
13. S. ANTONII DE PADUA Conf. et Doct. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, Ant. *O Doctor...* sine com.
14. S. BASILII MAGNI Ep., Conf. et Doct. — *Duplex*.
Vesp. de eodem, nulla com.
15. DE FERIA. — *Simplex*.
Ad Ld. (or. Dom. praec.) com. Ss. Viti et Soc. Mm.
Vesp. de feria.
- 16-17. DE FERIA. — *Simplex*.

18. S. EPHRÆM SYRII Diaconi, Conf. et Doct. — *Duplex*.
Ad Ld. com. (praeter **D**) Ss. Marci et Marcelliani Mm.
Vesp. de eodem, nulla com.
19. S. JULIANÆ DE FALCONERIIS Virg. — *Duplex*.
Ad Ld. com. (praeter **D**) Ss. Gervasii et Protasii Mm.
Vesp. de eodem, Hymn. pr. *Caeléstis Agni*. 729, nulla com.
- ¶ **In aliquibus locis** : SS. GERVASII ET PROTASII Mm. —
Duplex I vel II cl.
Benedíctus Dóminus Deus Israel : * quia visitávit, et fecit redemptiόνem plebis suae.

Et eréxit cornu salutis nobis, * in domo David púeri sui :

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a saéculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * dáturum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi :

In sanctitáte et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi vocáberis : * praeíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus, * in remissiόνem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiae Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent : * ad dirigéndo pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Deinde dicitur Antiphona, et Oratio conveniens; postea commemorationes, si quae faciendae sunt; postremo, si tempus requirat, Suffragium de Omnibus Sanctis, vel Tempore Paschali de Cruce, ut infra post Vesperas Dominicae, 52.

[*Quomodo terminantur Laudes, vide in Tonis Communibus, § VIII. et IX.*]

II.

Sequentes Psalmi dicuntur ad Laudes in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum inclusive, quando fit Officium de Dominica. Antiphonae dicuntur ut in Proprio de Tempore.

Psalmus 50.

Miserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me :

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntiae tuae manifestásti mihi.

Aspérge me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et laetítiam : * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccá-tis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spíritum rectum in-nova in viscéribus meis.

Ne projicias me a fácie tua : * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi laetítiam salutáris tui : * et spíritu principáli con-firma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meae : * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifici-um, dedíssem útique : * holo-cáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus con-tribulátus : * cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : * ut aedifi-céntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiónes et holocáu-sta : * tunc impónent super al-táre tuum vítulos.

Psalmus 117.

Confitémini Dómino quóniam bonus : * quóniam in saé-culum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel quóniam bonus : * quóniam in saéculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : * quóniam in saéculum misericór-dia ejus.

Dicant nunc qui timent Dómi-num : * quóniam in saéculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dó-minum : * et exaudivit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor : * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor : * et ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confidere in Dómi-no, * quam confidere in hómine.

Bonum est speráre in Dómi-no, * quam speráre in princí-pibus.

Omnes gentes circuíerunt me : * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me : * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, † et exarsérunt sicut ignis in spinis : * et in nómine Dó-mini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cá-derem : * et Dóminus suscepit me.

Fortitúdo mea et laus mea Dóminus : * et factus est mihi in salútem.

Vox exsultatiónis et salutis * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtú-tem : † déxtera Dómini exaltá-vit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam : * et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dó-minus : * et mortí non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítiae, †
ingréssus in eas confitébor Dó-
mino : * haec porta Dómini, justi
intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exau-
dísti me : * et factus es mihi in
salútem.

Lápidem quem reprobavérunt
aedificántes : * hic factus est in
caput ánguli.

A Dómino factum est istud : *
et est mirábile in óculis nostris.

Haec est dies quam fecit Dó-
minus : * exsultémus et laetém-
ur in ea.

O Dómine salvum me fac, †
o Dómine bene prosperáre : *
benedíctus qui venit in nómine
Dómini.

Benedíximus vobis de domo
Dómini : * Deus Dóminus, et
illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in
condénsis, * usque ad cornu al-
táris.

Deus meus es tu, et confitébor
tibi : * Deus meus es tu, et
exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exau-
dísti me : * et factus es mihi in
salútem.

Confitémini Dómino quóniam
bonus : * quóniam in saéculum
misericórdia ejus.

Psalmus 62. Deus, Deus
meus. 3.

Canticum trium Puerorum.

Dan. 3, 52-57.

Benedíctus es, Dómine Deus
patrum nostrórum : * et
laudábilis, et gloriósus, et su-
perexaltátus in saécula.

Et benedíctum nomen glórie
tuae sanctum : * et laudábile,
et superexaltátum in ómnibus
saéculis.

Benedíctus es in templo san-
cto glórie tuae : * et super-
laudábilis, et supergloriósus in
saécula.

Benedíctus es in throno regni
tui : * et superlaudábilis, et su-
perexaltátus in saécula.

Benedíctus es, qui intuéris
abýssos, et sedes super Chéru-
bim : * et laudábilis, et super-
exaltátus in saécula.

Benedíctus es in firmaménto
caeli : * et laudábilis, et glorió-
sus in saécula.

Benedícite ómnia ópera Dó-
mini Dómino : * laudáte et su-
perexaltáte eum in saécula.

Glória Patri.

Ps. 148. Laudáte Dóminum
de caelis. 5.

Capitulum et reliqua in Proprio de Tempore.

*In Dominicis Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae, Hymnus
Aetérne rerum Cónditor. 6. V. Dómine refúgium.*

DOMINICA AD PRIMAM.


Pater, Ave, Credo. √. Deus in adiutorium.

Hymnus.


1. Tonus in Dominicis per Annum et minoribus Festis.

2.


J




AM lu-cis orto sí-de-re, De- um pre-cémur súppli-




ces, Ut in di-úrnis ácti-bus, Nos servet a no-cénti-bus.




2. Linguam refraénans tême-ret, Ne li-tis horror ínso-net :




Vi-sum fovéndo cóntegat, Ne va-ni-tá-tes háuri-at. 3. Sint




pu-ra cordis íntima, Absístat et ve-córdi-a : Carnis te-rat




supérbi-am Po-tus ci-bíque párci-tas. †. Ut cum di-es ab-




césse-rit, Noctémque sors redúxe-rit, Mundi per absti-nén-



ti-am Ipsí cánamus gló-ri-am. 5. De-o Patri sit gló-



ri- a, E-júsque so-li Fí-li- o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to,



Nunc et per omne saécu-lum. A-men.


2. Tonus in majoribus Festis.

8.

J




AM lu-cis orto sí-de-re, De-um pre-cémur súp-




pli-ces, Ut in di-úrnis á-cti-bus, Nos servet a no-cén-




ti-bus. 2. Linguam refraénans témpe-ret, Ne li-tis horror




ínsonet : Vi-sum fovéndo cón-te-gat, Ne va-ni-tá-tes háu-




ri- at. 3. Sint pura cordis ín-tima, Absístat et ve-cór-




di- a : Carnis te-rat supér-bi- am Po-tus ci-bíque pár-




ci- tas. 4. Ut cum di- es absécse-rit, Noctémque sors re-




dúxe-rit, Mundi per absti-nén-ti- am Ipsi ca-námus gló-



ri- am. 5. De- o Patri sit gló- ri- a, E- júsqe so- li Fí-




li- o, Cum Spí-ri-tu Pa-rá- cli- to, Nunc et per omne



saé- cu- lum. A- men.


Alii toni pro variis Temporibus et Festis habentur propriis locis.

Dominicis per Annum. Antiphona.



A L-le-lú- ia. E- u o u a e.

Dominicis Temporis Paschalis. Antiphona.



A L-le-lú-ia. E u o u a e.

In aliis Dominicis et in Festis, Antiphona in Proprio.

Ps. 117. Confitemini Dómino quóniam bonus. 11. Deinde Ps. 118. Beáti immaculáti, ut infra.

A Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum inclusive, loco Psalmi 117. Confitemini, dicuntur Psalmi 92. Dóminus regnavit, et 99. Jubilate Deo, ut supra, 2, qui in Laudibus locum non habuerunt. Deinde Ps. 118. Beáti.

Quando in Dominica fit de aliqua Vigilia vel de Festo, et in Hebdomada quando sumendi sunt Psalmi Dominicæ, loco Ps. 117. dicitur Ps. 53. Deus in nómine tuo, ut infra; deinde Ps. 118. Beáti immaculáti.

Psalms 53.

DEus in nómine tuo salvum me fac : * et in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratióem meam : * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsus me, † et fortes quæsiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me : * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis : * et in veritate tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo Dómine : quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me : * et super inimícos meos despéxit óculus meus.

Psalms 118. I.

BEáti immaculáti in via : * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus : * in toto corde exquírun eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viae meae, * ad custodiéndas justificatiónes tuas!

Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directiÓne

cordis : * in eo quod dídici júdicia justítiae tuæ.

JustificatiÓnes tuas custodiam : * non me derelínquas usquequáque.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te : * ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscondi elóquia tua : * ut non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine : * doce me justificatiÓnes tuas.

In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia júdicia oris tui.

In via testimoniÓrum tuÓrum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor : * et considerábo vias tuas.

In justificatiÓnibus tuis meditábor : * non oblivíscar sermónes tuos.

Psalms 118. II.

Retríbue servo tuo, vivífica me : * et custodiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos : * et considerábo mirábília de lege tua.

Incola ego sum in terra : * non abscondas a me mandáta tua.

Concupívit ánimá mea desideráre justificatiÓnes tuas, * in omni témpore.

Incepásti superbos : * maledícti qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium et contéptum : * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsus me loquebántur : *

servus autem tuus exercebatur in justificati6nibus tuis.

Nam et testim6nia tua meditatio mea est : * et consilium meum justificati6nes tuae.

Adhaesit pavimento anima mea : * vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exaudivisti me : * doce me justificati6nes tuas.

Viam justificati6num tuarum instrue me : * et exercabor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea praetaedio : * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me : * et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elégi : * iudicia tua non sum oblitus.

Adhaesi testimoniis tuis Domine : * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, * cum dilatasti cor meum.

Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantum minoribus post Epiphaniam et Pentecosten, quando fit Officium de Dominica ut in Psalterio, neque ulla commemoratio Officii Duplicis vel Octavae recurrit, — et in Festo Sanctissimae Trinitatis.

Symbolum Athanasianum.

Quicumque vult salvus esse, * ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem :

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, * absque dubio in aeternum peribit.

Fides autem catholica haec est : † ut unum Deum in Trinitate, * et Trinitatem in unitate veneremur :

Neque confundentes personas, * neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, * alia Spiritus Sancti.

Sed Patris, et Filii, et Spiritus Sancti una est divinitas, * aequalis gloria, coaeterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, * talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, * increatus Spiritus Sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, * immensus Spiritus Sanctus.

Aeternus Pater, aeternus Filius, * aeternus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres aeterni, * sed unus aeternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, * sed unus increatus, et unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, * omnipotens Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, * sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, * Deus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii, * sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, * Dominus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Domini, * sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim unamquamque personam Deum ac

Dóminum confitéri christiána veritaté compéllimur : * ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólica religióne prohibémur.

Pater a nullo est factus : * nec creátus, nec génius.

Fílius a Patre solo est : * non factus, nec creátus, sed génius.

Spiritus Sanctus a Patre et Fílio : * non factus, nec creátus, nec génius, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres : † unus Fílius, non tres Fílii : * unus Spirítus Sanctus, non tres Spirítus Sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, † nihil majus aut minus : * sed totae tres persónae coaetérnae sibi sunt et coaequáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam supra dictum est, † et únitás in Trinitáte, * et Trínitas in unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo salvus esse, * ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad aetérnam salútem, * ut Incarnatió-nem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credá-mus et confiteámur, † quia Dó-minus noster Jesus Christus Dei Fílius, * Deus et homo est.

Deus est ex substántia Patris ante saécula génius : * et homo est ex substántia matris in saé-culo natus.

Perféc-tus Deus, perféc-tus ho-mo : * ex ánima ratió-nali et hu-mána carne subsístens.

Aequális Patri secúndum divi-nitátem : * minor Patre secúndum humanitátem.

Qui licet Deus sit et homo, * non duo tamen, sed unus est Christus :

Unus autem non conversióne divinitátis in carnem, * sed assumptióne humanitátis in Deum :

Unus omníno non confusióne substántiae, * sed unitáte persónae.

Nam sicut ánima ratió-nalis et caro unus est homo : * ita Deus et homo unus est Christus.

Qui passus est pro salúte no-stra, descéndit ad ínferos : * tér-tia die resurréxit a mórtuis.

Ascéndit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotén-tis : * inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos.

Ad cujus advéntum omnes hómínes resúrgere habent cum corpóribus suis : * et reddíturi sunt de factis própriis ratió-nem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam aetérnam : * qui vero mala, in ignem aetérnum.


Haec est fides cathólica, † quam nisi quisque fidéliter fir-mitérque crediderit, * salvus esse non póterit.

Glória Patri.


Dominicis per Annum.

Anti-
phona.

A




L-le-lú-ia, confi-témi-ni Dómi-no, quó-ni-am in



saécu-lum mi-se-ri-cór-di-a e-jus, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Dominicis Temporis Paschalis.



A L-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

In aliis Dominicis et in Festis, Antiphona in Proprio.


Sequens Capitulum dicitur in omnibus Dominicis et Festis totius anni, atque in Feriis Temporis Paschalis.

Capitulum.


1. Tim. 1. 17.

REgi saeculorum immortalí et invisibili, † soli Deo honor et glória * in saecula saeculorum. Amen. R̄. Deo grátias.


Resp. breve per Annum.




CHriste Fi-li De-i vi-vi, * Mi-se-ré- re no-bis. Chri-




ste. ¶. Qui sedes ad dexte-ram Patris. * Mi-se-ré- re no-



bis. ¶. Gló-ri-a Patrí, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.



Christe.




¶. Exsúrge Christe, ádjuva nos.

R̄. Et líbera nos propter nomen tu-um.


Sic dicuntur R̄R̄. brevia per totum annum, nisi aliter notetur.

¶ *A Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, in Festo Corporis Christi et per Octavam, in Festis B. M. V. per annum et infra eorum Octavas, loco V̄. Qui sedes, dicitur :*



V̄. Qui na-tus es de Ma-rí- a Vírgi-ne.

¶ *In Epiphania et per Octavam, et in Transfiguratione Domini :*



V̄. Qui appa-ru- ísti hó-di- e.


In quibusdam aliis Festis, V̄. aliter mutandus est, ut propriis locis notatur.

Resp. breve Tempore Adventus.


4.

C

Hriste Fi-li De- i vi-vi, * Mi-se-ré- re no-bis. Christe.



¶ V̄. Qui ventúrus es in mundum..* Mi-se-ré- re no-bis. V̄. Gló-




ri- a Patri, et Fí-li o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Christe.

V̄. Exsúrge Christe, ádjuva nos.

R̄. Et líbera nos propter nomen tuum.

¶ *In Festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. et per ejus Octavam (non vero in Dominica infra Octavam vel die Octava occurrente) dicitur :*



V̄. Qui na-tus es de Ma-rí- a Vírgi-ne.

Resp. breve Tempore Paschali.

6.



C Hriste Fi-li De-i vi-vi, mi-se-ré-re no-bis : * Alle-
 lú-ia, alle-lú-ia. Christe. ¶ ∇. Qui surre-xí-sti a mórtu-is.
 * Alle- lú-ia, alle-lú-ia. ∇. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et

Spi-rí-tu- i Sancto. Christe.

∇. Exsúrge Christe, ádjuva nos, allelúia.


R̄. Et líbera nos propter nomen tuum, allelúia.

¶ *Ab Ascensione usque ad Pentecosten, dicitur :*




∇. Qui scandis super sí-de-ra.

¶ *In Festo Pentecostes et per Octavam, dicitur :*



∇. Qui sedes ad déxte-ram Patris.

¶ *In Festis B. M. V. infra Tempus Paschale occurrentibus, dicitur :*



∇. Qui na-tus es de Ma-rí- a Vírgi-ne.

Si Preces non sunt dicendae, statim dicitur ∇. Dóminus vobíscum. et Oratio, ut infra.

Quando fit Officium de Dominica ut in Psalterio, nisi occurrat commemoratio Duplicis aut Octavae, dicuntur sequentes Preces.

KYrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatióem. R̄. Sed líbera nos a malo.

Credo in Deum. *secreto usque ad*

℣. Carnis resurrectiÓem. R̄. Vitam aetérnam. Amen.

℣. Et ego ad te Dómine clamávi. R̄. Et mane orátio mea praevéniet te.

℣. Repleátur os meum laude. R̄. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitúdinem tuam.

℣. Dómine avérte fáciem tuam a peccátis meis. R̄. Et omnes iniquitátes meas dele.

℣. Cor mundum crea in me Deus. R̄. Et spírítum rectum ínnova in viscéribus meis.

℣. Ne prócias me a fácie tua. R̄. Et spírítum sanctum tuum ne áuferas a me.

℣. Redde mihi laetitiam salutáris tui. R̄. Et spírítu principáli confirma me.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. R̄. Qui fecit caelum et terram.

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.

Confiteor Deo omnipoténti, beatae Maríae semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístae, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis fratres, quia peccávi nimis, cogitatiÓe, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam aetérnam. R̄. Amen.

Deinde repetit Confessionem, et ubi dicitur vobis fratres, et vos fratres, dicatur tibi pater, et te pater.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

Misereátur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam aetérnam. R̄. Amen.

Indulgéntiam, absolutiÓem, et remissiÓem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus. R̄. Amen.

¶ *In choro Monialium semel tantum ac simul ab omnibus dicitur : Confiteor Deo ... Petro et Paulo, et omnibus Sanctis, quia ... Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, orare pro me ... Deinde : Misereatur nostri omnipotens Deus, et dimissis peccatis nostris, perducat nos ad vitam aeternam. Postea : Indulgentiam, absolutiorem, etc., ut supra.*

Facta absolute, subjungitur :

℣. Dignare Domine die isto. ℞. Sine peccato nos custodire.

℣. Misere nostri Domine. ℞. Misere nostri.

℣. Fiat misericordia tua Domine super nos. ℞. Quemadmodum speravimus in te.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti : † tua nos hodie salva virtute; ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, * dirigantur cogitationes et opera. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, * per omnia saecula saeculorum. ℞. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℞. Deo gratias.

Deinde legitur Martyrologium.

Postea Hebdomadarius dicit :

℣. Pretiosa in conspectu Domini. ℞. Mors Sanctorum ejus.

Et absolute sine Orémus.

Oratio.

Sancta Maria et omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, † ut nos mereamur ab eo adjuvari et salvari, * qui vivit et regnat in saecula saeculorum. ℞. Amen.

℣. Deus in adjutorium meum intende.

℞. Domine ad adjuvandum me festina.

Et dicitur ter; ultimo additur :

℣. Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

℞. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Réspice in servos tuos Dómine, et in ópera tua, * et dirige filios eórum.

℞. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dirige super nos, * et opus mánuum nostrárum dirige.

℣. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

℞. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Orémus.

Oratio.

Dirigere et sanctificáre, régere et gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex caeli et terrae, hódie corda et córpora nostra, † sensus, sermónes et actus nostros in lege tua, et in opéribus mandatórum tuórum : * ut hic, et in aetérnum, te auxiliánte, salvi et líberi esse mereámur, Salvátor mundi. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. ℞. Amen.

℣. Jube domne benedícere.

Benedictio. Dies et actus nostros * in sua pace dispónat Dóminus omnipotens. ℞. Amen.

Ad absolutionem Capituli, in Dominicis et Feriis per Annum, a die 14. Januarii usque ad Sabbatum ante Dom. I. Quadr., a Feria II. usque ad Feriam IV. post Festum Ss. Trinitatis, et a Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi usque ad Sabbatum ante Adventum inclusive :

Lectio brevis.

2. *Thess. 3. 5.*

Dominus autem dirigat corda et córpora nostra in caritáte Dei, * et paciéntia Christi. Tu autem Dómine miserére nobis.

℞. Deo grátias.

A Dominica I. Adventus usque ad Vigil. Nativitatis Domini exclusive :

Lectio brevis.

Isaiae 33. 2.

Domine, miserére nostri : te enim exspectávimus : † esto bráchium nostrum in mane, * et salus nostra in témpore tribulatiónis. Tu autem Dómine.

A Dominica I. Quadragesimae usque ad Dominicam Passionis exclusive :

Lectio brevis.

Isaiae 55. 6.

Quaérite Dóminum, dum inveníri potest : * invocáte eum, dum prope est. Tu autem Dómine.

A Dominica Passionis usque ad Feriam V. in Coena Domini exclusive :

Lectio brevis.

Isaiae 50. 6-7.

FAciam meam non avérti ab increpántibus, et conspuéntibus in me. † Dóminus Deus auxiliátor meus, * et ídeo non sum confúsus. Tu autem Dómine.

A Dominica Resurrectionis usque ad Ascensionem exclusive :

Lectio brevis.

Coloss. 3. 1-2.

SI consurrexístis cum Christo, † quae sursum sunt quærite, ubi Christus est in déxtera Dei sedens : * quae sursum sunt sápite, non quae super terram. Tu autem Dómine.

Post Lectionem brevem dicitur :

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit caelum et terram.

℣. Benedícite. ℞. Deus.

Benedictio. Dóminus nos benedícat, † et ab omni malo deféndat, * et ad vitam perdúcat aetérnam. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscent in pace. ℞. Amen.

[*Quomodo dicendæ sunt Preces, Lectio brevis et cætera quæ sequuntur, vide in Tonis Communibus, § III., et V. in fine.*]

DOMINICA AD TERTIAM.


Pater noster. Ave María. ℣. Deus in adjutórium.

Hymnus.

1. In Dominicis per Annum et minoribus Festis.

2.


Nunc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-
li-o, Digná-re promptus ínge-ri Nostro re-fú-sus pécto-




ri. 2. Os, lingua, mens, sensus, vi-gor, Confessi- ó-nem pér-
sonent : Flamméscat igne cá-ri- tas, Accéndat ardor pró-
ximos. 3. Praesta, Pa-ter pi- íssime, Patrique compar Uni-
ce, Cum Spí-ri- tu Pa-rácli- to, Regnans per omne saécu-
lum. A-men.

2. In majoribus Festis.


8.



Nunc Sancte no-bis Spí- ri-tus, Unum Patri cum
Fí- li- o, Digná-re promptus ínge- ri Nostro re-fú- sus
pé- cto- ri. 2. Os, lingua, mens, sensus, vigor, Confessi- ó-
nem pérsonent : Flamméscat igne cá-ri- tas, Accéndat
ardor pró- xi-mos. 3. Praesta, Pa-ter pi- ís-sime, Patrique



compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Regnans per




omne saé-cu-lum. A-men.

Dominicis per Annum. Antiphona.

2. D

A




L-le-lú-ia. E u o u a e.

Dominicis Temporis Paschalis. Antiphona.

8. G

A



L-le-lú-ia. E u o u a e.

In aliis Dominicis et in Festis, Antiphona in Proprio.

Psalmus 118. III.

LEgem pone mihi Dómine
viam justificatiónum tuá-
rum : * et exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, et scrú-
tabor legem tuam : * et custó-
diam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam man-
datórum tuórum : * quia ipsam
vólui.

Inclína cor meum in testimó-
nia tua : * et non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne ví-
deant vanitatem : * in via tua
vivífica me.

Státue servo tuo elóquium
tuum, * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum
quod suspicátus sum : * quia
judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua : *
in aequitate tua vivífica me.

Et véniat super me misericór-
dia tua Dómine : * salutáre
tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus
mihi verbum : * quia sperávi
in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo ver-
bum veritátis usquequáque : *
quia in judiciis tuis superspe-
rávi.

Et custódiám legem tuam
semper : * in saéculum et in
saéculum saéculi.

Et ambulábam in latitúdine : *
quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimóniis tuis
in conspéctu regum : * et non
confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quae diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quae diléxi : * et exercébar in justificatióibus tuis.

Psalmus 118. IV.

Memor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedísti.

Haec me consoláta est in humilitáte mea : * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant usquequáque : * a lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum a saéculo Dómine : * et consolátus sum.

Deféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuae, * in loco peregrinatiónis meae.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine : * et custodívi legem tuam.

Haec facta est mihi : * quia justificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea Dómine, * dixi custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo : * miserére mei secúndum elóquium tuum.

Cogitávi vias meas : * et convertí pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, et non sum turbátus : * ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me : * et legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, * super júdicia justificatiónis tuae.

Párticeps ego sum ómnium tíméntium te : * et custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua Dómine plena est terra : * justificatiónes tuas doce me.

Psalmus 118. V.

Bonitátem fecísti cum servo tuo Dómine, * secúndum verbum tuum.

Bonitátem, et disciplínam, et sciéntiam doce me : * quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego delíqui : * proptérea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu : * et in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum : * ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum : * ego vero legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me : * ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super míllia auri et argénti.

Manus tuae fecérunt me : * da mihi intelléctum, et discam mandáta tua.

Qui timent te vidébunt me, et laetabúntur : * quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi Dómine quia aéquitas júdicia tua : * et in veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, * secúndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuae, et vivam : * quia lex tua meditatio mea est.

Confundántur superbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in

me : * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te : * et qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in justificatióibus tuis, * ut non confúndar.

Dominicis per annum.

Anti-
phona.

A

L-le-lú-ia, deduc me Dómi-ne in sémi-tam

manda-tó-rum tu-ó-rum, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum.

I. Joan. 4. 16.

Deus cáritas est : † et qui manet in caritaté, in Deo manet, * et Deus in eo.

Ry. br.

I

Nclí-na cor me-um, De- us, * in testimó-ni-a

tu-a. Inclí-na. √. A-vérte ó-cu-los me-os, ne ví-de-ant

va-ni-tá-tem : in ví-a tu-a vi-ví-fi-ca me. * In testimó-

ni-a tu-a. √. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i


Sancto. Inclí-na.


℣. Ego dixi . Dómine miserére mei.

℞. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.


Post ℞. breve dicitur ℣. Dóminus vobiscum. ℞. Et cum spíritu tuo. Deinde Oratio conveniens et reliqua ut notantur in Tonis Communibus, § VIII. Item ad Sextam et Nonam.

Dominicis Adventus. Antiphona et Capitulum in Proprio.

Ry. br. 
V E-ni ad li-be-rándum nos, * Dómi-ne De- us virtú-



tum. ℣. Osténde fá-ci-em tu-am, et salvi é-rimus. Gló-





ri a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

℣. Timébunt gentes nomen tuum Dómine.


℞. Et omnes reges terrae glóriam tuam.

Dominicis Quadragesimae. Antiphona et Capitulum in Proprio.

Ry. br. 
I -pse li-be-rá-vit me * De láque-o venánti-um.



℣. Et a verbo áspe-ro. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et




Spi-rí-tu-i Sancto.


℣. Scápulis suis obumbrábit tibi.

℞. Et sub pennis ejus sperábis.

Dominicis Passionis et Palmarum. *Antiphona et Capit. in Proprio.*



E - ru - e a fráme - a * De - us á - ni - mam me - am.




∇. Et de manu ca-nis ú-ni-cam me-am. * Deus. R̄. Erue.

Non dicitur ∇. Glória Patri, sed statim repetitur R̄. Erue a frámea, etc. Et ita in omnibus R̄R̄. brevibus in Officio de Tempore Passionis.

∇. De ore leónis líbera me Dómine.


R̄. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Dominicis Temporis Paschalis.




A L-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.


Capitulum in Proprio.



S Urré-xit Dómi-nus de sepúlcro : * Alle-lú-ia, alle-



lú-ia. ∇. Qui pro no-bis pepéndit in ligno. Gló-ri - a Patri,



et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

∇. Surréxit Dóminus vere, allelúia.

R̄. Et appáruit Simóni, allelúia.

DOMINICA AD SEXTAM.

Pater noster. Ave María. ∇. Deus in adiutorium.


Hymnus.

1. In Dominicis per Annum et minoribus Festis.

8. **R** Ector pot-ens, ve-rax De-us, Qui tēpe-ras re-rum
 vi-ces, Splendó-re mane il-lúmi-nas, Et ígni-bus me-rí-di-em :
 2. Exstíngue flammas lí-ti-um, Aufer ca-ló-rem nó-xi-um,
 Confer sa-lú-tem córpo-rum, Ve-rámque pa-cem córdi-um.
 3. Praesta, Pa-ter pi-íssime, Patríque compar U-ni-ce, Cum
 Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Regnans per omne saécu-lum. A-men.


2. In majoribus Festis.

8. **R** Ector pot-ens, ve-rax De-us, Qui tēpe-ras re-rum
 vi-ces, Splendó-re mane il-lú-mi-nas, Et ígni-bus me-rí-




di-em : 2. Exstingue flammam lí-ti-um, Aufer calórem
 nó-xi-um, Confer salú-tem córpo-rum, Ve-rámque pa-cem
 cór-di-um. 3. Praesta, Pa-ter pi-ís-sime, Patríque com-
 par Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-eli-to, Regnans per
 omne saé-cu-lum. A-men.

Dominicis per Annum. Antiphona.

8. G 

A L-le-lú-ia. E u o u a e.

Dominicis Temporis Paschalis. Antiphona.

8. c 

A L-le-lú-ia. E u o u a e.

In aliis Dominicis et in Festis, Antiphona in Proprio.

Psalmus 118. VI.

DEfécit in salutáre tuum áni-
 ma mea : * et in verbum
 tuum supersperávi.
 Defecérunt óculi mei in eló-

quium tuum, * dicéntes : Quando
 consoláberis me?

Quia factus sum sicut uter in
 pruína : * justificatiónes tuas
 non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? *

quando fácies de persecúentibus me iudícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes : * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas : * iníque persecúti sunt me, ádjuva me.

Paulo minus consummavérunt me in terra : * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndum misericórdiam tuam vivífica me : * et custódiam testimónia oris tui.

In aetérnum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in caelo.

In generatiónem et generatió-nem véritas tua : * fundásti terram, et pérmanet.

Ordinatióne tua perseverát dies : * quóniam ómnia sêrviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est : * tunc forte períssem in humilitáte mea.

In aetérnum non oblivíscar justificatiónes tuas : * quia in ípsis vivificásti me.

Tuus sum ego, salvum me fac : * quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me exspectavérunt peccatóres ut pérderent me : * testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem : * latum mandátum tuum nimis.

Psalms 118. VII.

QUómodo diléxi legem tuam Dómine! * tota die meditatio mea est.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo : * quia in aetérnum mihi est.

Super omnes docétes me in-

telléxi : * quia testimónia tua meditatio mea est.

Super senes intelléxi : * quia mandáta tua quaesívi.

Ab omni vía mala prohibui pedes meos : * ut custódiam verba tua.

A iudíciis tuis non declinávi : * quia tu legem posuísti mihi.

Quam dúlcia fáucibus meis elóquia tua! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intelléxi : * proptérea odívi omnem viam iniquitátis.

Lucérna pédibus meis verbum tuum, * et lumen sémis meis.

Jurávi, et státui * custodíre iudícia justítiae tuae.

Humiliátus sum usquequáque Dómine : * vivífica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac Dómine : * „et iudícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper : * et legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi : * et de mandátis tuis non errávi.

Haereditáte acquisívi testimónia tua in aetérnum : * quia exsultatio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in aetérnum, * propter retributió-nem.

Psalms 118. VIII.

INíquos ódio hábui : * et legem tuam diléxi.

Adjútor et suscéptor meus es tu : * et in verbum tuum sperávi.

Declináte a me maligni : * et scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, et vivam : * et non confúndas me ab exspectatióne mea.

Adjuva me, et salvus ero : * et meditábor in justificatió nibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes a júdiciis tuis : * quia injústa cogitátió eórum.

Praeváricántes reputávi omnes peccatóres terrae : * ídeo diléxi testimónia tua.

Confige tímóre tuo carnes meas : * a júdiciis enim tuis tímui.

Feci júdicium et justítiam : * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum : * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutare tuum : * et in elóquium justítiae tuae.

Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam : * et justificatiónes tuas doce me.


Servus tuus sum ego : * da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciéndi. Dómine : * dissipavérunt legem tuam.


Ídeo diléxi mandáta tua, * super aurum et topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar : * omnem viam iníquam ódio hábui.

Dominicis per Annum.



A lle-lú-ia, tu-us sum ego, salvum me fac Dómine,




alle-lú-ia, alle-lú-ia.


Capitulum.

Galat. 6. 2.


A lter altérius ónera portáte, * et sic adimplébitis legem Christi. R̄. Deo grátias.



I N aetérnum, Dó-mine, * Pérmanet ver- bum tu- um.



∇. In saécu-lum saécu-li vé-ri-tas tu-a. Gló-ri-a Patri,




et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

℣. Dóminus regit me, et nihil mihi déerit.

℞. In loco páscae ibi me collocávit.


Dominicis Adventus. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*

℞. br.




O

S-ténde no-bis Dómine * Mi-se-ri-córdi- am tu- am.



℣. Et sa-lu-tá-re tu- um da no-bis. Gló-ri- a Patri, et Fí-




li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

℣. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui.

℞. Vísita nos in salutári tuo.


Dominicis Quadragesimae. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*

℞. br.




S

Cápu-lis su- is * Obumbrá- bit ti- bi. ℣. Et sub pen-



nis e- jus spe-rá-bis. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-




tu- i Sancto.


℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus.

℞. Non timébis a timóre noctúrno.

Dominicis Passionis et Palmarum. *Antiphona et Capit. in Proprio.*




D E o-re le-ó-nis * Lí-be-ra me Dó-mi-ne. V̄. Et a



córni-bus u-ni-córni-um humi-li-tá-tem me-am. * Líbera.
R̄. De ore.


V̄. Ne perdas cum ímpis Deus ánimam meam.
R̄. Et cum viris sánguinum vitam meam.

Dominicis Temporis Paschalis.




A L-le-lú-ia, alle- lú-ia, alle- lú-ia.


Capitulum in Proprio.



S Urré-xit Dó-mi-nus ve-re : * Alle- lú-ia, alle-lú-ia,



V̄. Et appá-ru- it Simó-ni. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et



Spi-rí-tu- i Sancto.

V̄. Gavísi sunt discípuli, allelúia.
R̄. Viso Dómino, allelúia.

DOMINICA AD NONAM.

Pater noster. Ave María. V. Deus in adjutórium.


Hymnus.

1. In Dominicis per Annum et minoribus Festis.


8.

R

Erum De- us tenax vi-gor, Immó-tus in te pérma-




nens, Lu-cis di-úrnae témpo-ra Succéssi-bus de-térmi-nans :




2. Largí-re lumen véspe-re, Quo vi-ta nusquam dé-ci-dat,



Sed praémi-um mortis sacrae Per-énnis instet gló-ri- a.



3. Praesta, Pa-ter pi-íssime, Patríque compar Uni-ce, Cum




Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Regnans per omne saécu-lum. A-men.

2. In majoribus Festis.


8.

R


Erum De- us te-nax vi-gor, Immó-tus in te pér-




manens, Lu-cis di-úrnae témpo-ra Succéssi-bus de-tér-




mi-nans : 2. Largí-re lumen véspe-re, Quo vi-ta nusquam




dé-ci-dat, Sed praémi-um mortis sacrae Per-énnis instet



gló-ri-a. 3. Praesta, Pa-ter pi-ís-sime, Patríque compar




Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Rêgnans per omne



saé-cu-lum. A-men.

Dominicis per Annum. Antiphona.

5. a




A

L-le-lú-ia. E u o u a e.

Dominicis Temporis Paschalis. Antiphona.

2. D



A

L-le-lú-ia. E u o u a e.

In aliis Dominicis et in Festis, Antiphona in Proprio.

Psalmus 118. IX.

Mirabilia testimónia tua : *
ideo scrutáta est ea áni-
ma mea.

Declarátio sermónum tuórum
illúminat : * et intelléctum dat
párvulis.

Os meum apéruí, et attráxi
spíritum : * quia mandáta tua
desiderábam

Aspice in me, et miserére
mei, * secúndum júdicium dili-
géntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secún-
dum elóquium tuum : * et non
dominétur mei omnis injustítia.

Rédime me a calúmniis hó-
minum : * ut custódiam man-
dáta tua.

Fáciem tuam illúmina super
servum tuum : * et doce me
justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt
óculi mei : * quia non custodié-
runt legem tuam.

Justus es Dómine : * et rectum
júdicium tuum.

Mandásti justítiam testimónia
tua : * et veritátem tuam
nimis.

Tabéscere me fecit zelus
meus : * quia oblíti sunt verba
tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum vehe-
ménter : * et servus tuus diléxit
illud.

Adolescéntulus sum ego et
contéptus : * justificatiónes
tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in aetér-
num : * et lex tua véritas.

Tribulátio et angústia inve-
nérunt me : * mandáta tua me-
ditátio mea est.

Aéqúitas testimónia tua in
aetérnum : * intelléctum da mihi,
et vivam.

Psalmus 118. X.

Clamávi in toto corde meo,
exáudi me Dómine : * justi-
ficatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me
fac : * ut custódiam mandáta
tua.

Praevéni in maturitáte, et
clamávi : * quia in verba tua
supersperávi.

Praevenérunt óculi mei ad te
dilúculo : * ut meditárer elóquia
tua.

Vocem meam audi secúndum
misericórdiam tuam Dómine : *
et secúndum júdicium tuum vi-
vífica me.

Appropinquavérunt perse-
quéntes me iniquitáti : * a lege
autem tua longe facti sunt.

Prope es tu Dómine : * et
omnes viae tuae véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis
tuis : * quia in aetérnum fun-
dásti ea.

Vide humilitátem meam, et
éripe me : * quia legem tuam
non sum oblítus.

Júdica júdicium meum, et ré-
dime me : * propter elóquium
tuum vivífica me.

Longe a peccatóribus salus : *
quia justificatiónes tuas non
exquisiérunt.

Misericórdiae tuae multae,
Dómine : * secúndum júdicium
tuum vivífica me.

Multi qui persecúntur me et
tribulant me : * a testimóniis
tuis non declinávi.

Vidi praevaricántes, et tabe-

scébam : * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine : * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum, véritas : * in aetérnum ómnia iudícia justítiae tuae.

Psalmus 118. XI.

PRíncipes persecúti sunt me gratis : * et a verbis tuis formidávit cor meum.

Laetábor ego super elóquia tua : * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, et abominátus sum : * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * super iudícia justítiae tuae.

Pax multa diligéntibus legem tuam : * et non est illis scándalum.

Exspectábam salutáre tuum Dómine : * et mandáta tua diléxi.

Custodívit ánima mea testi-

mónia tua : * et diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua et testimónia tua : * quia omnes viae meae in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo : * secúndum elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cum docúeris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum : * quia ómnia mandáta tua aéquitas.

Fiat manus tua ut salvet me : * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum Dómine : * et lex tua meditátio mea est.


Vivet ánima mea, et laudábit te : * et iudícia tua adjuvábunt me.

Errávi sicut ovis quae périit : * quaere servum tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.


Dominicis per Annum.

Anti-
phona.

A



L-le-lú-ia, fá-ci-em tu-am, Dómi-ne, il-lúmi-na




super servum tu-um, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum.


1. Cor. 6. 20.

EMpti enim estis pretio magno. * Glorificáte et portáte Deum in córpore vestro.

Dominica ad Nonam.

Ry. br. 

C Lamá-vi in to-to corde me-o : * Exáudi me Dómi-




ne. √. Justi-fi-ca-ti-ónes tu-as requí-ram. Gló-ri-a Patri. 35.


√. Ab occúltis meis munda me Dómine.

Ry. Et ab aliénis parce servo tuo.


Dominicis Adventus. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*

Ry. br. 

S Uper te Je-rú-sa-lem * O-ri-é-tur Dómi-nus. √. Et



gló-ri-a e-jus in te vi-dé-bi-tur. Gló-ri-a Patri, et Fí-




li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.


√. Veni Dómine, et noli tardáre.

Ry. Reláxa facínora plebi tuae.

Dominicis Quadragesimae. *Antiphona et Capitulum in Proprio.*

Ry. br. 

S Cu-to circumdá-bit te * Vé-ri-tas e-jus. √. Non ti-




mé-bis a timó-re noctúrno. Gló-ri-a Patri. 35.


√. Angelis suis Deus mandávit de te.

Ry. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Dominicis Passionis et Palmarum. *Antiphona et Capit. in Proprio.*

Rz. br. 

N E perdas cum ímpi- is * De- us á-ni-mam me- am.




∇. Et cum vi-ris sánguinum vi-tam me- am. * Deus. Rz. Ne perdas.

∇. Eripe me Dómine ab hómine malo.


Rz. A viro iníquo éripe me.

Dominicis Temporis Paschalis.


Anti-
phona. 

A L-le-lú- ia, alle- lú- ia, alle- lú- ia.


Capitulum in Proprio.

Rz. br. 

G Aví-si sunt discí-pu-li : * Alle- lú- ia, alle- lú- ia.



∇. Vi-so Dómi-no. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí-



tu- i Sancto.

∇. Mane nobíscum Dómine, allelúia.


Rz. Quóniam advesperáscit, allelúia.




DOMINICA AD VESPERAS

Pater noster. Ave María. √. Deus in adiutorium.

Antiphona. 7. c 2



IXIT Dóminus. † *Cantor* : Dómino me- o : *



Sede a dextris me- is.

Tempore Paschali. Antiphona. (*Sub qua sola dicuntur omnes Psalmi.*)

7. c 2



A

L-le-lú-ia. *Ps.* Di- xit Dómi-nus. E u o u a e.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dóminus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum : * ex útero ante luciferum genui te.

Juravit Dóminus, et non poenitebit eum : * Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die irae suae reges.

† Et non repetitur in Psalmo : quod semper fit, quando Antiphona incipit a primo versu Psalmi, et Psalmus tunc incipitur ab eo verbo in quo desinit Antiphona, sive integra dicatur, sive tantum inchoata : si tamen eadem sint verba, et continuetur Antiphona cum Psalmo.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.


De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Glória Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.


Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Hic versus Glória Patri, semper dicitur in fine omnium Psalmorum, nisi aliter notetur.

Anti-
phona.




Di-xit Dómi-nus Dó-mi-no me-o : Se-de a dex-



tris me- is.

2. Ant.
3. b



M

A-gna ópe-ra Dómi-ni. E u o u a e.

Psalmus 110.

Confitebor tibi Dómine in toto corde meo : * in consilio justorum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificéntia opus ejus : * et justítia ejus manet in saeculum saeculi.

Memóriam fecit mirabilium suorum, † miséricors et miserátor Dóminus : * escam dedit tíméntibus se.

Memor erit in saeculum testaménti sui : * virtútem óperum suorum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis haereditátem gentium : * ópera mánuum ejus véritas et judícium.


Fidélia ómnia mandáta ejus : † confirmáta in saeculum saeculi : * facta in veritáte et aequitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in aeternum testaméntum suum.


Sanctum et terríbile nomen ejus : * inítium sapiéntiae timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in saeculum saeculi.


Anti-
phona.



Magna ópe-ra Dómi-ni, exqui-sí-ta in omnes



vo-luntá-tes e- jus.



3. Ant.

4. g

Q

UI timet Dómi-num. E u o u a e.

Psalmus 111.

BEátus vir qui timet Dómi-num : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo ejus : * et justítia ejus manet in saéculum saéculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómodat, † dispónet sermónes suos in judício : *


quia in aetérnum non commovébitur.

In memória aetérna erit justus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus : * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.


Dispérsit, dedit paupéribus : † justítia ejus manet in saéculum saéculi : * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet : * desidérium peccatórum períbit.



Anti-
phona.

Qui timet Dóminum, in mandá-tis e-jus cu- pit ni-mis.



4. Ant.

7. c

S

IT nomen Dómi-ni. E u o u a e.

Psalmus 112.

LAudáte púeri Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sít nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in saéculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus súper omnes gentes Dóminus, * et super caelos glória ejus.


Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in caelo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.


Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum laetántem.

Anti-
phona.



Sit nomen Dómi-ni be-ne-díctum in saécu-la.

5. Ant.
T. pereg.



D

E-us autem noster. E u o u a e.

Psalmus 113.

IN éxitu Israel de Aegýpto, * domus Jacob de pópulo bárbaro :

Facta est Judaéa sanctificatio ejus, * Israel potéstas ejus.

Mare vidit, et fugit : * Jordánis convérsus est retrórsum.

Montes exsultavérunt ut aríetes : * et colles sicut agni óvium.

Quid est tibi mare quod fugísti? et tu Jordánis, quia convérsus es retrórsum?

Montes exsultástis sicut aríetes, * et colles sicut agni óvium?

A fácie Dómini mota est terra, * a fácie Dei Jacob :

Qui convértit petram in stagna aquárum, * et rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis, * sed nómini tuo da glóriam :

Super misericórdia tua et veritate tua : * nequándo dicant gentes : Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in caelo : * ómnia quaecúmque voluit, fecit.

Simulácula géntium argéntum et aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur : * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non audient : * nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt : † pedes habent, et non ambulábunt : * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui faciunt ea : * et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino : * adjútor eórum et prótector eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : † adjútor eórum et prótector eórum est.

Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino : * adjútor eórum et prótector eórum est.

Dóminus memor fuit nostri : * et benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israel : * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum, * pusillis cum majóribus.


Adjiciat Dóminus super vos: * super vos, et super filios vestros.

Benedícti vos a Dómino, * qui fecit caelum et terram.


Caelum caeli Dómino : * terram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine : * neque omnes qui descéndunt in inférnum.


Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc et usque in saeculum.



De- us autem noster in cae- lo : ómni- a quaecúmque



vó- lu- it, fe- cit.




Alle- lú- ia, al- le- lú- ia, alle- lú- ia.

Capitulum.

2. Cor. I. 3-4.

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.


Hymnus.




L U- cis Cre- á- tor óptime, Lu- cem di- é- rum pró-




fe-rens, Primórdi- is lu- cis novae Mundi pa- rans o- rí- gi-




nem : 2. Qui mane junctum véspe- ri Di- em vo- cá- ri




praeci-pis : Il-lá-bi-tur te-trum cha-os, Audi pre-ces cum




flé-ti-bus. 3. Ne mens gra-vá-ta crí-mi-ne, Vi-tae sit ex-




sul mú-ne-re, Dum nil per-énne có-gi-tat, Se-sé-que cul-pis




íl-li-gat. 4. Caeléste pul-set ósti-um, Vi-tá-le tol-lat




praémi-um : Vi-témus omne nó-xi-um, Purgé-mus omne



péssimum. 5. Praesta, Pa-ter pi-íssime, Patrí-que com-par



U-ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Regnans per omne




saécu-lum. A-men.


2. Alius Tonus ad libitum.

8.

L



U-cis Cre-á-tor óptime, Lu-cem di-é-rum pró-fe



et hoc est nomen quod vocábunt eum, * Dóminus justus noster.


℞. *breve.* Osténde nobis Dómine. 36. ℣. Meménto.

Preces ut supra, 87.

Tempore Quadragesimae in Feriali Officio.



Commendémus nosmet-ípsos in multa pa-ti-én-



ti-a, in je-jú-ni-is mul-tis, per arma justí-ti-ae.

Capitulum.


Isaiae 55. 7.


Derelinquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatónes suas, † et revertátur ad Dóminum, et miserébitur ejus, * et ad Deum nostrum, quóniam multus est ad ignoscéndum.

℞. *breve.* Scápulis suis. 36. ℣. Scuto.

Deinde Preces, 87.

Tempore Passionis in Feriali Officio.

Ant. 
P Opu- le me- us, quid fe- ci ti- bi? aut quid mo- lé-


 stus fu- i? respónde mi- hi.

Capitulum.

Jerem. 17. 18.

Confundántur qui me persecúntur, et non confundar ego : † páveant illi, et non páveam ego : * induc super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cóntere eos, Dómine Deus noster.

R. breve. De ore leónis. 37. V. Ne perdas.

Deinde Preces, 87.

Tempore Paschali in Feriali Officio et in Festis communibus.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. ut in Dominica, 37.

In Feriali Officio.

Capitulum.

I. Cor. 15. 20-22.

Christus resurréxit a mórtuis primitíae dormiéntium : † quó- niam quidem per hómínem mors, et per hómínem resurréctio mortuórum. * Et sicut in Adam omnes moriúntur, ita et in Christo omnes vivificabúntur.


R. breve. Surréxit Dóminus vere. 37. V. Gavísi sunt.


In Festis, Capitulum et reliqua in Proprio.

FERIA II. AD NONAM.


Hymnus.

Tonus in Feriis et Festis Simplicibus.


8. 
R E-rum De- us tenax vi- gor, Immó- tus in te pérma-




nens, Lu-cis di-úrnae témpo-ra Succéssi-bus de-térmi-nans :




2. Largí-re lumen véspe-re, Quo vi-ta nusquam dé-ci-dat, Sed



praémi-um mortis sacrae Per-énis instet gló-ri-a. 3. Prae-



sta, Pa-ter pi-íssime, Patríque compar Uni-ce, Cum Spí-ri-



tu Pa-rácli-to, Regnans per omne saécu-lum. A-men.

In aliis Festis toni ut supra, 38.

Per Annum in Feriali Officio, et in Festis communibus extra
Tempus Paschale.

Ant.
7. a

E

Xsultá-te justí. E u o u a e.

Tempore Adventus in Feriali Officio. *Antiphona quinta e Lau-
dibus Dominicae praeced., vel ex propriis Laudibus.*

Tempore Quadragesimae (post Dom. I. Quadrag.) in Feriali
Officio.

Ant.
I. f

P

ER arma justí-ti-ae. E u o u a e.

Per Hebdomadam Passionis in Feriali Officio.

Ant.
4. A*

N Umquid réddi-tur. E u o u a e.

Tempore Paschali in Feriali Officio et in Festis communibus.

Ant. Allelúia. ut ad Nonam pro Dominicis Temp. Paschalis, 39.

Psalmus 31.

BEáti quorum remíssae sunt iniquitátes : * et quorum tecta sunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spírítu ejus dolus.

Quóniam táci, inveteravérunt ossa mea, * dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : * convérsus sum in aerúmna mea, dum configitur spina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci : * et injustítiam meam non abscondi.

Dixi : Confitébor advérsus me injustítiam meam Dómino : * et tu remisisti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in témpore opportúno.

Verúm tamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum a tribulatióne, quae circúmdedit me : * exsultátió mea, érué me a circúmdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, et instruam te in via hac qua gradiéris : * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intelléctus.

In camo et fraeno maxíllas eórum constrínge, * qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccátoris, * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Laetámini in Dómino, et exsultáte justí : * et gloriámini omnes recti corde.

Psalmus 32. I.

EXsultáte justí in Dómino : * rectos decet collaudátió.

Confitémini Dómino in cíthará : * in psaltério decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum novum : * bene psállite ei in vociferatióne.

Quia rectum est verbum Dómini, * et ómnia ópera ejus in fide.

Díligit misericórdiam et júdicium : * misericórdia Dómini plena est terra.

Verbo Dómini caeli firmáti sunt : * et spírítu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in utre aquas maris : * ponens in thesáuris abyssos.

Tímeat Dóminum omnis terra : * ab eo autem commoveántur omnes inhabitántes orbem.

Quóniam ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandávit, et creáta sunt.

Dóminus díssipat consília géntium : † réprobat autem cogitatiónes populórum, * et réprobat consília princípum.

Consílium autem Dómini in aetérnum manet : * cogitatiónes cordis ejus in generatióne et generatióne.

Psalmus 32. II.

BEáta gens cujus est Dóminus Deus ejus : * pópulus quem elégit in haereditátem sibi.

De caelo respéxit Dóminus : * vidit omnes filios hómínium.

De praeparáto habitáculo suo, * respéxit super omnes qui hábitant terram.

Qui finxit sigillátim corda

eórum : * qui intélligit ómnia ópera eórum.

Non salváitur rex per multam virtútem : * et gigas non salvábitur in multítudine virtútis suae.

Fallax equus ad salútem : * in abundántia autem virtútis suae non salvábitur.

Ecce óculi Dómini super metuéntes eum, * et in eis qui sperant super misericórdia ejus :

Ut éruat a morte ánimas eórum, * et alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dóminus : * quóniam adjútor et prótector noster est :

Quia in eo laetábitur cor nostrum : * et in nómine sancto ejus sperávimus.


Fiat misericórdia tua Dómine super nos : * quemádmódu[m] sperávimus in te.

Per Annum in Feriali Officio, et in Festis communibus extra Tempus Paschale.

Anti-
phona.

E

Xsultá-te justí, et glo-ri-ámi-ni omnes recti



cor-de.

In Feriali Officio.

Capitulum.


1. Petri 1. 17-19.

IN timóre incolátus vestri témpore conversámini : † sciéntes quod non corruptibílibus auro vel argénto redémpti estis, * sed pretiósó sáanguine quasi Agni immaculáti Christi.


Ry. br.

R

Ed-ime me Dómi-ne, * Et mi-se-ré- re me- i.



∮. Pes e-nim me-us ste-tit in vi- a recta. Gló-ri- a Patri,



et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

∮. Ab occúltis meis munda me Dómine.

R̄. Et ab aliénis parce servo tuo.

Preces, si dicendae sint, ut supra ad Tertiam, 87.

In Festis, Capitulum et reliqua in Proprio.

Tempore adventus in Feriali Officio. *Antiphona e Laudibus Dominicae praeced., vel ex propriis Laudibus.*

Capitulum.

Isaiae 14. 1.


PRope est ut véniat tempus ejus, † et dies ejus non elongabúntur : * miserébitur enim Dóminus Jacob, et Israel salvábitur.

R̄. *breve.* Super te Jerúsalem. 42. ∮. Veni Dómine.


Preces ut supra, 87.

Tempore Quadragesimae in Feriali Officio.

Anti-
phona.



PER arma justí-ti-ae virtú-tis De- i, commen-



démus nosmet-í-psos in multa pa-ti- énti- a.

Capitulum.

Isaiae 58. 7.

FRange esuriénti panem tuum, et egénos vagósque induc in domum tuam : † cum víderis nudum, óperi eum, * et carnem tuam ne despéxeris.

R̄. *breve.* Scuto circúmdabit te. 42. ∮. Angelis suis Deus.


Preces ut supra, 87.

Tempore Passionis in Feriali Officio.

Anti-
phona.

N

Umquid réddi-tur pro bono ma-lum, qui-a fodé-runt



fóve- am á-nimae me- ae?

Capitulum.

Jerem. 18. 20.

Recordáre quod stéterim in conspéctu tuo, † ut lóquerer pro eis bonum, * et avérterem indignatiónem tuam ab eis.

Rj. breve. Ne perdas. 43. *¶.* Eripe me Dómine.

Preces ut supra, 87.

Tempore Paschali in Feriali Officio et in Festis communibus.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. *ut in Dominica, 43.*

Capitulum.

1. Petri 3. 18.

Christus semel pro peccátis nostris mórtuus est, justus pro injústis, † ut nos offerret Deo, mortificátus quidem carne, * vivificátus autem spírítu.

Rj. breve. Gavísi sunt discípuli. 43. *¶.* Mane nobiscum.

In Festis, Capitulum et reliqua in Proprio.



FERIA II. AD VESPERAS.

Psalmi ad Vesperas in hac Feria et in aliis Feriis assignati, cum appositis Antiphonis dicuntur in Feriali Officio, et in Festis quando sumendi sunt Psalmi feriales ad Vesperas.


In Festis Duplicibus, Antiphonae dicuntur integrae ante et post Psalmum.

I. Ant.


I. g 2

I

Ncli-návit Dómi-nus * au-rem su- am mi- hi.



E u o u a e.



A L-le-lú-ia, * alle-lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Sub qua sola dicuntur omnes Psalmi. Et ita in aliis Feriis.

Psalmus 114.

Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meae :

Quia inclinávit aurem suam mihi : * et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni : * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam me-


am : † miséricors Dóminus et justus, * et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, et liberávit me.


Convértere ánima mea in réquiem tuam : * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte, † óculos meos a lácrimis, * pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.



V O-ta me-a * Dómino reddam co-ram omni pópulo



e- jus. E u o u a e.

Psalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus quae retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.


Vota mea Dómino reddam co-

ram omni pópulo ejus : * pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancíllae tuae.

Dirupísti víncula mea : † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

3. Ant.
7. b

C Lamá- vi, * et Dóminus exaudí-vit me. E u o u a e.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulá-
rer clamávi : * et exau-
dívit me.


Dómine líbera ánimam meam
a lábiis iníquis, * et a lingua
dolósa.

Quid detur tibi, aut quid ap-
ponátur tibi, * ad linguam do-
lósam?


Sagíttae poténtis acútae, *
cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi! quia incolátus
meus prolongátus est : † habi-
távi cum habitántibus Cedar : *
multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem,
eram pacíficus : * cum loquébar
illis, impugnábant me gratis.

4. Ant.
i. f

A Uxí- li- um me- um * a Dómi- no, qui fé- cit cae- lum



et ter- ram. E u o u a e.

Psalmus 120.

LEvávi óculos meos in mon-
tes, * unde véniet auxí-
lium mihi.

Auxílium meum a Dómino, *
qui fecit caelum et terram.

Non det in commotióne pedem
tuum : * neque dormítet
quí custódit te.

Ecce non dormitábit neque
dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus
protéctio tua, * super manum
déteram tuam.


Per diem sol non uret te : *
neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni
malo : * custódiat ánimam tuam
Dóminus.


Dóminus custódiat intróitum
tuum et éxitum tuum : * ex
hoc nunc, et usque in saéculum.

5. Ant.

4. g



L Aetá- tus sum * in his quae dicta sunt mi- hi.



E u o u a e.

Psalmus 121.

L Aetátus sum in his quae dicta sunt mihi : * in domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quae aedificátur ut civitas : * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

Rogáte quae ad pacem sunt Jerúsalem : * et abundántia diligéntibus te :

Fiat pax in virtúte tua : * et abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos et próximos meos, * loquébar pacem de te :

Propter domum Dómini Dei nostri, * quaesívi bona tibi.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. ut supra, 99.

Capitulum, Hymnus et V. hic et in aliis Feriis posita dicuntur tantum in Feriali Officio per Annum. Tempore autem Adventus, Quadragesimae, Passionis et Paschali habentur propriae, ut in Feria II. primo in his Temporibus occurrente indicantur.

Antiphona ad Magnificat singulis Feriis apposita dicitur tantum in Feriali Officio per Annum, sed post Septuagesimam habentur propriae ut ibidem notatur.

Capitulum.

2. Cor. I. 3-4.

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

Hymnus.

I.

Imménse cae-li Cón-di-tor, Qui mixta ne confúnde-
rent,
Aquaе flu-énta dí-vi-dens, Cae-lum de-dísti lími-tem : 2. Fir-
mans locum caelésti-bus, Simúlque terrae rívu-lis : Ut unda

Feria Secunda ad Vesperas.

flammas tēpē-ret, Terrae so-lum ne díssi-pent. 3. Infúnde nunc,
 pi-íssime, Donum per-énis grá-ti-ae : Fraudis novae ne cá-
 si-bus Nos error átte-rat ve-tus. 4. Lu-cem fi-des adáuge-at :
 Sic lúmi-nis jubar fe-rat, Haec vana cuncta pró-te-rat, Hanc
 falsa nulla cómpri-mant. 5. Praesta, Pa-ter pi-íssime, Patrí-
 que compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Regnans per
 omne saécu-lum. A-men.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.


℞. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.


Chorus, praeunte Cantore, statim prosequitur.

8. G

M Agní-fi-cat * ánima me-a Dóminum. Et exsultávit.
Canticum B. M. V. Magnificat. 52.



Magní- fi- cat á-nima me- a Dómi-num, qui- a respé-



xit De- us humi-li-tá-tem me- am.

Deinde dicitur V. Dóminus vobiscum. et Oratio, quae in Feriali Officio per Annum sumitur e Dominica praecedenti, nisi aliter notetur. Et si tempus requirat, fit Suffragium de Omnibus Sanctis, vel de Cruce, ut supra, 52.

In Feriis vero Adventus, Quadragesimae ac Passionis, ac Quatuor Temporum Septembris, si fiat Officium de Feria, etiam si peragenda sit commemoratio Duplicis aut Semiduplicis ad instar Simplicis redacti, repetita Antiphona ad Magnificat, dicuntur flexis genibus Preces sequentes.

KYrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. quod dicitur a solo Hebdomadario totum clara voce, usque ad

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem. R̄. Sed libera nos a malo.

V. Ego dixi : Dómine miserére mei. R̄. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

V. Convértere Dómine úsquequo. R̄. Et deprecábilis esto super servos tuos.

V. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. R̄. Quemádmódu[m] sperávimus in te.

V. Sacerdótes tui induántur justítiam. R̄. Et sancti tui exsúltent.

V. Orémus pro beatíssimo Papa nostro *N.* R̄. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

V. Orémus et pro Antístite nostro *N.* R̄. Stet et pascat in fortitú-dine tua Dómine, in sublimitáte nóminis tui.

¶ *Romae praecedens V. cum suo R̄. omittitur : alibi vero, ad litteram N., ab omnibus nomen dioecesani Episcopi exprimitur. Vacante Apostolica vel Episcopali Sede, alteruter vel uterque respectivus V. cum suo R̄. praeteritur.*

V. Dómine salvum fac regem. R̄. Et exáudi nos in die qua invoca- verimus te.

V. Salvum fac pópulum tuum Dómine, et bédedic haereditáti tuae. R̄. Et rege eos, et extólle illos usque in aetérnum.

V. Meménto congregatiónis tuae. R̄. Quam possedísti ab iníitio.

V. Fiat pax in virtúte tua. R̄. Et abundántia in túrribus tuis.

V. Orémus pro benefactóribus nostris. R̄. Retribúere dignáre, Dó- mine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam aetérnam. Amen.

℣. Orémus pro fidélibus defúntis. ℞. Réquiem aetérnam dona eis Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus. ℞. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

℣. Pro afflíctis et captívus. ℞. Líbera eos, Deus Israel, ex ómnibus tribulatióibus suis.

℣. Mitte eis Dómine auxiliúm de sancto. ℞. Et de Sion tuére eos.

℣. Dómine Deus virtútum convérte nos. ℞. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

℣. Exsúrge Christe, adjúva nos. ℞. Et líbera nos propter nomen tuum.

℣. Dómine exáudi oratióem meam. ℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Et dicitur Oratio conveniens, et reliqua ut supra.

Feria II. ad Completorium.

Omnia dicuntur ut supra in Dominica, 54, exceptis his quae sequuntur.

Psalmi ad Completorium per singulas Ferias positi dicuntur semper cum respectiva Antiphona in Officio tum de Tempore tum de Sanctis, quando juxta Rubricas sumendi sunt Psalmi de Feria.

Ant.
8. G

S Alvim me fac. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, ut in Dominica, 56.

Psalmus 6.

Domine ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corripas me.

Miserére mei Dómine, quóniam infirmus sum : * sana me Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde : * sed tu Dómine úsquequo?

Convértere Dómine, et éripe

ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, † lavábo per singulas noctes lectum meum : * lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus : * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem meam, * Dóminus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur et erubescant valde velociter.

Psalmus 7. I.

Domine Deus meus in te sperávi : * salvum me fac ex omnibus persecúentibus me, et líbera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédímat, neque qui salvum faciát.

Dómine Deus meus, si feci istud, * si est iniquitas in máni-
bus meis :

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * decídám mérito ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, † et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam, * et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exsúrge Dómine in ira tua : * et exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exsúrge Dómine Deus meus in praecépto quod mandá-

sti : * et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere : * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me Dómine secúndum justítiam meam, * et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, * scrutans corda et renes, Deus.

Psalmus 7. II.

Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis et pátiens : * numquid iráscitur per singulos dies?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis : * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam : * concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, et effódit eum : * et incidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus : * et in vérticem ipsíus iniquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus : * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Anti-
phona.

S

Alvum me fac Dómine, propter mi-se-ricórdi-am tu- am.

Temp. Pasch., Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. ut in Dominica. 58.

Reliqua ut supra in Dominica, 58.

FERIA III. AD LAUDES.


I.

1. Ant.

2. D

C

Antá-te Dómi-no, * et be-ne-dí-ci-te nómi-ni



e- jus. E u o u a e.

T. Pasch.

2. D

A

L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 95.

CAntáte Dómino cánticum novum : * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedicite nómini ejus : * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis : * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium daemónia : * Dóminus autem caelos fecit.

Conféssio et pulchritúdo in conspéctu ejus : * sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino, pátriae géntium, † afférte Dómino glóriam

et honórem : * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.


Commovéatur a fácie ejus univérsa terra : * dícite in géntibus quia Dóminus regnávít.

Etenim corréxit orbem terrae, qui non commovébitur : * judicábit pópulos in aequitáte.

Laeténtur caeli, et exsúltet terra : † commovéatur mare, et plenitúdo ejus : * gaudébunt campi, et ómnia quae in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrae in aequitáte, * et pópulos in veritáte sua.



S A-lu-tá-re* vultus me- i De- us me- us. E u o u a e.

Psalmus 42.

JUDICA me Deus, et discérne causam meam de gente non sancta : * ab hómine iniquo et dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea : † quare me repulísti? * et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?


Emítte lucem tuam et veritátem tuam : † ipsa me deduxérunt et adduxérunt in montem

sanctum tuum, * et in tabernácula tua.


Et introíbo ad altáre Dei : * ad Deum, qui laetificat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus : * quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.



I Llúmi-na Dómi-ne * vultum tu-um su- per nos.



E u o u a e.

Psalmus 66.

DEUS misereátur nostri et benedicat nobis : * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.


Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.


Laeténtur et exsúltent gentes : † quóniam júdicas pópulos in aequitáte, * et gentes in terra dirígis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, † confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus : * et métuant eum omnes fines terrae.



E X-altá- te * Re-gem saecu-ló-rum in o-pé- ri-bus



vestris. E u o u a e.

Canticum Tobiae.

Tob. 13. 1 10.

Magnus es Dómine in aetérnum, * et in ómnia saécula regnum tuum :

Quóniam tu flagéllas et salvas, † dedúcis ad ínferos et redúcis : * et non est qui effúgiat manum tuam.

Confitémini Dómino, filii Israel, * et in conspéctu géntium laudáte eum :

Quóniam ideo dispérsit vos inter gentes, quae ignórant eum, * ut vos enarrétis mirabília ejus.

Et faciátis scire eos, * quia non est álius Deus omnípotens praeter eum.

Ipse castigávit nos propter

iniquitátes nostras : * et ipse salvábit nos propter misericórdiam suam.

Aspícite ergo quae fecit nobiscum, † et cum timóre et tremóre confitémini illi : * Regémque saeculórum exaltáte in opéribus vestris.

Ego autem in terra captivitátis meae confitébor illi : * quóniam osténdit majestátem suam in gentem peccatricem.

Convertímur itaque peccátore, † et fácite justítiam coram Deo, * credéntes quod fáciat vobiscum misericórdiam suam :

Ego autem, et ánima mea, * in eo laetábimur.


Benedícite Dóminum, omnes elécti ejus : * ágite dies laetítiae, et confitémini illi.

5. Ant.

2. D

L

Audá-te * nomen Dó-mi-ni, qui sta-tis in domo



Dómi-ni. E u o u a e.

Psalmus 134.

Laudáte nomen Dómini, * laudáte servi Dóminum.

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus : * psállite nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi Dóminus, * Israel in possessioném sibi.

Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, * et Deus noster prae ómnibus diis.

Omnia quaecúmque vóluit, Dóminus fecit in caelo et in ter-

ra, * in mari et in ómnibus abyssis.

Edúcens nubes ab extrémó terrae : * fúlgura in plúviam fecit.

Qui prodúcit ventos de thesáuris suis : * qui percússit primogénita Ægýpti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa et prodígia in médio tui Ægýpte : * in Pharaónem et in omnes servos ejus.

Qui percússit gentes multas, * et occídit reges fortes :

Sehon regem Amorrhæórum, et Og regem Basan, * et ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum haereditátem, * haereditátem Israel pópulo suo.

Dómine, nomen tuum in aetérnum : * Dómine, memoriále tuum in generatióem et generatióem.

Quia judicábit Dóminus pópulum suum : * et in servis suis deprecábitur.

Simulácra géntium argéntum et áurum, * ópera mánuum hómínium.

Os habent, et non loquéntur : * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non audient : * neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui faciunt ea : * et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel benedicite Dómino : * domus Aaron benedicite Dómino.

Domus Levi benedicite Dómino : * qui timétis Dóminum benedicite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jerúsalem.

Capitulum.

Rom. 13. 12-13.

NOX praecéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.


Hymnus.

4.


A - les di - é - i nunti - us Lu - cem pro - pin - quam praeci -

nit : Nos exci - tá - tor ménti - um, Jam Christus ad vi - tam vo - cat.


2. Auférte, clamat, léctu - los, Ægró sopó - re dé - si - des : Castíque,




recti ac sóbri- i Vigílá-te : jam sum pró-ximus. 3. Je-sum ci- á-



mus vó-ci-bus, Flentes, pre-cántes, sóbri- i : Inténta suppli-cá-




ti- o Dormí-re cor mundum ve-tat. 4. Tu Christe somnum dí-




scu-te, Tu rumpe noctis víncu-la, Tu solve peccá-tum ve-



tus, Novúmque lumen ínge-re. 5. De- o Patri sit gló-ri- a,



E-júsque so-li Fí- li- o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Nunc et



per omne saécu-lum. A-men.


℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exsultávimus et delectáti sumus.


Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

E




- ré-xit no-bis * Dómi-nus cornu sa-lú-tis in domo



Da-vid pú- e-ri su- i. E u o u a e.

II.


1. Ant.
4. E
D E- le * in-iqui-tá-tem me- am Dómi-ne, se-cúndum



mul-ti-tú-di-nem mi-se-ra-ti- ó-num tu- á-rum. E u o u a e.


Ps. 50. Miserére mei Deus. 10.

2. Ant.
8. c
D Iscér- ne * causam me- am, De- us, de gen- te non



sancta. E u o u a e. *Ps. 42. Júdica me Deus. 107.*

3. Ant.
8. G*
D E-us * mi-se-re- á-tur nostri, et be-ne-dí-cat nos.



E u o u a e.

Ps. 66. Deus misereátur nostri. 107.

4. Ant.
8. G
C Orrí-pi- es me Dómi-ne. E u o u a e.

Canticum Ezechiae.

Isaiae 38. 10-20.

EGO dixi : In dimidio dierum meorum, * vadam ad portas inferi.

Quaesivi residuum annorum meorum : * dixi : Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra, * et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est, et convoluta est a me, * quasi tabernaculum pastorum.

Praecisa est velut a texente vita mea : † dum adhuc ordi-
rer, succidit me : * de mane usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane : * quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

De mane usque ad vesperam finies me : † sicut pullus hirundinis sic clamabo, * meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei, * suspicientes in excelsum.

Domine vim patior, responde

pro me. * Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos, * in amaritudine animae meae.

Domine, si sic vivitur et in talibus vita spiritus mei, † corripies me et vivificabis me. * Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret : * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.


Quia non infernus confitebitur tibi, † neque mors laudabit te : * non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie : * pater filiis notam faciet veritatem tuam.


Domine salvum me fac : * et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitae nostrae in domo Domini.



Corri-pi-es me Domine, et vi-vi-fi-ca-bis me.



L Audá-te Dóminum, * qui-a be-nígnus est, et in



servis su- is depre-cá-bi-tur. E u o u a e.


Ps. 134. Laudate nomen Domini. 108.

Reliqua ut supra, 109, nisi habeantur propria. Preces 77.

FERIA III. AD PRIMAM.

Hymnus ut supra, 78 et 13.

Ant.
8. c



D E-us me-us. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 15. (pro Dom. T. Paschalis).

Sic per Tempus Paschale in Officio Feriali et in Festis communibus, ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam et Completorium, Ant. Allelúia cantatur ut ad easdem Horas in Dominicis Temporis Paschalis.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 80.

Psalmus 24. I.

AD te Dómine levávi ánimam meam : * Deus meus in te confido, non erubéscam.

Neque irrideant me inimíci mei : * étenim univérsi qui sústinent te non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * supervácue.

Vias tuas Dómine demónstra mihi : * et sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, et doce me : * quia tu Deus salvátor meus, et te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, * et misericordiárum tuárum, quae a saéculo sunt.

Delícta juventútis meae, * et ignorántias meas ne memíneris.

Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu : * propter bonitátem tuam Dómine.

Psalmus 24. II.

DUlcis et rectus Dóminus : * propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Díriget mansuétos in iudicio : * docébit mites vias suas.

Univérsae viae Dómini, misericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum ejus et testimoniá ejus.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo : * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur : * et semen ejus haereditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus tíméntibus eum : * et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Psalmus 24. III.

OCuli mei semper ad Dóminum : * quóniam ipse evélet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére mei : * quia únicus et pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátae sunt : * de necessitatibus meis érué me.

Vide humilitatem meam et
laborem meum : * et dimitte
universa delicta mea

Réspice inimicos meos quóniam multiplicati sunt, * et odio iniquo odérunt me.


Custódi ánimam meam, et

érue me : * non erubescam,
quóniam sperávi in te.

Innocéntes et recti adhaesérunt mihi : * quia sustínui te.

Líbera Deus Israel * ex ómnibus tribulatió nibus suis.

Quando ad Laudes dictus fuit Ps. 50. Miserere mei Deus, hic subjungitur Ps. 95. Cantate Dómino, ut supra, 106.



De-us me-us, in te confí-do, non e-rubé-scám.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 19.


Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut supra Feria II., 81.

In Feriali Officio extra T. P., Capitulum. Pacem et veritatem. 82.

Reliqua ut supra Feria II., 82, et Dominica, 22.

FERIA III. AD TERTIAM.

Hymnus ut supra, 84 et 25.



R Espé-xit me. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 27.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 85.

Psalmus 39. I.

EXspéctans exspectávi Dó-
minum, * et inténdit mihi.

Et exaudivit preces meas : *
et edúxit me de lacu misériae,
et de luto faecis.

Et státuit super petram pedes
meos : * et diréxit gréssus meos.

Et immísit in os meum cánti-
cum novum, * carmen Deo no-
stro.

Vidébunt multi, et tímébunt : *
et sperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus est nomen
Dómini spes ejus : * et non re-
spéxit in vanitátes et insánias
falsas.

Multa fecísti tu, Dómine Deus
meus, mirabília tua : * et cogi-
tatió nibus tuis non est qui sími-
lis sit tibi.

Annuntiávi et locú tus sum : *

multiplicáti sunt super númerum.

Sacrificium et oblatiónem nolústi : * aures autem perfecisti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti : * tunc dixi : Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam : * Deus meus, vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Psalmus 39. II.

ANnuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna, * ecce lábia mea non prohibébo : Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscondi in corde meo : * veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam et veritátem tuam * a concílio multo.

Tu autem Dómine ne longe fácias miseratiónes tuas a me : * misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus : † comprehendérunt me ini-

quitátes meae, * et non pótui ut vidérem.

Multiplicátae sunt super capillos cápitis mei : * et cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me : * Dómine ad adjuvándum me réspice.

Psalmus 39. III.

Confundántur et revereántur simul qui quaerunt ánimam meam, * ut áuferant eam.


Convertántur retrórsus et revereántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusióne suam, * qui dicunt mihi : Euge, euge.


Exsúltent et laeténtur super te omnes quaeréntes te : * et dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum et pauper : * Dóminus sollicitus est mei.

Adjútor meus et protéctor meus tu es : * Deus meus ne tardáveris.



Respé-xit me, et exaudí-vit depre-ca-ti-ó-nem




me- am Dómi-nus.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 31.

In Feriali Officio reliqua ut supra Feria II., 86.

FERIA III. AD SEXTAM.

Hymnus ut supra, 89 et 32.

Ant. 

8. G

S Usce-pí-sti me Dómi-ne. E u o u a e.

*Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 33.**Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 89.*

Psalmus 40.

BEátus qui intélligit super egénum et páuperem : * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conservet eum, et vivíficet eum, † et beátum fáciat eum in terra : * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus : * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi : Dómine, miserére mei : * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi : * Quando moriétur, et períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur : * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei : * advérsum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me : * Numquid qui dormit non adjíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meae, in quo sperávi : * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem Dómine miserére mei, et resúscita me : * et retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me : * quóniam non gaudebit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti : * et confirmásti me in conspéctu tuo in aetérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel a saéculo et usque in saeculum : * fiat, fiat.

Psalmus 41. I.

Quemádmódu desiderat cervus ad fontes aquárum * ita desiderat ánimá mea ad te Deus.

Sitívit ánimá mea ad Deum fortem vivum : * quando véniam, et apparebo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrimae meae panes die ac nocte : * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?

Haec recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam : * quó-

niam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exsultatiónis et confessiόνis : * sonus epulántis.

Quare tristis es ánima mea, * et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Psalmus 41. II.

AD meípsum ánima mea conturbáta est : * proptérea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermónim a monte módico.

Abýssus abýssum ínvoCAT, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : * et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vífæ meae, * dicam Deo : Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? * et quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea : * exprobravérunt mihi qui tribulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Anti-
phona.

Susce-pi-sti me Dómi-ne, et confirmásti me in con-

spéctu tu- o.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 37.

In Feriali Officio reliqua ut supra Feria II., 91.

FERIA III. AD NONAM.

Hymnus ut supra, 93 et 38.

Ant.

2. D

S

Alvá-sti nos. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 39.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 94.

Psalms 43. I.

DEus, áuribus nostris audívimus : * patres nostri annuntiavérunt nobis :

Opus quod operátus es in diébus eórum, * et in diébus antíquis.

Manus tua gentes dispédidit, et plantásti eos : * afflixísti pópulos, et expulísti eos.

Nec enim in gládio suo posederunt terram, et bráchium eórum non salvávit eos :

Sed délixtera tua, et bráchium tuum, et illuminátio vultus tui : * quóniam complacuísti in eis.

Tu es ipse Rex meus et Deus meus : * qui mandas salútes Jacob.

In te inimícos nostros ventilávimus cornu : * et in nómine tuo spernémus insurgéntes in nobis.

Non enim in arcu meo sperábo : * et gladius meus non salvábit me.

Salvásti enim nos de affligéntibus nos : * et odiéntes nos confudísti.

In Deo laudábimur tota die : * et in nómine tuo confitébimur in saéculum.

Psalms 43. II.

Nunc autem repulísti et confudísti nos : * et non egrediéris, Deus, in virtúibus nostris.

Avertísti nos retrórsum post inimícos nostros : * et qui odérunt nos, diripiébant sibi.

Dedísti nos tamquam oves escárum : * et in géntibus dispersísti nos.

Vendidísti pópulum tuum sine prétio : * et non fuit multitúdo in commutatió nibus eórum.

Posuísti nos oppróbrium vicínis nostris, * subsannatió nem et derísium his qui sunt in circúitu nostro.

Posuísti nos in similitúdinem géntibus : * commotió nem cápitis in pópulis.

Tota die verecúndia mea contra me est, * et confúsió faciéi meae cooperuit me :

A voce exprobrántis et obloquéntis : * a facié inimíci et persequéntis.

Haec ómnia venérunt super nos, nec oblíti sumus te : * et inique non égimus in testaménto tuo.

Et non recéssit retro cor nostrum : * et declinásti sémitas nostras a via tua :

Quóniam humiliásti nos in loco afflictiónis, * et cooperuit nos umbra mortis.

Psalms 43. III.

SI oblíti sumus nomen Dei nostri, * et si expándimus manus nostras ad deum aliénum :

Nonne Deus requíret ista? * ipse enim novit abscóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur tota die : * aestimáti sumus sicut oves occisió nis.

Exsúrge, quare obdórmis Dómine? * exsúrge, et ne repéllas in finem.

Quare faciém tuam avértis, * oblivísceris inópiæ nostræ et tribulatió nis nostræ?

Quóniam humiliáta est in púl-
vere ánima nostra : * congluti-
nátus est in terra venter noster.

Exsúrge Dómine, ádjuva
nos : * et rédime nos propter
nomen tuum.


Anti-
phona.

Salvá-sti nos Dómi-ne, et in nómine tu-o con-

fi-té-bimur in saécu-la.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 43.

In Feriali Officio, Capitulum et reliqua ut supra Feria II., 96.



FERIA III. AD VESPERAS.

I. Ant.
8. G

QUI há-bi-tas * in cae-lis, mi-se-ré-re no-bis.

E u o u a e.

T. Pasch.
8. G

ALle-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 122.

AD te levávi óculos meos, *
qui hábitas in caelis.

Ecce sicut óculi servórum * in
mánibus dominórum suórum :

Sicut óculi ancíllae in máni-
bus dóminae suae : * ita óculi


nostrí ad Dóminum Deum no-
strum, donec misereátur nostri.

Miserére nostri Dómine, mise-
rére nostri : * quia multum re-
pléti sumus despectióne.


Quia multum repléta est áni-
ma nostra : * oppróbrium abun-
dántibus, et despéctio supérbis.

2. Ant.

i. g 2

**A**

D-ju-tó-ri-um nostrum * in nómi-ne Dómi-ni.



E u o u a e.

Psalmus 123.

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel : * nisi quia Dóminus erat in nobis :

Cum exsúrgerent hómnes in nos, * forte vivos deglutíssent nos :

Cum irascerétur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuíssent nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra : * fórsitan pertransíssent

ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.


Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium :

Láqueus contrítus est, * et nos liberáti sumus.


Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit caelum et terram.

3. Ant.

i. f

**I**

N circú- i-tu pópu- li su- i * Dó- minus, ex hoc



nunc, et usque in saécu- lum. E u o u a e.

Psalmus 124.

Qui confidunt in Dómino, sicut mons Sion : * non commovébitur in aetérnum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus : † et Dóminus in circúitu pópuli sui, * ex hoc nunc et usque in saécu- lum.

Quia non relínquet Dóminus


virgam peccatórum super sortem justórum : * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénéfac Dómine bonis, * et rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem : * pax super Israel.

4. Ant.
7. a**M**

Agni- fi-cá-vit Dómi-nus * fáce-re no-bíscum : facti



sumus laetántes. E u o u a e.

Psalmus 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion : * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatióne.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere

nobíscum : * facti sumus laetántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.


Qui sémant in lácrimis, * in exsultatióne metent.

Eúntes ibant et flébant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, * portántes manípulos suos.

5. Ant.
5. a**D**

Ominus aedí-fi-cet * no-bis domum, et custó-di- at



ci-vi-tá-tem. E u o u a e.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus aedificáverit domum, * in vanum laboráverunt qui aedificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : * ecce haeréditas Dómini, fílii : merces, fructus ventris.

Sicut sagíttae in manu poténtis : * ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desiderium suum ex ipsis : * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Capitulum.

2. Cor. I. 3-4.

Benedictus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.


Hymnus.

I.

T Ellú-ris alme Cón-di-tor, Mundi so-lum qui sé-pa-rans,
 Pulsis aquae mo-lésti-is, Terram de-dísti immó-bi-lem : 2. Ut
 germen aptum pró-fe-rens, Fulvis de-có-ra fló-ri-bus, Foecún-
 da fructu síste-ret, Pastúmque gra-tum rédde-ret. 3. Mentis
 pe-rústae vúlne-ra Munda vi-ró-re grá-ti-ae : Ut facta fle-
 tu dí-lu-at, Mo-túsque pravos átte-rat. 4. Jussis tu-is obtém-
 pe-ret, Nullis ma-lis appróximet : Bonis replé-ri gáude-at,
 Et mortis ictum nésci-at. 5. Praesta, Pa-ter pi-íssime, Pa-

Feria Tertia ad Completorium.

123



tríque compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Regnans



per omne saécu-lum. A-men.


Ÿ. Dirigátur Dómine orátio mea.

Rz. Sicut incénsum in conspéctu tuo.


Ad Magnificat, Antiphona.

5. a

E




Xsultá-vit * spí-ri-tus me-us in De-o sa-lu-tá-ri



me-o. E u o u a e.


Preces, quando dicendae sunt, ut supra Feria II., 103.



Feria III. ad Completorium.

Ant.
8. G

T



U Dómine. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 56.

Psalmus 11.

Salvum me fac Dómine, quóniam defécit sanctus : * quóniam diminútae sunt veritátes a filiis hóminum.

Vana locúti sunt unusquísque ad próximum suum : * lábia dolósa, in corde et corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus unívsera lábia dolósa, * et linguam magníloquam.

Qui dixerunt : Linguam nostram magnificábitur, † lábia nostra a nobis sunt : * quis noster Dóminus est?

Propter misériam ínopum, et gémitum páuperum, * nunc exsúrgam : dicit Dóminus.

Ponam in salutári : * fiducia-liter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta : * argéntum igne examinátum, probátum terrae, purgátum séptuplum.

Tu Dómine servábis nos, et custódies nos, * a generatióne hac in aetérnum.

In circúitu ímpii ámbulant : * secúndum altitúdinem tuam multiplicásti filios hóminum.

Psalmus 12.

USquequo Dómine obliviscéris me in finem? * úsquequo avértis fáciem tuam a me?

Quámdui ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Usquequo exaltábitur inimícus meus super me? * réspice, et exáudi me Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne umquam obdórmiam in morte : * nequándo dicat inimícus meus : Praeválui advérsus eum.

Qui tríbulant me, exsultábunt si motus fúero : * ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exsultábit cor meum in salutári tuo : † cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi : * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Psalmus 15.

Consérva me Dómine, quóniam sperávi in te : † Dixi Dómino : Deus meus es tu, * quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eórum : * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus, * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars haereditátis meae et cálicis mei : * tu es qui restítues haereditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in praecláris : * étenim haeréditas mea praeclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum : * însuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper : * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc laetátum est cor meum, et exsultávit lingua mea : * însuper et caro mea requiescet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno : * nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecisti vias vitae, † adimplébis me laetítia cum vultu tuo : * delectatiónes in dextera tua usque in finem.

Anti-
phona.

Tu Dómi-ne servá-bis nos, et custó-di-es nos in
aetérnum.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 58.

FERIA IV. AD LAUDES.

I.

i. Ant.
3. g 2

D Omi nus regná-vit, * exsúltet ter-ra. E u o u a e.

T. Pasch.
3. g 2

A L-le-lú- ia, * alle-lú- ia, alle-lú- ia. E u o u a e.

Psalmus 96.

Dominus regnávít, exsúltet terra : * laeténtur ínsulae multae.

Nubes et calígo in circúitu ejus : * justítia et judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ípsum praecédet, * et inflamábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terrae : * vidit, et commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini : * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt caeli justítiam ejus : * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adó-

rant sculptília : * et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus : * audívit, et laetáta est Sion.


Et exsultavérunt fíliae Judae, * propter judícia tua, Dómine :

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram : * nimis exaltátus es super omnes dcos

Qui diligitis Dóminum, odíte malum : † custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, * de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde laetítia.

Laetámini justí in Dómino : * et confitémini memóriae sanctificatiónis ejus.

2. Ant.
8. c**T**

E de-cet *hymnus De- us in Si- on. E u o u a e.

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion : * et tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratióem meam : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum praevaluérunt super nos : * et impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti et assumpsísti : * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuae : * sanctum est templum tuum, mirábile in aequitáte.

Exáudi nos Deus salutáris noster, * spes ómnium finium terrae, et in mari longe.

Praeparans montes in virtúte tua, accíntus poténtia : * qui contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, et timébunt qui hábitant términos a signis tuis : * éxitus matutíni et vésperae delectábis.

Visitásti terram et inebriásti eam : * multiplicásti locupletáre eam.


Flumen Dei replétum est aquis, † parásti cibum illórum : * quóniam ita est praeparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multiplica genímína ejus : * in stillicídiis ejus laetábitur gérminans.


Benedíces corónae anni benignitátis tuae : * et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa déserti : * et exsultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, † et valles abundábunt fruménto : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

3. Ant.
6. F**T**

I-bi Dómi-ne psal- lam, * et intél-li-gam in vi- a



immacu-lá- ta. E u o u a e.

Psalmus 100.

Misericórdiam et júdicium * cantábo tibi Dómine.

Psallam et intélligam in via immaculáta, * quando vénies ad me.

Perambulábam in innocéntia cordis meí, * in médio domus meae.

Non proponébam ante óculos meos rem injústam : * faciéntes praevaricatiónes odívi.

Non adhaësit mihi cor pravam * declinãntem a me malignum non cognoscëbam.

Detrahëntem secrëto próximo suo, * hunc persequëbar.

Supërbo óculo et insatiábili corde, * cum hoc non edëbam.

Oculi mei ad fidëles terrae ut sëdeant mecum : * ámbulans in

via immaculáta, hic mihi ministrábat.

Non habitábit in médio domus meae qui facit supërbiam : * qui lóquitur iniqua, non diréxit in conspëctu oculórum meórum.

In matutino interficiëbam omnes peccatóres terrae : * ut dispëderem de civitáte Dómini omnes operãntes iniquitátem.


4. Ant.

4. c



D

Omi-ne, magnus es tu, * et praeclá-rus in virtú-te



tu- a. E u o u a e.

Canticum Judith.

Judith. 16. 15-21.

Hymnum cantémus Dómino, * hymnum novum cantémus Deo nostro.

Adonái, Dómine, magnus es tu, et praeclárus in virtúte tua, * et quem superáre nemo potest.

Tibi sérviat omnis creatúra tua : * quia dixísti, et facta sunt :

Misísti spíritum tuum, et creáta sunt, * et non est qui resístat voci tuae.

Montes a fundaméntis movebúntur cum aquis : * petrae sicut cera liquéscent ante fáciem tuam.


Qui autem timent te, * magni erunt apud te per ómnia.

Vae genti insurgéti super genus meum : † Dóminus enim omnípotens vindicábit in eis, * in die judícii visitábit illos.

Dabit enim ignem et vermes in carnes eórum, * ut urántur, et séntiant usque in sempitërnium.


5. Ant.

4. E



L

Audá-bo * De-um me-um in vi-ta me- a.



E u o u a e.

Psalmus 145.

Lauda ánima mea Dóminum, † laudábo Dóminum in vita mea : * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confidere in princípibus : * in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : * in illa die períbunt omnes cogitátiones eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, † spes ejus in Dómino Deo ipsíus : * qui fecit

caelum et terram, mare, et ómnia quae in eis sunt.

Qui custódit veritátem in saeculum, † facit júdícium injúriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos, * Dóminus illúminat caecos.

Dóminus érigit elisos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, † pupíllum et víduam suscípiet : * et vias peccatórum dispédet.

Regnábit Dóminus in saecula, Deus tuus Sion, * in generatiónem et generatiónem.

Capitulum.


Rom. 13. 12-13.

NOX praecéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

4.

NOX, et te-nébrae, et nú-bi-la, Confú-sa mundi et túr-
 bi-da : Lux intrat, albéscit po-lus : Christus ve-nit, discé-di-
 te. 2. Ca-lí-go terrae scíndi-tur, Percússa so-lis spí-cu-lo :
 Rebúsque jam co-lor re-dit Vultu ni-téntis sí-de-ris. 3. Te



Christe so-lum nôvimus, Te mente pura et símpli-ci, Flendo et
 canéndo quaésumus, Inténde nostris sénsi-bus. 4. Sunt multa
 fu-cis íl-li-ta, Quae lí-ce purgéntur tu-a : Tu ve-ra lux cae-
 lésti-um Vultú se-réno il-lúmi-na. 5. De-ó Patri sit gló-ri-a,
 E-júsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Nunc et
 per omne saécu-lum. A-men.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

i. g 2




D E manu ómni-um * qui o-dé-runt nos, li-be-rá-vit
 nos Dómi-nus. E u o u a e.


II.

1. Ant.

7. a

**A**

Mpli- us lava me * Dómi-ne, ab inju-stí-ti- a me- a.




E u o u a e.


Ps. 50. Misérére mei Deus. 10.

2. Ant.

4. E

**I**

Mpi- e-tá-ti-bus nostris * tu pro-pi-ti- á-be-ris De- us.




E u o u a e.


Ps. 64. Te decet hymnus Deus in Sion. 126.

3. Ant.

8. G

**I**

N inno-cénti- a * cordis me- i per-ambu- lábo, Dó-




mi-ne. E u o u a e.

Ps. 100. Misericórdiam et iudícium. 126.

4. Ant.

7. a

**E**

Xsultá-vit. E u o u a e.

Canticum Annae.*1. Reg. 2. 1-10.*

EXsultávit cor meum in Dó-
mino, * et exaltátum est
cornu meum in Deo meo :

Dilatátum est os meum super
inimícos meos : * quia laetáta
sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ut est Dó-
minus : † neque enim est álius

extra te, * et non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimitia, * gloriantes.

Recedant vetera de ore vestro : † quia Deus scientiarum Dominus est, * et ipsi praeparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est, * et infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius, pro panibus se locaverunt : * et famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos : * et quae multos habebat filios, infirmata est.

Dominus mortificat et vivificat, * deducit ad inferos et reducit.

Dominus pauperem facit et ditat, * humiliat et subleuat.

Suscitat de pulvere egenum, * et de stercore elevat pauperem : Ut sedeat cum principibus, * et solium gloriae teneat.

Domini enim sunt cardines terrae, * et posuit super eos orbem.


Pedes sanctorum suorum servabit, † et impii in tenebris conticescent : * quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

Dominum formidabunt adversarii ejus : * et super ipsos in caelis tonabit.



Dominus iudicabit fines terrae, † et dabit imperium regi suo, * et sublimabit cornu Christi sui.



Exsultavit cor me-um in Dómi-no, qui humí-li-at



et súble-vat.



sos, et dí-li-git ju-stos. E u o u a e.

Ps. 145. Lauda ánima mea Dóminum. 128.

Reliqua ut supra, 128, quando non habentur propria.

Preces si dicendae sint, ut supra, 77.

FERIA IV. AD PRIMAM.

Ant.
I. g.

M I-se-ri-córdi-a tu-a. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 15.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 80.

Psalmus 25.

Judica me Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingrèssus sum : * et in Dómino sperans non infirmábor.

Proba me Dómine, et tenta me : * ure renes meos et cor meum.

Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est : * et complácu in veritate tua.

Non sedi cum concílio vanitátis : * et cum iniqua geréntibus non introibo.

Odívi ecclésiám malignántium : * et cum ímpiis non sedébo.

Lavábo inter innocéntes manus meas : * et circúmdabo altáre tuum Dómine :

Ut áudiam vocem laudis, * et enárrem univérsa mirabília tua.

Dómine, diléxi decórem domus tuae, * et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, * et cum viris sánguinum vitam meam.

In quorum má nibus iniquitátes sunt : * dèxtera eórum repleta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea

ingrèssus sum : * rédime me, et miserére mei.

Pes meus stetit in dirécto : * in ecclésiis benedícam te Dómine.

Psalmus 51.

Quid gloriáris in malítia, * qui potens es in iniquitáte?

Tota die injustítiam cogitávit lingua tua : * sicut novácula acúta fecisti dolum.

Dilexísti malítiam super benignitátem : * iniquitátem magis quam loqui aequitátem.

Dilexísti ómnia verba praecipitatiónis, * lingua dolósa.

Proptérea Deus déstruet te in finem, † evéllit te, et emigrábit te de tabernáculo tuo : * et radicem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt justí, et timébunt, † et super eum ridébunt et dicent : * Ecce homo qui non púsuit Deum adjutórem suum :

Sed sperávit in multítudine divitiárum suárum : * et præváluit in vanitáte sua.

Ego autem, sicut olíva fructífera in domo Dei, * sperávi in misericórdia Dei in aetérnum : et in saéculum saéculi.

Confitébor tibi in saéculum, quia fecísti : † et exspectábo no-

men tuum, * quóniam bonum est in conspéctu sanctorum tuorum.

Psalmus 52.

Dixit insípiens in corde suo: * Non est Deus.

Corrúpti sunt, et abominábiles facti sunt in iniquitatibus: * non est qui fáciat bonum.

Deus de caelo prospéxit super filios hóminum: * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operántur iniquitátem, * qui devorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérunt: * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit ossa eórum qui homínibus placent: * confúsi sunt, quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? † cum converterit Deus captivitátem plebis suae, * exsultábit Jacob, et laetábitur Israel.

Quando ad Laudes dictus fuit Ps. 50. Miserére, hic subjungitur Ps. 96. Dóminus regnávít, exsúltet terra. 125.

Anti-
phona.

Mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne ante ócu- los me-

os, et complácu- i in ve-ri- tá- te tu- a.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 19.

FERIA IV. AD TERTIAM.

Ant.
8. G

DE- us adjúvat me. E u o u a e.

Tempore Paschali Ant. Allelúia. 27.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 85.

Psalmus 53.

DEUS in nómine tuo salvum me fac : * et in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratióem meam : * áuribus pèrcipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advèrsus me, † et fortes quæsiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt Deum ante conspèctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me : * et Dóminus suscèptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis : * et in veritatè tua dispèrde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo Dómine : quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me : * et super inimícos meos despèxit óculus meus.

Psalmus 54. I.

EXáudi Deus oratióem meam, † et ne despèxeris deprecatióem meam : * inténde mihi, et exáudi me.

Contristátus sum in exercitatióne mea : * et conturbátus sum a voce inimíci, et a tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitatés : * et in ira molésti erant mihi.

Cor meum conturbátum est in me : * et formído mortis cécidit super me.

Timor et tremor venérunt super me : * et contexérunt me tenebræ.

Et dixi : Quis dabit mihi penas sicut colúmbæ? * et volábo, et requiéscam.

Ecce elongávi fúgiens : * et mansi in solitudíne.

Exspectábam eum qui salvum me fecit, * a pusillanimitáte spíritus et tempestáte.

Praecipita Dómine, dívide linguas eórum : * quóniam vidi iniquitatè, et contradictióem in civitatè.

Die ac nocte circúmdabit eam super muros ejus iníquitas : * et labor in médio ejus, et injustítia.

Et non defécit de platéis ejus * usúra et dolus.

Quóniam si inimícus meus maledixisset mihi, * sustinuíssem útique.

Et si is qui óderat me, super me magna locútus fuisset, * abscondíssem me fórsitan ab eo.

Tu vero, homo unánimis : * dux meus, et notus meus :

Qui simul mecum dulces capiébas cibos : * in domo Dei ambulávimus cum consénsu.

Véniat mors super illos : * et descéndant in infèrnum vivéntes :

Quóniam nequítiae in habitáculis eórum : * in médio eórum.

Psalmus 54. II.

EGO autem ad Deum clamávi : * et Dóminus salvábit me.

Véspere, et mane, et merídie narrábo et annuntiábo : * et exáudiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropínquant mihi : * quóniam inter multos erant mecum.

Exáudiet Deus, et humiliábit illos, * qui est ante saécula.

Non enim est illis commutatio, et non timuerunt Deum : * extendit manum suam in retribuendo.


Contaminaverunt testamentum ejus, † divisi sunt ab ira vultus ejus : * et appropinquavit cor illius.

Molliti sunt sermones ejus super oleum : * et ipsi sunt jacula.


Jacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet : * non dabit in aeternum fluctuationem justo.

Tu vero Deus deduces eos, * in puteum interitus.

Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos : * ego autem sperabo in te Domine.



De-us ádjuvat me, et Dóminus suscéptor est á-ni-




mae me- ae.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 31.

Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 86.



FERIA IV. AD SEXTAM.



IN De-o spe-rá-vi. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 33.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 89.

Psalmus 55.

MIserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo : * tota die impugnans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei tota die : * quoniam multi bellantes adversum me.

Ab altitudine dii timebo : * ego vero in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi : * non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabantur : * adversum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt et abscondent : *

ipsi calcáneum meum observábunt.

Sicut sustinuérunt ánimam meam, pro nihilo salvos fácies illos : * in ira pópulos confrínges.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi : * posuísti lácrimas meas in conspéctu tuo,

Sicut et in promissióne tua : * tunc converténtur inimíci mei retrórsus :

In quacúmque die invocávero te : * ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, † in Dómino laudábo sermónem : * in Deo sperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua, * quae reddam, laudatiónes tibi.

Quóniam eripuísti ánimam meam de morte, † et pedes meos de lapsu : * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Psalmus 56.

Miserére mei Deus, miserére mei : * quóniam in te confídít ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum : * Deum qui benefécit mihi.

Misit de caelo, et liberávit me : * dedit in oppróbrium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam et veritátem suam, † et erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum : * dormívi conturbátus.

Fílii hóminum dentes eórum

arma et sagíttae : * et lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre super caelos Deus : * et in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis : * et incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam foveam : * et incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum : * cantábo, et psalmum dicam.

Exsúrge glória mea, exsúrge psaltérium et cíthara : * exsúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine : * et psalmum dicam tibi in géntibus :

Quóniam magnificáta est usque ad caelos misericórdia tua, * et usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super caelos Deus : * et super omnem terram glória tua.

Psalmus 57.

SI vere útique justítiam loquímini : * recta judicáte, fílii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini : * in terra injustítias manus vestrae concínnant.

Alienáti sunt peccatóres a vulva, erravérunt ab útero : * locúti sunt falsa.

Furor illis secúndum similitúdinem serpéntis : * sicut áspidis surdae, et obturántis aures suas.

Quae non exáudiet vocem incantántium : * et venéfici incantántis sapiénter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum : * molas leónum confrínget Dóminus.

Ad níhilum devénient tamquam aqua decúrrens : * inténdit arcum suum donec infirméntur.


Sicut cera quae fluit, auferéntur : * supercécidit ignis, et non viderunt solem.

Priúsqvam intellígerent spinae vestrae rhamnum : * sicut

vivéntes, sic in ira absórbet eos.


Laetábitur justus cum viderit vindíctam : * manus suas lavábit in sángine peccatóris.

Et dicet homo : Si útique est fructus justo : * útique est Deus júdicans eos in terra.




Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 37.

Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 91.



FERIA IV. AD NONAM.



Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 39.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, ut Feria II., 94.

Psalmus 58. I.

ERipe me de inimícis meis Deus meus : * et ab insurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem : * et de viris sángxinum salva me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam : * irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque

peccátum meum, Dómine : * sine iniquitáte cucúrri, et diréxi.

Exsúrge in occúrsum meum, et vide : * et tu Dómine Deus virtútum, Deus Israel.

Inténde ad visitándas omnes gentes : * non misereáris ómnibus qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad vésperam, et famem patiéntur ut canes. * et circúfbunt civitátem

Ecce loquéntur in ore suo, †
et gládus in lábiis eórum : *
quóniam quis audívit?

Et tu Dómine deridébis eos : *
ad níhilum dedúces omnes gen-
tes.

Fortitúdinem meam ad te cu-
stódiam, † quia Deus suscéptor
meus es : * Deus meus, miseri-
córdia ejus praevéniet me.

Psalmus 58. II.

Deus osténdet mihi super
inimícos meos, ne occidas
eos : * nequándo obliviscántur
pópuli mei.

Dispérge illos in virtúte tua : *
et depóne eos, protéctor meus
Dómine :

Delíctum oris eórum, sermónem
labiórurn ipsórum : * et
comprehendántur in supérbia
sua.

Et de exsecratióne et mendá-
cio annuntiabúntur in consumma-
tióne : * in ira consumma-
tiónis, et non erunt.

Et scient quia Deus domi-
nábitor Jacob : * et fínium ter-
rae.

Converténtur ad vésperam, et
famem patiéntur ut canes : * et
circuibunt civitátem.

Ipsi dispergéntur ad mandu-
cándum : * si vero non fúerint
saturáti, et murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdi-
nem tuam : * et exsultábo mane
miseriórdiam tuam.

Quia factus es suscéptor
meus, * et refúgium meum, in
die tribulatiónis meae.

Adjútor meus, tibi psallam, †

quia Deus suscéptor meus es : *
Deus meus misericórdia mea.

Psalmus 59.

Deus repulísti nos, et destru-
xísti nos : * irátus es, et
misértus es nobis.

Commovísti terram, et con-
turbásti eam : * sana contritió-
nes ejus, quia commóta est.

Ostendísti pópulo tuo dura : *
potásti nos vino compuncti-
ónis.

Dedísti metuéntibus te signi-
ficatióne : * ut fúgiant a fácie
arcus :

Ut liberéntur dilécti tui : *
salvum fac déxtera tua, et ex-
áudi me.

Deus locútus est in sancto
suo : † Laetábor, et partíbor
Síchimam : * et convállem taber-
naculórum metíbor.

Meus est Gálaad, et meus est
Manásses : * et Ephraím forti-
túdo cápitis mei.

Juda rex meus : * Moab olla
spei meae.

In Idumaéam exténdam cal-
ceaméntum meum : * mihi alie-
nígenae súbditi sunt.

Quis dedúcet me in civitátem
munítam? * quis dedúcet me
usque in Idumaéam?

Nonne tu Deus, qui repulísti
nos : * et non egrediéris, Deus,
in virtútibus nostris?

Da nobis auxiliúm de tribula-
tióne : * quia vana salus hómi-
nis.

In Deo faciémus virtútem : *
et ipse ad níhilum dedúcet tri-
bulántes nos.

Anti-
phona.

De- us me- us, mi-se-ri-córdi- a tu- a praevé- ni- et me.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 43.

Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 96.



FERIA IV. AD VESPERAS.

1. Ant.
2. D

B E- á- ti omnes * qui timent Dóminum. E u o u a e.

T. Pasch.
2. D

A L- le- lú- ia, alle- lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Psalmus 127.

B Eáti omnes qui timent Dó-
minum, * qui ámbulant in
viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia
manducábis : * beátus es, et
bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abún-
dans, * in latéribus domus tuae.

Fílii tui sicut novéllae olivá-
rum, * in circúitu mensae tuae.

Ecce sic benedicétur homo *
qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex
Sion : * et vídeas bona Jerúsa-
lem ómnibus diébus vitae tuae.

Et vídeas fílios filiórum tuó-
rum, * pacem super Israel.

2. Ant.
8. G

C Onfundántur omnes * qui o- dé- runt Si- on.

E u o u a e.

Psalmus 128.

S Aepe expugnáverunt me a
juventúte mea, * dicat nunc
Israel :

Saepe expugnáverunt me a

juventúte mea : * étenim non
potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabrica-
vérunt peccatóres : * prolonga-
vérunt iniquitátem suam.

Dóminus justus concídit cer-
vices peccatórum : * confun-
dántur et convertántur retrór-
sum omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut foenum tectó-
rum : * quod priúsqvam evellá-
tur, exáruit :

De quo non implévit manum
suam qui metit, * et sinum suum
qui manípulos cólligit.


Et non dixerunt qui praeterí-
bant : Benedíctio Dómini super
vos : * benedíximus vobis in
nómine Dómini.

3. Ant.

8. c

D

E pro-fúndis * clamá-vi ad te Dómi-ne.



E u o u a e.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te
Dómine : * Dómine exáudi
vocem meam.

Fiant aures tuae intendéntes *
in vocem deprecationis meae.

Si iniquitátes observáveris Dó-
mine, * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est : *
et propter legem tuam sustínui
te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo
ejus : * sperávit ánima mea in
Dómino.

A custódia matutína usque ad
noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum miseri-
córdia : * et copiósa apud eum
redemptio.

Et ipse rédimet Israel * ex
ómnibus iniquitátibus ejus.


Glória Patri.

4. Ant.

I. g 2

D

Omi-ne, * non est exal-tá-tum cor me- um.



E u o u a e.

Psalmus 130.



Domine, non est exaltátum
cor meum : * neque eláti
sunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis : *
neque in mirabílibus super me.


Si non humíliter sentiébam : *
sed exaltávi ánimam meam :

Sicut ablactátus est super
matre sua, * ita retribútio in
ánima mea.

Speret Israel in Dómino, * ex
hoc nunc et usque in saéculum.

5. Ant. 
3. g 

E - lé-git Dóminus Si- on * in ha-bi-ta-ti- ó-nem



si- bi. E u o u a e.

Psalmus 131.

MEménto Dómine David, *
et omnis mansuetúdinis
ejus :

Sicut jurávit Dómino, * vo-
tum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum
domus meae, * si ascéndero in
lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis
meis, * et pálpebris meis dor-
mitatiónem :

Et réquiem tempóribus meis :
donec invéniam locum Dómi-
no, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Eph-
rata : * invénimus eam in cam-
pis silvae.

Introíbimus in tabernáculum
ejus : * adorábitus in loco ubi
steterunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem
tuam, * tu et arca sanctificatió-
nis tuae.

Sacerdótes tui induántur ju-
stítiam : * et sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum, *
non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veri-
tátem, et non frustrábitur eam : *
de fructu ventris tui ponam su-
per sedem tuam.

Si custodierint fílii tui testa-
méntum meum, * et testimónia
mea haec, quae docébo eos :

Et fílii eórum usque in saécu-
lum, * sedébunt super sedem
tuam.

Quóniam elégit Dóminus
Sion : * elégit eam in habita-
tióne sibi.

Haec réquies mea in saécu-
lum saéculi : * hic habitábo,
quóniam elegi eam.

Víduam ejus benedicens bene-
dícam : * páuperes ejus satu-
rábo pánibus.

Sacerdótes ejus induam salu-
tári : * et sancti ejus exsulta-
tióne exsultábunt.

Illuc prodúcam cornu David, *
parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus induam confu-
sióne : * super ipsum autem
efflorébit sanctificatio mea.

Capitulum.

2. Cor. I. 3-4.


Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater
misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui conso-
látur nos in omni tribulatióne nostra.

Hymnus.

I.

C Aeli De- us sanctíssime, Qui lú-ci-das mundi pla-
 gas Candó-re pingis ígne-o, Augens de-có-ro lúmi-ne :

2. Quarto di- e qui flámme- am Dum so-lis accéndis ro-tam,
 Lunae mi-nístras órdi-nem, Vagósque cursus sí-de-rum : 3. Ut
 nócti-bus vel lúmi-ni Di-rempti- ó-nis términum, Primórdi- is
 et ménsi- um Signum da-res no-tíssimum : 4. Expél-le noctem
 córdi- um, Abstérge sordes ménti- um, Re-sólve culpae vín-
 cu-lum, Evérte mo-les crími-num. 5. Praesta, Pa-ter pi- íssi-
 me, Patríque compar U-ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to,




Regnans per omne saéculum. A-men.


∇. Dirigátur Dómine orátio mea.

R̄. Sicut incénsus in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.




R Espé-xit Dó-mi-nus * humi-li-tá-tem me-am, et fe-



cit in me magna qui pot-ens est. E u o u a e.

Preces, si dicendae sint, ut supra, 103.

Feria IV. ad Completorium.



I Mmíttet Ange-lus Dómi-ni. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 56.

Psalmus 33. I.

Benedícam Dóminum in omni témpore : * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea : * áudiant mansuéti, et laeténtur.

Magnificáte Dóminum mecum : * et exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dóminum, et exau-dívit me : * et ex ómnibus tribulatió-nibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, et illuminá-mini : * et fácies vestrae non confundéntur.

Iste pauper clamávit, et Dó-minus exau-dívit eum : * et de ómnibus tribulatió-nibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum : * et erípiet eos.

Gustáte, et vidéte quóniam suávis est Dóminus : * beátus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes sancti ejus : * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt et esuriérunt : * inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Psalmus 33. II.

VEníte filii, audíte me : * timórem Dómini docébo vos. Quis est homo qui vult vitam : * díligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam a malo : * et lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte a malo, et fac bonum : * inquiré pacem, et persequere eam.

Oculi Dómini super justos : * et aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala : * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos : * et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis qui tribuláto sunt corde : * et húmiles spírítu salvábit.

Multae tribulatiónes justórum : * et de ómnibus Ihs liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia os-

sa eórum : * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima : * et qui odérunt justum, delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum : * et non delínquent omnes qui sperant in eo.

Psalmus 60.

EXáudi Deus deprecatióem meam : * inténde oratióni meae.

A finibus terrae ad te clamávi : * dum anxiarétur cor meum, in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea : * turrís fortitúdinis a fácie inimíci.


Inhabitábo in tabernáculo tuo in saécula : * prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu Deus meus exaudivísti oratióem meam : * dedísti haereditátem timéntibus nomen tuum.


Dies super dies regis adjícies : * annos ejus usque in diem generatiónis et generatiónis.

Pérmanet in aetérnum in conspéctu Dei : * misericórdiam et veritátem ejus quis requíret?

Sic psalmum dicam nómini tuo in saéculum saéculi : * ut reddam vota mea de die in diem.



Immíttet Ange-lus Dómi-ni in circú-i-tu timén-



ti-um e-um, et e-rí-pi-et e- os.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 58.

FERIA V. AD LAUDES.

I.

1. Ant. 8. G

J U-bi-lá-te * in conspéctu Re-gis Dómi-ni.

E u o u a e.

T. Pasch. 8. G

A L-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvávit sibi délixtera ejus : * et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum : * in conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiae suae, * et veritátis suae dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terrae * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra : *

cantáte, et exsultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi : * in tubis ductílibus, et voce tubae córnæ.

Jubiláte in conspéctu regis Dómini : † moveátur mare, et plenitúdo ejus : * orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, † simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, * et pópulos in acquitáte.

2. Ant. 6. f

D Omi-ne * re-fúgi- um factus est no-bis. E u o u a e.

Psalmus 89.

Domine refúgium factus es nobis, * a generatióne in generatiónem.

Príusquam montes fierent, ant formarétur terra et orbis : * a saéculo et usque in saéculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem : * et dixísti : Convertímini filii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tamquam dies hestérna quae praetériit.

Et custódia in nocte : * quae pro nñhilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat, † mane flóreat et tránseat : * véspere décidat, indúret et aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * et in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo : * saéculum nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri defecerunt : * et in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur : * dies annórum nostrórum in ipsis, septuagínta anni.

Si autem in potentátibus, octogínta anni : * et ámplius eórum, labor et dolor.

Quóniam supervénit mansuetúdo : * et corripiémur.

Quis novit potestátem irae tuae : * et prae timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Dextéram tuam sic notam fac : * et erudítos corde in sapiéntia.

Convértere Dómine úsquequo : * et deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus mane misericórdia tua : * et exsultávimus, et delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Laetáti sumus pro diébus quibus nos humiliásti : * annis quibus vídimus mala.


Réspice in servos tuos, et in ópera tua : * et dírige filios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige super nos : * et opus mánuum nostrárum dírige.

3. Ant.

8. c

D Omi-ne, * in cae-lo mi-se-ri-córdi-a tu-a.



E u o u a e.

Psalmus 35.

Dixit injústus ut delínquat in semetípso : * non est timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolóse egit in conspéctu ejus : * ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas et dolus : * nóluit intelligere ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo : † ástitit omni viae non bonae, * malítiam autem non odívit.

Dómine, in caelo misericórdia tua : * et véritas tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut montes Dei : * júdicia tua abyíssus multa.

Hómines et juménta salvábis Dómine : * quemadmódum multiplicásti misericórdiam tuam Deus.

Fílii autem hóminum, * in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriabúntur ab ubertáte do-


mus tuae : * et torrén-te volu-ptátis tuae potábis eos.

Quóniam apud te est fons vitae : * et in lúmine tuo vidé-bimus lumen.

Praeténdemisericórdiam tuam sciéntibus te, * et justítiam tuam his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supér-biae : * et manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem : * expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

4. Ant. 

4. E
P Opu-lus me-us, * a- it Dóminus, bo-nis me- is ad-

implé-bi-tur. E u o u a e.

Canticum Jeremiae.

Jer. 31. 10-14.

A Udíte verbum Dómini, gentes, * et annuntiáte in ínsulis quae procul sunt :

Et dícite : Qui dispérsit Israel, congregábit eum : * et custódiét eum sicut pastor gregem suum.

Redémit enim Dóminus Jacob, * et liberávit eum de manu potentióris.

Et véniént, et laudábunt in monte Sion : * et cónfluent ad bona Dómini :


Super fruménto, et vino, et óleo, * et foetu pecórum et armentórum.

Erítque ánima eórum quasi hortus irriguus, * et ultra non esúrient.

Tunc laetábitur virgo in choro, * júvenes et senes simul.

Et convértam luctum eórum in gáudium, * et consolábor eos, et laetificábo a dolóre suo.

Et inebriábo ánimam sacerdotum pinguédine : * et pópulus meus bonis meis adimplébitur.

5. Ant. 

8. c
D E-o nostro * ju-cúnda sit laudá-ti-o. E u o u a e.

Psalmus 146.

L Audáte Dóminum quóniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucúnda decoráque laudátio.

Aedíficans Jerúsalem Dóminus : * dispersiões Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde : * et álligat contritiões eórum.

Qui númerat multitudínem stellárum : * et ómnibus eis nómína vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus : * et sapiéntiae ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus : * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Praecínite Dómino in confes-siõe : * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit caelum núbibus : * et parat terrae plúviam.

Qui producít in móntibus foenum : * et herbám servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum : * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdone equi voluntátem habébit : * nec in tibiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super tíméntes eum : * et in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Capitulum.


Rom. 13. 12-13.

NOX praecéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

4.

LUX ecce surgit áure-a : Pal-lens facéssat caeci-tas,
 Quae nosmet in praeceps di-u Erró-re traxit dé-vi-o. 2. Haec
 lux se-rénum cónfe-rat, Pu-rósque nos praestet si-bi : Ni-hil



loquámur súbdo-lum, Volvámus obscú-rum ni-hil. 3. Sic to-ta
 de-cúrrat di-es, Ne língua mendax, ne manus, Oculíve pec-
 cent lúbri-ci, Ne noxa corpus ínqui-net. 4. Speculá-tor astat
 dé-super, Qui nos di-ébus ómnibus, Actúsque nostros pró-
 spi-cit A luce prima in véspe-rum. 5. De-ó Patri sit gló-
 ri-a, E-júsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to,
 Nunc ét per omne saécu-lum. A-men.


∇. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exsultávimus et delectáti sumus.


Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

I



N sancti-tá-te * servi- ámus Dómi-no, et li-be-rá-




bit nos ab in-i-mí-cis nostris. E u o u a e.

II.

1. Ant.
8. G*




T I-bi so-li peccá-vi, * Dómine mi-se-rére me- i.




E u o u a e.

Ps. 50. Miserére mei Deus. 10.

2. Ant.
1. f



C Onvérte-re Dómi-ne, * et depre-cá-bi-lis esto




super servos tu- os. E u o u a e.

Ps. 89. Dómine refúgium factus es nobis. 145.

3. Ant.
7. a



M Ultipli-cásti De- us * mi-se-ri-córdi- am tu- am.



E u o u a e.

Ps. 35. Dixit injústus ut delínquat in semetípso. 146.

4. Ant. 

4. E

F Or-ti-tú-do me- a. E u o u a e.

Canticum Moysi.

Exodi. 15. 1-19.

CAntémus Dómino : glorióse enim magnificátus est : * equum et ascensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea et laus mea Dóminus, * et factus est mihi in salútem.

Iste Deus meus, et gloriificábo eum : * Deus patris mei, et exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, † Omnipotens nomen ejus. * Currus Pharaónis et exércitum ejus projécit in mare.

Elécti príncipes ejus submersi sunt in mari Rubro : † abyssi operuérunt eos, * descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta est in fortitúdine : † dextera tua Dómine percússit inimicum. * Et in multitudíne glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos.

Misísti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stípulam. * Et in spíritu furóris tuí congregátae sunt aquae.

Stetit unda fluens, * congregátae sunt abyssi in médio mari.

Dixit inimícus : Pérsequar et comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur ánima mea :

Evaginábo gládium meum, * interficiet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, et opéruit eos mare : * submersi sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fórtibus Dómine? † quis símilis tui, magníficus in sanctitáte, * terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, et devorávit eos terra, * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti.

Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, et iráti sunt : * dolóres obtínuérunt habitatóres Philístiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, † robústos Moab obtínuit tremor : * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído et pavor, * in magnitúdine bráchii tui.

Fiant inmóviles quasi lapis, † donec pertránseat pópulus tuus Dómine : * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.


Introduces eos, et plantábis in monte haereditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo quod operátus es Dómine :

Sanctuárium tuum Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. * Dóminus regnábit in aetérnum et ultra.


Ingréssus est enim eques Phárao cum cúribus et equítibus ejus in mare : * et redúxit super eos Dóminus aquas maris.

Fílii autem Ísrael ambulavérunt per siccum * in médio ejus.


Feria Quinta ad Primam.




For-ti-tú-do me- a et laus me- a Dómi-nus : et factus



est mi- hi in sa-lú-tem.



L Audá-te Dómi-num, * qui sanat contri-tos corde,



et ál-li-gat contri-ti- ó-nes e- ó- rum. E u o u a e.


Ps. 146. Laudáte Dóminum quóniam bonus est psalmus. 148.

Reliqua ut supra, 148, quando non habentur propria.

Preces, si dicendae sunt, ut supra, 77.



FERIA V. AD PRIMAM.



I N lo-co páscu-ae. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 15.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 79.

Psalmus 22.

Dominus regit me, et nihil mihi déerit : * in loco páscuae ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me : * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas iustítiae, * propter nomen suum.

Nam et si ambulávero in médio umbrae mortis, non timébo mala : * quóniam tu mecum es.

Virga tua et báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput

meum : * et calix meus inébrians quam praeclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me, * ómnibus diébus vitae meae :

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Psalmus 71. I.

DEus, júdicium tuum regida : * et justítiam tuam filio regis :

Judicáre pópulum tuum in justítia, * et páuperes tuos in júdicio.

Suscípiant montes pacem pópulo : * et colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, et salvos faciet filios páuperum : * et humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, et ante lunam, * in generatióne et generatióne.

Descéndet sicut plúvia in velus : * et sicut stillicídia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia et abundántia pacis : * donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare : * et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Psalmus 71. II.

COram illo prócident Æthiopes : * et inimíci ejus terrentur.

Reges Tharsis et ínsulae múnera ófferent : * reges Arabum et Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terrae : * omnes gentes sérvient ei :

Quia liberábit páuperem a poténte : * et páuperem, cui non erat ádjutor.

Parcet páuperi et ínopi : * et ánimas páuperum salvas faciet.

Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum : * et honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiae, † et adorábunt de ipso semper : * tota die benedicent ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, † superextollétur super Líbanum fructus ejus : * et florébunt de civitáte sicut foenum terrae.

Sit nomen ejus benedíctum in saécula : * ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terrae : * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel, * qui facit mirabília solus.

Et benedíctum nomen majestátis ejus in aetérnum : † et replébitur majestáte ejus omnis terra : * fiat, fiat.


*Quando ad Laudes dictus fuit Ps. 50. Miserére, hic subjungitur Ps. 97. Cantáte Dómino cánticum novum : * quia mirabília fecit. ut supra, 145.*



In lo-co páscu- ae, i-bi Dómi-nus me collo-cá- vit.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 19

FERIA V. AD TERTIAM.

Ant.
8. c

Quam bo- nus. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 27.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 84.

Psalmus 72. I.

Quam bonus Israel Deus, *
his qui recto sunt corde!
Mei autem pene moti sunt
pedes : * pene effúsi sunt gres-
sus mei.

Quia zelávi super iníquos, *
pacem peccatórum videns.

Quia non est respéctus morti
eórum : * et firmaméntum in
plaga eórum.

In labóre hóminum non sunt, *
et cum homínibus non flagella-
búntur :

Ideo tenuit eos supérbia, *
opérti sunt iniquitáte et impie-
táte sua.

Pródiit quasi ex ádipe iníqui-
tas eórum : * transiérunt in af-
féctum cordis.

Cogitavérunt, et locúti sunt
nequítiam : * iniquitátem in ex-
célso locúti sunt.

Posuérunt in caelum os su-
um : * et lingua eórum transívit
in terra.

Psalmus 72. II.

Ideo convertétur pópulus meus
hic : * et dies pleni invenién-
tur in eis.

Et dixérunt : Quómodo scit
Deus, * et si est sciéntia in ex-
célso?

Ecce ipsi peccatóres, et abun-
dántes in saéculo, * obtinuérunt
divítias.

Et dixi : Ergo sine causa ju-
stificávi cor meum, * et lavi
inter innocéntes manus meas :

Et fui flagellátus tota die, *
et castigátio mea in matutínis.

Si dicébam : Narrábo sic : *
ecce natiónem filiórum tuórum
reprobávi.

Existimábam ut cognóscerem
hoc, * labor est ante me :

Donec intrem in sanctuárium
Dei : * et intélligam in novíssi-
mis eórum.

Psalmus 72. III.

Verúm tamen propter dolos
posuísti eis : * dejecísti
eos dum allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desola-
tiónem, súbito defecerunt : *
periérunt propter iniquitátem
suam.

Velut sómnum surgéntium,
Dómine, * in civitaté tua imági-
nem ipsórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor
meum, et renes mei commutáti
sunt : * et ego ad níhilum re-
dactus sum, et nescívi.

Ut juméntum factus sum apud
te : * et ego semper tecum.

Tenuísti manum dexteram meam : † et in voluntáte tua deduxísti me, * et cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in caelo? * et a te quid vólui super terram?


Defécit caro mea, et cor meum : * Deus cordis mei, et pars mea Deus in aetérnum.

Quia ecce qui elóngant se a te, períbunt : * perdidísti omnes qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhaerére Deo bonum est : * pónere in Dómino Deo spem meam :

Ut annúntiem omnes praedicationés tuas, * in portis filiae Sion.

Anti-
phona.



Quam bo- nus Isra- el De- us his qui recto sunt corde!


Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 31.

Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 86.

FERIA V. AD SEXTAM.

Ant.
5. a

M



Emor esto. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 33.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 89.

Psalmus 73. I.

UT quid Deus repulísti in finem? * irátus est furor tuus super oves páscae tuae?

Memor esto congregatiónis tuae, * quam possedísti ab initio.

Redemísti virgam haereditátis tuae : * mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem : * quanta malignátus est inimicus in sancto!

Et gloriáti sunt qui odérunt te : * in médio solemnitátis tuae.

Posuérunt signa sua, signa, *

et non cognovérunt sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt jánuas ejus in idípsum : * in secúri et áscia dejecérunt eam.

Incendérunt igni sanctuárium tuum : * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde suo cognátio eórum simul : * Quiescere faciámus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vídimus, jam non est prophéta : * et nos non cognóscet ámplius.

Psalmus 73. II.

USquequo, Deus, impropé-
bit inimicus? * irratat ad-
versarius nomen tuum in finem?

Ut quid avértis manum tuam
et dexteram tuam, * de médio
sinu tuo in finem?

Deus autem Rex noster ante
saécula : * operátus est salútem
in médio terrae.

Tu confirmásti in virtúte tua
mare : * contribulásti cápita
dracónum in aquis.

Tu confregísti cápita dracónis : * dedísti eum escam pópu-
lis Aethiópum.

Tu dirupísti fontes et torrén-
tes : * tu siccásti flúvios Ethan.

Tuus est dies, et tua est
nox : * tu fabricátus es auróram
et solem.

Tu fecisti omnes términos ter-
rae : * aestátem et ver tu plas-
másti ea.

Psalmus 73. III.

Memor esto hujus, inimicus
impropéavit Dómino : *
et pópulus insípiens incitávit
nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas con-
fiténtes tibi, * et ánimas páupe-
rum tuórum ne obliviscáris in
finem.


Réspice in testaméntum
tuum : * quia repléti sunt, qui
obscuráti sunt terrae dómibus
iniquitátum.

Ne avértatur húmilis factus
confúsus : * pauper et inops lau-
dábunt nomen tuum.


Exsúrge Deus, júdica causam
tuam : † memor esto impropé-
riórum tuórum, * eórum quae
ab insipiénte sunt tota die.

Ne obliviscáris voces inimi-
córum tuórum : * supérbia
eórum qui te odérunt, ascéndit
semper.

Anti-
phona.



Memor esto congre-ga-ti- ó-nis tu-ae Dómi-ne, quam




posse-dísti ab in-í-ti-o.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 37.

Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 91.

FERIA V. AD NONAM.

Ant.
6. F



I

Nvo-cá-bimus. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 39.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 94.

Psalmus 74.

Confitébitur tibi Deus : *
confitébitur, et invocábi-
mus nomen tuum.

Narrábimus mirábilia tua : *
cum accépero tempus, ego justí-
tias judicábo.

Liquefacta est terra, et omnes
qui hábitant in ea : * ego con-
firmávi colúmnas ejus.

Dixi iníquus : Nolíte inique
ágere : * et delinquentibus :
Nolíte exaltáre cornu :

Nolíte extóllere in altum cornu
vestrum : * nolíte loqui advér-
sus Deum iniquitátem.

Quia neque ab Oriénte, neque
ab Occidénte, neque a desértis
móntibus : * quóniam Deus ju-
dex est.

Hunc humiliat, et hunc exál-
tat : * quia calix in manu Dó-
mini vini meri plenus misto.

Et inclinávit ex hoc in hoc : †
verúm tamen faex ejus non est
exinaníta : * bibent omnes pec-
catóres terrae.

Ego autem annuntiábo in
saeculum : * cantábo Deo
Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum
confringam : * et exaltabúntur
córnua justí.

Psalmus 75. I.

Notus in Judaéa Deus : * in
Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus
ejus : * et habitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias ár-
cuum, * scutum, gládium, et
bellum.

Illúminans tu mirabiliter a
móntibus aetérnis : * turbáti
sunt omnes insipientes corde.

Dormiérunt somnum suum : *
et nihil invenerunt omnes viri
divitiárum in mánibus suis.

Ab increpatióne tua Deus Ja-
cob, * dormitavérunt qui ascén-
dérunt equos.

Psalmus 75. II.

TU terríbilis es, et quis resí-
stet tibi? * ex tunc ira tua.

De caelo audítum fecísti judí-
cium : * terra trémuit et quiévit,

Cum exsúrgeret in judícium
Deus, * ut salvos fáceret omnes
mansuétos terrae.


Quóniam cogitatio hóminis
confitébitur tibi : * et reliquiae
cogitatiois diem festum agent
tibi.

Vovéte, et réddite Dómino
Deo vestro : * omnes qui in cir-
cúitu ejus affértis múnera.

Terríbili et ei qui aufert spí-
ritum príncipum, * terríbili apud
reges terrae.



Invo-cá-bimus nomen tu-um Dómi-ne, narrá-bimus



mi-ra-bí-li-a tu-a.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 43.

Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 96.




FERIA V. AD VESPERAS.

I. Ant.

I. a

E

C-ce quam bonum * et quam ju-cúndum, habi-táre



fratres in u-num. E u o u a e.

T. Pasch.

I. a

A

L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 132.

ECce quam bonum et quam
jucúndum, * habitáre fra-
tres in unum!

Sicut unguéntum in cápite, *
quod descéndit in barbam, bar-
bam Aaron :

Quod descéndit in oram ve-
stiménti ejus : * sicut ros Her-
mon, qui descéndit in montem
Sion.


Quóniam illic mandávit Dó-
minus benedictiónem, * et vi-
tam usque in saéculum.

2. Ant.

3. g 2

C

Onfi-témi-ni Dómi-no, * quó-ni-am in aetérnum mi-



se-ri-córdi-a e-jus. E u o u a e.

Psalmus 135. I.

Confitémini Dómino quóniam bonus : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui facit mirabilia magna solus : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui fecit caelos in intellé-

ctu : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui firmávit terram super aquas : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui fecit luminária magna : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Solem in potestátem diéi : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Lunam et stellas in potestátem noctis : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

3. Ant.
3. g 2

C onfi-témi-ni Dómi-no, * qui-a in humi-li-tá-te no-

stra memor fu- it nostri. E u o u a e.

Psalmus 135. II.

QUI percússit Ægýptum cum primogénitis eórum : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui edúxit Israel de médio eórum : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

In manu poténti, et bráchio excélsó : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui divisit mare Rubrum in divisiónes : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et edúxit Israel per médium ejus : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et excússit Pharaónem et virtútem ejus in mari Rubro : *

quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui tradúxit pópulum suum per desértum : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Qui percússit reges magnos : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et occídit reges fortes : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Sehon regem Amorrhæórum : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et Og regem Basan : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Et dedit terram eórum haereditátem : * quóniam in aetérnum misericórdia ejus.

Haereditatem Israel servo suo : * quoniam in aeternum misericordia ejus.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri : * quoniam in aeternum misericordia ejus.

Et redemit nos ab inimicis nostris : * quoniam in aeternum misericordia ejus.

Qui dat escam omni carni : * quoniam in aeternum misericordia ejus.

Confitemini Deo caeli : * quoniam in aeternum misericordia ejus.

Confitemini Domino dominorum : * quoniam in aeternum misericordia ejus.

4. Ant.

3. a

A Dhaére- at lingua me- a * fáuci- bus me- is, si non
memí- ne- ro tu- i Je- rú- sa- lem. E u o u a e.

Psalmus 136.

Super flumina Babylónis, illic sedimus et flevimus : * cum recordarémur Sion :

In salícibus in médio ejus, * suspéndimus órgana nostra.

Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum :

Et qui abduxérunt nos : * Hymnum cantáte nobis de canticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tui Jerúsa-

lem, * obliuioni detur dextera mea.

Adhaereat lingua mea faucibus meis, * si non memínero tui :

Si non proposúero Jerúsalem, * in princípío laetítiae meae.

Memor esto Dómine filiórum Edom, * in die Jerúsalem :

Qui dicunt : Exinaníte, exinaníte * usque ad fundaméntum in ea.

Fília Babylónis mísera : * beátus qui retribuét tibi retributió- nem tuam, quam retribuísti nobis.

Beátus qui tenébit, * et allídet párvulos tuos ad petram.

5. Ant.

5. a

C Onfi- té- bor * nómi- ni tu- o Dómi- ne, super mi- se-
ri- córdi- a et ve- ri- tá- te tu- a. E u o u a e.

Psalmus 137.

Confitebor tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitebor nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritate tua : * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine

omnes reges terrae : * quia audierunt ómnia verba oris tui :

Et content in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit : * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : † et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, * et salvum me fecit délixtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : † Dómine, misericórdia tua in saéculum : * ópera mánuum tuárum ne despicias.

Capitulum.

2. Cor. I. 3-4.

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

Hymnus.

I.

M Agnae De-us pot-énti-ae, Qui férti-li na-tos aqua
 Partim re-línquis gúrghi-ti, Partim levas in á-e-ra : 2. De-
 mérsa lymphis ímprimens, Subvécta caelis é-ri-gens : Ut
 stirpe ab una pró-di-ta, Di-vérsa réple-ant lo-ca : 3. Largí-re



cunctis sérvu-lis, Quos mundat unda sángui-nis, Nescí-re la-
 psus crími-num, Nec ferre mortis taédi- um. 4. Ut culpa nullum
 déprimat, Nullum éffe-rat jáctánti- a : E-lí-sa mens ne cónci-
 dat, E-lá-ta mens ne córru- at. 5. Praesta, Pa-ter pi- íssime,
 Patríque compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Regnans
 per omne saécu-lum. A-men.

∇. Dirigátur Dómine orátio mea.

℞. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.


7. c



F E-cit De-us * pot-én-ti- am in bráchi- o su- o :
 dispér- sit supérbos mente cor-dis su- i. E u o u a e.

Preces, si dicendae sint, ut supra, 103.

FERIA V. AD COMPLETORIUM.

Ant.
8. G

A Djú-tor me- us. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 56.

Psalmus 69.

DEus in adiutorium meum intende : * Domine ad adjuvandum me festina.

Confundantur et revereantur, * qui quaerunt animam meam.

Avertantur retrorsum et erubescant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsultent et laetentur in te omnes qui quaerunt te, * et dicant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus et pauper sum : * Deus adjuva me.

Adjutor meus et liberator meus es tu : * Domine ne moreris.

Psalmus 70. I.

IN te Domine speravi, non confundar in aeternum : * in iustitia tua libera me, et eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * et salva me.

Esto mihi in Deum protectorem et in locum munitum : * ut salvum me facias.

Quoniam firmamentum meum, * et refugium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, * et de manu contra legem agentis et iniqui :

Quoniam tu es patientia mea Domine : * Domine spes mea a juventute mea.

In te confirmatus sum ex utero : * de ventre matris meae tu es protector meus.

In te cantatio mea semper : † tamquam prodigium factus sum multis : * et tu adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam : * tota die magnitudinem tuam.

Ne projicias me in tempore senectutis : * cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi : * et qui custodiabant animam meam, consilium fecerunt in unum,

Dicentes : Deus dereliquit eum, † persequimini et comprehendite eum : * quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris a me : * Deus meus in auxilium meum respice.

Psalmus 70. II.

Confundantur et deficiant detrahentes animae meae : * operiantur confusione et pudore qui quaerunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo : *
et adjíciam super omnem lau-
dem tuam.

Os meum annuntiábit justí-
tiam tuam : * tota die salutáre
tuum.

Quóniam non cognóvi littera-
túram, † introíbo in poténtias
Dómini : * Dómine, memorábor
justítiae tuae solíus.

Deus docuísti me a juventúte
mea : * et usque nunc pronun-
tiábo mirabília tua.

Et usque in senéctam et sé-
nium, * Deus ne derelínquas
me.

Donec annúntiem bráchium
tuum * generatióni omni quae
ventúra est :

Poténtiam tuam et justítiam
tuam Deus, † usque in altíssima

quae fecísti magnália : * Deus,
quis símilis tibi?

Quantas ostendísti mihi tri-
bulatiónes multas et malas : †
et convérsus vivificásti me : *
et de abyssis terrae íterum re-
duxísti me.

Multiplicásti magnificéntiam
tuam : * et convérsus consolá-
tus es me.

Nam et ego confitébor tibi in
vasis psalmi veritátem tuam : *
Deus, psallam tibi in cíthara,
Sanctus Israel.


Exsultábunt lábia mea cum
cantávero tibi : * et ánima mea,
quam redemísti.

Sed et lingua mea tota die
meditábitur justítiam tuam : *
cum confúsi et revériti fúerint
qui quaerunt mala mihi.




Adjú-tor me- us et li-be-rá-tor me- us esto Dómi-ne

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 58.




FERIA VI. AD LAUDES.

I.




EX- al-tá-te * Dómi-num De- um nostrum, et ado-



rá- te in monte sancto e- ius. E u o u a e.

T. Pasch.
6. F



A L-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 98.

Dominus regnávít, irascán-tur pópuli : * qui sedet super Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus : * et excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno, quóniam terríbile et sanctum est : * et honor regis júdícium dñligit.

Tu parásti directiónes : * júdícium et justítiam in Jacob tu fecísti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, † et adoráte scabéllum pedum ejus : * quóniam sanctum est.

Móyses et Aaron in sacerdotibus ejus : * et Sámuel inter eos qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dóminum, et ipse exaudiébat eos : * in cólúma nubis loquebátur ad eos.


Custodiébant testimónia ejus, * et praeceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster tu exaudiébas eos : † Deus tu propítius fuísti eis, * et ulciscens in omnes adíventiones eórum.


Exaltáte Dóminum Deum nostrum, † et adoráte in monte sancto ejus : * quóniam sanctus Dóminus Deus noster.

2. Ant.

2. D



E - ri-pe me * de in-imí-cis me- is Dómi-ne, ad



te confú-gi. E u o u a e.

Psalmus 142.

Domine exáudi oratiómem meam : † áuribus pèrcipe obsecratiómem meam in verítate tua : * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in júdícium cum servo tuo : * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus

ánimam meam : * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos saéculi : † et anxiátus est super me spíritus meus, * in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, † meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te : *

ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velócitè exáudi me Dómine : * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me : * et símilis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam : * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem : * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dó-

mine, ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum Dómine vivificábis me in aequitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam : * et in misericórdia tua dispédes inimícos meos.


Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : * quóniam ego servus tuus sum.

3. Ant.

7. a

B

Ene-di-xísti * Dómi-ne terram tu-am : remi-sí-sti



in-iqui-tá-tem ple-bis tu-ae.

E u o u a e.

Psalmus 84.

Benedixísti Dómine terram tuam : * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuae : * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam : * avertísti ab ira indignatiónis tuae.

Convérte nos Deus salutáris noster : * et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in aetérnum irascéris nobis? * aut exténdes iram tuam a generatióne in generatióne?

Deus tu convérsus vivificábis nos : * et plebs tua laetábitur in te.

Osténde nobis Dómine mise-

ricórdiam tuam : * et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : * quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : * et in eos qui convertúntur ad cor.


Verúntamen prope tíméntes eum salutáre ipsíus : * ut inhabitet glória in terra nostra.

Misericórdia et véritas obviavérunt sibi : * justítia et pax osculátæ sunt.


Véritas de terra orta est : * et justítia de caelo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem : * et terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit : * et ponet in via gressus suos.



I N Dómi-no justi-fi-cá-bi-tur, * et laudá-bi-tur omne



semen Isra-el. E u o u a e.

Canticum Isaiae.

Is. 45. 15-26.

Vere tu es Deus absconditus, * Deus Israel, Salvátor.

Confúsi sunt et erubuérunt omnes : * simul abiérunt in confusiónem fabricatóres errórum.

Israel salvátus est in Dómino salúte aetérna : * non confundémini, et non erubescétis usque in saéculum saéculi.

Quia haec dicit Dóminus creans caelos, * ipse Deus formans terram, et fáciens eam, ipse plastes ejus :

Non in vanum creávit eam, ut habitaretur formávit eam : * Ego Dóminus, et non est álius.

Non in abscondito locútus sum, * in loco terrae tenebróso :

Non dixi sémini Jacob frustra : Quáerite me : * ego Dóminus loquens justítiam, annúntians recta.

Congregámini, et veníte, et

accédite simul, * qui salváti estis ex géntibus :

Nesciérunt qui levant lignum sculptúrae suae, * et rogant Deum non salvántem.

Annuntiáte, et veníte, et consiliámini simul : * Quis audítum fecit hoc ab inítio, ex tunc praedixit illud?

Numquid non ego Dóminus, † et non est ultra Deus absque me? * Deus justus, et salvans non est praeter me.


Convertímini ad me, et salví éritis, omnes fines terrae : * quia ego Deus, et non est álius.

In memetípso jurávi, † egrediétur de ore meo justítiae verbum, * et non revertétur :

Quia mihi curvabitur omne genu, * et jurábit omnis lingua.

Ergo in Dómino, dicet, meae sunt justítiae et impérium : * ad eum vénient, et confundéntur omnes qui repúgnant ei.

In Dómino justificábitur, et laudábitur * omne semen Israel.



L Auda * Je-rú-sa-lem Dó-mi-num. E u o u a e.

Psalmus 147.

LAuda Jerúsalem Dómi-
num : * lauda Deum tuum
Sion.

Quóniam confortávit seras
portárum tuárum : * benedíxit
fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : *
et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum
terrae : * velóciter currit sermo
ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : *

nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crýstallum suam sicut
buccéllas : * ante fáciem frígo-
ris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et li-
quefaciet ea : * flabit spíritus
ejus, et fluent aquae.

Qui annúnciat verbum suum
Jacob : * justítias et judícia sua
Israel.

Non fecit táliter omni natió-
ni : * et judícia sua non mani-
festávit eis.


Capitulum.

Rom. 13. 12-13.

NOX praecessit, dies autem appropinquavit. † Abjiciamus
ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in
die honéste ambulémus.

Hymnus.

4.



A E-térna cae-li gló-ri-a, Be-á-ta spes mortá-li-um,

Summi To-nántis U-ni-ce, Castaéque pro-les Vírgi-nis : 2. Da

déxte-ram surgénti-bus, Exsúrgat et mens sóbri-a, Flagrans

et in laudem De-i Gra-tes re-péndat dé-bi-tas. 3. Ortus re-



fúlget Lú-ci-fer, Prae-ítque so-lem núnti- us : Ca-dunt te-né-
brae nócti- um, Lux sancta nos il-lúmi-net : 4. Manénsque no-
stris sénsi-bus, Noctém repél-lat saécu-li, Omníque fi-ne tém-
po-ris Purgá-ta servet pécto-ra. 5. Quaesi-ta jam primum
fi-des In corde ra-dí-ces agat : Secúnda spes congáude-at,
Qua má-jor exstat cá-ri-tas. 6. De- ó Patri sit gló-ri- a,
Ejúsque so-li Fí- li- o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Nunc et
per omne saécu-lum. A-men.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exsultávimus et delectáti sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

P ER vísce-ra * mi-se-ri-córdi-ae De-i nostri,
 vi-si-tá-vit nos Ó-ri-ens ex al-to. E u o u a e.

II.

1. Ant.
 6. F


C OR contrí-tum * et humi-li-á-tum, De-us, non
 despí-ci-es. E u o u a e.
Ps. 50. Misérére mei Deus. 10.

2. Ant.
 8. G

P Ropter nomen tu-um * Dómi-ne, vi-vi-fi-cá-bis me
 in aequi-tá-te tu-a. E u o u a e.
Ps. 142. Dómine exáudi oratió-nem meam. 165.

3. Ant.
 4. E

D E-us tu convérsus * vi-vi-fi-cá-bis nos : et plebs tu-a
 laetá-bi-tur in te. E u o u a e.
Ps. 84. Benedixísti Dómine terram tuam. 166.

4. Ant. 

1. f.
C UM i- rá-tus fú-e-ris. E u o u a e.

Canticum Habacuc.

Hab. 3. 1-19.

Domine audívi auditiónem tuam, * et tímui.

Dómine opus tuum, * in médio annórum vivífica illud :

In médio annórum notum fácies : * cum irátus fúeris, misericórdiae recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * et sanctus de monte Pharan :

Opéruit caelos glória ejus : * et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : * córnua in mánibus ejus :

Ibi abscóndita est fortitúdo ejus : * ante fáciem ejus ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus. * Stetit, et mensus est terram.

Aspéxit, et dissólvit gentes : * et contríti sunt montes saéculi.

Incurváti sunt colles mundi, * ab itinéribus aeternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Aethiópiae, * turbabúntur pelles terrae Má dian.

Numquid in flumínibus irátus es Dómine? † aut in flumínibus furor tuus? * vel in mari indignátio tua?

Qui ascédes super equos tuos : * et quadrigae tuae salvátio.

Súscitans suscitábis arcum tuum : * juraménta tríbus quae locúsus es.

Flúvios scindes terrae : † vi-

dérunt te, et doluérunt montes : * gurges aquárum tránsiit.

Dedit abyíssus vocem suam : * altitúdo manus vocis levávit.

Sol et luna steterunt in habitáculo suo, † in luce sagittárum tuárum, * ibunt in splendóre fulgurántis hastae tuae.

In frémitu conculcábis terram : * et in furóre obstupefácies gentes.

Egréssus es in salútem pópu- li tui, * in salútem cum Christo tuo.

Percussísti caput de domo ím- pii : * denuđásti fundaméntum ejus usque ad collum.

Maledixísti sceptris ejus, † cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exsultátio eórum * sicut ejus qui dévorat páuperem in abscóndito.

Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi, et conturbátus est venter meus : * a voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óssibus meis, * et subter me scáteat.

Ut requiescam in die tribulatiónis : * ut ascéndam ad pópu- lum accínctum nostrum.

Ficus enim non florébit : * et non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívae : * et arva non áfferent cibum.

Abscindétur de ovíli pecus : *


et non erit arméntum in praesé-
pibus.

Ego autem in Dómino gaudé-
bo : * et exsultábo in Deo Jesu
meo.


Deus Dóminus fortitúdo
mea : * et ponet pedes meos
quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedúcet
me victor, * in psalmis canéntem.

Anti-
phona.




Cum i-rá-tus fú-e-ris Dómi-ne, mi-se-ri-córdi-ae




re-cordá-be-ris.

5. Ant.
8. G



L Auda * Dē-um tu-um Si-on, qui annúnti-at ju-dí-



ci-a su-a Isra-el. E u o u a e.


Ps. 147. Lauda Jerúsalem Dóminum. 168.

Reliqua ut supra, 168, quando non habentur propria.

Preces, si dicendae sint, ut supra, 77.

FERIA VI. AD PRIMAM.

Ant.
2. D



N E discé-das a me. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 15.

· Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 79

Psalmus 21. I.

DEus, Deus meus, respice in me : † quare me dereliquisti? * longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies : * et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israel.

In te speraverunt patres nostri : * speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt : * in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo : * opprobrium hominum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me deriserunt me : * locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum : * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre : * spes mea ab uberibus matris meae.

In te projectus sum ex utero : † de ventre matris meae Deus meus es tu, * ne discesseris a me :

Quoniam tribulatio proxima est : * quoniam non est qui adjuvet.

Psalmus 21. II.

Circumdedérunt me vituli multi : * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum : * et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens * in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, † et lingua mea adhaesit faucibus meis : * et in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdedérunt me canes multi : * concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos : * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me : † divisérunt sibi vestimenta mea, * et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum a me : * ad defensionem meam conspice.

Erue a framera Deus animam meam : * et de manu canis unicam meam :

Salva me ex ore leonis : * et a cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis : * in medio ecclesiae laudabo te.

Psalmus 21. III.

QUI timetis Dominum laudate eum : * universum semen Jacob glorificate eum.

Tímeat eum omne semen Israel : * quoniam non sprevit neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avértit faciem suam a me : * et cum clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna : * vota mea reddam in conspectu timéntium eum.

Edent pauperes, et saturabún-

tur : † et laudábunt Dóminum qui requirunt eum : * vivent corda eórum in saeculum saeculi.

Reminiscéntur et convertén- tur ad Dóminum * univér- si fines terrae :

Et adorábunt in conspéctu ejus * univérsae famí- liae géntium.

Quóniam Dómini est regnum : * et ipse dominábitur géntium.


Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terrae : * in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : * et semen meum sérviet ipsi.


Annuntiábitur Dómino generá- tio ventúra : † et annuntiá- bunt caeli justítiam ejus pópulo qui nascétur, * quem fecit Dó- minus.

Quando ad Laudes dictus est Ps. 50. Miserere, hic subjungitur Ps. 98. Dóminus regnávít, irascántur pópuli. 165.

Anti-
phona.



Ne discé- das a me Dómi- ne : quó- ni- am tri- bu- lá-




ti- o pró- xima est, quó- ni- am non est qui ádjuvet.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 19.

FERIA VI. AD TERTIAM.

Ant.
I. a 2



E

X- ci- ta Dómi- ne. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 27.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 84.

Psalmus 79. I.

QUI regis Israel, inténde : *
qui dedúcis velut ovem
Joseph :

Qui sedes super Chérubim, *
manifestáre coram Ephraim,
Bénjamin et Manásse.

Excíta poténtiam tuam, et
veni, * ut salvos fácias nos.

Deus convérte nos : * et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Dómine Deus virtútum, * quoúsque irascéris super oratió-nem servi tui?

Cibábis nos pane lacrimá-rum : * et potum dabis nobis in lácrimis in mensúra?

Posuísti nos in contradicti-ó-nem vicínis nostris : * et inimíci nostri subsannavérunt nos.

Deus virtútum convérte nos : * et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Psalmus 79. II.

Vineam de Aegýpto trans-tulísti : * ejecísti gentes, et plantásti eam.

Dux itíneris fuísti in conspéctu ejus : * plantásti radícés ejus, et implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus : * et arbústa ejus cedros Dei.

Exténdit pálmities suos usque ad mare : * et usque ad flumen propágines ejus.

Ut quid destruxísti macériam ejus : * et vindémiant eam omnes qui praetergrediúntur viam?

Exterminávit eam aper de silva : * et singuláris ferus depástus est eam.

Deus virtútum convértere : * réspice de caelo, et vide, et ví-sita víneam istam.

Et pérface eam, quam plantávit déxtera tua : * et super fi-

lium hóminis, quem confirmásti tibi.

Incénsa igni et suffóssa * ab increpatióne vultus tui períbunt.

Fiat manus tua super virum déterae tuae : * et super filium hóminis, quem confirmásti tibi.

Et non discédimus a te, vivi-ficábis nos : * et nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtútum convérte nos : * et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Psalmus 81.

Deus stetit in synagóga de-órum : * in médio autem deos dijúdicat.

Usquequo judicátis iniquitá-tem : * et fácies peccatórum súmitis?

Judicáte egéno et pupíllo : * húmílem et páuperem justificáte.

Erípíte páuperem : * et egénum de manu peccatóris libe-ráte.


Nesciérunt, neque intellexé-runt, in ténebris ámbulant : * movebúntur ómnia fundaménta terrae.

Ego dixi : Dii estis, * et filii Excélsi omnes.


Vos autem sicut hómines mo-riémíni : * et sicut unus de princípibus cadétis.

Surge Deus, júdica terram : * quóniam tu haereditábis in ómnibus géntibus.

Anti-
phona.



Exci-ta Dómi-ne pot-énti- am tu- am, ut salvos fá-



ci- as nos.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 31.

Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 86.



FERIA VI. AD SEXTAM.



Ant.
8. G

B

E-á-ti qui há-bi-tant. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 33.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 89.

Psalmus 83. I.

QUam dilécta tabernácula tua Dómine virtútum! * concupiscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum et caro mea * exsultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum : * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua Dómine virtútum : * Rex meus et Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua Dómine : * in saécula saeculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus est auxiliúum abs te : † ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum, * in loco quem púsuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, † ibunt de virtúte in virtútem : * vidébitur Deus deórum in Sion.

Psalmus 83. II.

Domine Deus virtútum exáudi oratióem meam : * áuribus pércipe Deus Jacob.

Protéctor noster áspice Deus : * et réspice in fáciem Christi tui :

Quia mélior est dies una in átriis tuis, * super míllia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei : * magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam et veritátem díligit Deus : * grátiam et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia : * Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

Psalmus 86.

Fundaménta ejus in móntibus sanctis : * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab et Babilonis * scientium me.


Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet : † Homo,

et homo natus est in ea : * et ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum et principum : * horum qui fuerunt in ea.

Sicut laetantium omnium * habitatio est in te.




Be- â-ti qui há-bi-tant in domo tu- a Dómi-ne.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 37.

Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 91.

FERIA VI. AD NONAM.



M I-se-ri-córdi- a. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 39.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 94.

Psalmus 88. I.

M Isericordias Domini * in aeternum cantabo.

In generationem et generationem, * annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixisti : In aeternum misericordia aedificabitur in caelis : * praeparabitur veritas tua in eis.

Dispósui testamentum electis meis, † juravi David servo meo : * Usque in aeternum praeparabo semen tuum.

Et aedificabo in generationem et generationem * sedem tuam.

Confitebuntur caeli mirabilia tua Domine : * etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus aequabitur Domino : * similis erit Deo in filiis Dei?

Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum : * magnus et terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt.

Domine Deus virtutum, quis similis tibi? * potens es Domine, et veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris : * motum autem fluctuum ejus tu mitigas.

Tu humiliásti sicut vulnerá-
tum, supérbum : * in bráchio
virtútis tuae dispersísti inimí-
cos tuos.

Tui sunt caeli, et tua est ter-
ra, † orbem terrae et plenitúdi-
nem ejus tu fundásti : * aquiló-
nem et mare tu creásti.

Thabor et Hermon in nómine
tuo exsultábunt : * tuum brá-
chium cum poténtia.

Firmétur manus tua, et exal-
tétur déxtera tua : * justítia et ju-
dícium praeparátio sedis tuae.

Misericórdia et véritas praeced-
ent faciém tuam : * beátus pó-
pulus qui scit jubilatiónem.

Dómine in lúmine vultus tui
ambulábunt, † et in nómine tuo
exsultábunt tota die : * et in
justítia tua exaltabúntur.

Quóniam glória virtútis eó-
rum tu es : * et in beneplácito
tuo exaltábitur cornu nostrum.

Quia Dómini est assúptio no-
stra, * et Sancti Israel, regis
nostri.

Psalmus 88. II.

Tunc locútus es in visióne
sanctis tuis, et dixísti : †
Pósui adjutórium in poténte : * et
exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David servum meum : *
óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur
ei : * et bráchium meum confor-
tábit eum.

Nihil profíciet inimícus in eo, *
et filius iniquitátis non appónet
nocére ei.

Et concídam a facié ipsíus ini-
mícos ejus : * et odiéntes eum in
fugam convértam.

Et véritas mea, et misericórdia

mea cum ipso : * et in nómine
meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum
ejus : * et in flumínibus déxte-
ram ejus.

Ipse invocábit me : Pater meus
es tu : * Deus meus, et suscéptor
salútis meae.

Et ego primogénitum ponam
illum, * excélsam prae régibus
terrae.

In aetérnum servábo illi mise-
ricórdiam meam : * et testamén-
tum meum fidéle ipsi.

Et ponam in saéculum saéculi
semen ejus : * et thronum ejus
sicut dies caeli.

Si autem dereliquerint filii
ejus legem meam : * et in judí-
ciis meis non ambuláverint :

Si justítias meas profanáve-
rint : * et mandáta mea non
custodierint :

Visitábo in virga iniquitátes
eórum : * et in verbéribus pec-
cáta eórum.

Misericórdiam autem meam
non dispérgam ab eo : * neque
nocébo in veritáte mea :

Neque profanábo testaméntum
meum : * et quae procedunt de
lábiis meis, non faciám írrita.

Semel jurávi in sancto meo :
Si David méntiar : * semen ejus
in aetérnum manébit.

Et thronus ejus sicut sol in
conspéctu meo, † et sicut luna
perfécta in aetérnum : * et testis
in caelo fidélis.

Psalmus 88. III.

TU vero repulísti et despe-
xísti : * distulísti Christum
tuum.

Evertísti testaméntum servi

tui : * profanásti in terra sanctuárium ejus.

Destruxísti omnes sepesejus : * posuísti firmaméntum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes transéúntes viam : * factus est oppróbrium vicínis suis.

Exaltásti dexteram depriméntium eum : * laeticásti omnes inimícos ejus.

Avértisti adjuatórium gládii ejus : * et non es auxiliátus ei in bello.

Destruxísti eum ab emundatíone : * et sedem ejus in terram collisísti.

Minorásti dies témporisejus : * perfudísti eum confusíone.

Usquequo Dómine avértis in

finem : * exardéscet sicut ignis ira tua?

Memoráre quae mea substántia : * numquid enim vane constituísti omnes filios hóminum?

Quis est homo qui vivet, et non vidébit mortem? * éruet ánimam suam de manu ínferi?


Ubi sunt misericórdiae tuae antiquae Dómine, * sicut jurásti David in veritáte tua?

Memor esto Dómine oppróbrii servórum tuórum * (quod contínui in sinu meo) multárum géntium :


Quod exprobravérunt inimíci tui Dómine, * quod exprobravérunt commutatíone Christi tui.

Benedíctus Dóminus in aetérnum : * fiat, fiat.

Anti-
phona.



Mi-se-ri-córdi-a et vé-ri-tas prae-cé-dent fá-ci-em




tu-am Dómi-ne.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 43.


Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 96.

FERIA VI. AD VESPERAS.


I. Ant.
3. g 2



D Omi-ne * pro-básti me et cogno-ví-sti me.



E u o u a e.



A L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 138. I.

Domine probásti me et cognovísti me : * tu cognovísti sessiónem meam et resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe : * sémitam meam et funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas praevidísti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia, novíssima et antiqua : * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in caelum, tu illic es : * si descéndero in inférnum, ades.


Si sumpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris :

Etenim illuc manus tua dedúcet me : * et tenébit me délixtera tua.


Et dixi : Fórsitan ténebrae conculcábunt me : * et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebrae non obscurabúntur a te, † et nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebrae ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : * suscepísti me de útero matris meae.



MI-ra-bí-li-a * ó-pe-ra tu-a Dómi-ne, et ánima



me-a cognóscit ni-mis. E u o u a e.

Psalmus 138. II.

Confitebor tibi quia terribíliter magnificátus es : † mirábilia ópera tua, * et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occulto : *

et substántia mea in inferióribus terrae.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, † et in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : * nimis

confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur : * exsurréxi, et adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : * viri sánguinum declínate a me :

Quia dícitis in cogitatíone : * accípient in vanitaté civitatés tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam? * et super inimícos tuos tabescébam?

Perfécito ódio óderam illos : * et inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum : * intérroga me, et cognósce sémitas meas.


Et vide si via iniquitatís in me est : * et deduc me in via aetérna.

3. Ant.

4. E

N

E de-re-línquas me * Dómi-ne, virtus sa-lú-tis



me-ae. E u o u a e.

Psalmus 139.

ERipe me Dómine ab hómine malo : * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitatés in corde : * tota die constituébant praélia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis : * venénium áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris : * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos : * abscondérunt supérbi láqueum mihi :

Et funes extendérunt in láqueum : * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus meus es tu : * exáudi Dómine vocem deprecatiósni meae.

Dómine, Dómine virtus salú-tis meae : * obumbrásti super caput meum in die belli :

Né tradas me Dómine a desiderio meo peccatóri : † cogitavérunt contra me, * ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum : * labor lábiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, † in ignem dejícies eos : * in míseriis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra : * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciat Dóminus júdicium ínopis, * et vindíctam páuperum.

Verúmtamen justí confitebúntur nómini tuo : * et habitábunt recti cum vultu tuo.

4. Ant.
8. c**D**

Omi-ne * clamá-vi ad te, exáudi me. E u o u a e.

Psalmus 140.

Domine clamávi ad te, exáudi me : * inténde voci meae cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo : * elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum.

Pone Dómine custódiam ori meo : * et óstium circumstántiae lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiae, * ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem : * et non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, et increpábit me : *

óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum : * absorpti sunt juncti petrae júdices eórum.

Audent verba mea quóniam potuérunt : * sicut crassitúdo terrae erúpta est super terram.


Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : † quia ad te Dómine, Dómine, óculi mei : * in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo quem statuérunt mihi : * et a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * singularíter sum ego donec tránseam.

5. Ant.
3. a**E**

- duc de custó-di- a * á-nimam me- am Dómi- ne,



ad confi-téndum nómi-ni tu- o. E u o u a e.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Dóminum deprecátus sum.

Effúndo in conspéctu ejus oratióne meam, * et tribulatióne meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum

meum, * et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram et vidébam : * et non erat qui cognósceret me.

Péruit fuga a me, * et non est qui requírat ánimam meam.

Clamavi ad te Dómine, † dixi : Tu es spes mea, * pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatióem meam : * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persecúentibus

me : * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómni tuo : * me exspéctant justí, donec retríbuas mihi.

Capitulum.

2. Cor. I. 3-4.

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, † Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, * qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

Hymnus.

I.



H Omínis supérne Cón-di-tor, Qui cuncta so-lus ór-di-



nans, Humum jubes prodú-ce-re Reptántis et ferae genus :



2. Et magna re-rum córpo-ra, Dictu jubéntis ví-vi-da, Per



tém-po-rum certas vi-ces Obtempe-rá-re sérvu-lis : 3. Re-péлле



quod cu-pí-di-nis Ci-énte vi nos ímpe-tit, Aut mó-ri-bus se



súgge-rit, Aut áctibus se intérse-rit. 4. Da gaudi-órum praé-

Feria Sexta ad Completorium.




mi-a, Da gra-ti-á-rum múne-ra : Dissólve li-tis víncu-la,
 Astringe pa-cis foéde-ra. 5. Praesta, Pa-ter pi-íssime, Patrí-
 que compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Regnans per
 omne saécu-lum. A-men.

Ÿ. Dirigátur Dómine orátio mea.


R̄. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.



r. f.
D E-pó-su-it Dómi-nus * pot-én-tes de se- de,
 et exaltá-vit húmi-les. E u o u a e.
Preces, si dicendae sint, ut supra, 103.

Feria VI. ad Completorium.



Ant.
7. c.
V Oce me- a. E u o u a e.
Tempore Paschali Allelúia. 56.

Psalmus 76. I.

VOce mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Deum, et inténdit mihi.

In die tribulatiónis meae Deum exquisívi, † mánibus meis nocte contra eum : * et non sum decéptus.

Rénuit consolári ánima mea, † memor fui Dei, et delectátus sum, et exercitátus sum : * et defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei : * turbátus sum, et non sum locútus.

Cogitávi dies antíquos : * et annos aetérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, * et exercitábar, et scopébam spíritum meum.

Numquid in aetérnum projíciet Deus : * aut non appónet ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet, * a generatióne in generatiónem?

Aut obliviscétur miseréri Deus? * aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi : Nunc coepi : * haec mutatio dexteræ Excélsi.

Memor fui óperum Dómini : * quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis : * et in adinventiúnibus tuis exercébor.

Psalmus 76. II.

DEus in sancto via tua : † quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabília.

Notam fecísti in pópulis vir-

tútem tuam : * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, filios Jacob et Joseph.

Vidérunt te aquae Deus, vidérunt te aquae : * et timuérunr, et turbátae sunt abyssi.

Multitúdo sónitus aquárum : * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagíttae tuae tráns-eunt : * vox tonítroi tui in rota.

Illuxérunt coruscatiónes tuae orbi terrae : * commóta est, et contrémuit terra.

In mari via tua, et sémitae tuae in aquis multis : * et vestígia tua non cognoscéntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum, * in manu Móysi et Aaron.

Psalmus 85.

INclína Dómine aurem tuam et exáudi me : * quóniam inops et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum : * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei Dómine, quóniam ad te clamávi tota die : † laetífica ánimam servi tui, * quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine suávis et mitis : * et multae misericórdiae ómnibus invocántibus te.

Auribus pécipie Dómine oratiónem meam : * et inténde voci deprecatiónis meae.

In die tribulatiónis meae clamávi ad te : * quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis, Dómine : * et non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti vénient, et adorábunt coram te Dómine : * et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu et faciens mirabilia : * tu es Deus solus.

Deduc me Dómine in via tua, † et ingrédíar in veritate tua : * laetétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in aetérnum :

Quia misericórdia tua magna est super me : * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.


Deus, iníqui insurrexérunt super me, † et synagóga poténtium quaesiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus, miserátor et miséricors, * pátiens, et multae miséricórdiae, et verax :


Réspice in me et miserere mei, † da impérium tuum púero tuo : * et salvum fac fílium ancíllae tuae.

Fac mecum signum in bonum, † ut vídeant qui odérunt me, et confundántur : * quóniam tu Dómine adjuvísti me et consolátus es me.

Anti-
phona.



Vo-ce me- a ad Dómi-num clamávi, neque obli-



viscé-tur mi-se-ré-ri De- us.


Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 58.

SABBATO AD LAUDES.


I.

I. Ant.
8. c

F



I- li- i Si- on * exsúl-tent in Re-ge su- o.



E u o u a e.

T. Pasch.
8. c



A L-le-lú- ia, * alle-lú- ia, alle-lú- ia.

E u o u a e.

Psalmus 149.

CAntáte Dómino cánticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Laetétur Israel in eo qui fecit eum : * et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in týmpano et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória : * laetabúntur in cubílibus suis.


Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * et gládii ancípites in mánibus eórum :

Ad faciéndam vindíctam in natióibus : * increpatiões in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium con-scríptum : * glória haec est ómnibus sanctis ejus.

2. Ant.
7. a



Q Uam magni- fi- cá-ta sunt * ó-pe-ra tu- a Dómi-ne!

E u o u a e.

Psalmus 91.

BOnum est confitéri Dómino : * et psállere nómini tuo Altíssime :

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam : * et veritátem tuam per noctem :

In decachórdo, psaltério : * cum cántico in cithara.

Quia delectásti me Dómine in factúra tua, * et in opéribus mánuum tuárum exsultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine! * nimis profúndae factae sunt cogitatiões tuae.

Vir insípiens non cognóscet : * et stultus non intélliget haec.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut foenum : * et apparuérint

omnes qui operántur iniquitátem :

Ut intéreant in saeculum saeculi : * tu autem Altíssimus in aetérnum Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui Dómine, † quóniam ecce inimíci tui períbunt : * et dispergéntur omnes qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum : * et senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos : * et in insurgénti-

bus in me malignántibus áudiet auris mea.

Justus ut palma florébit : * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : * et bene patiéntes erunt, ut annúntient :


Quóniam rectus Dóminus Deus noster : * et non est iniquitas in eo.

3. Ant.

7. c

L

Aetá-bi-tur justus * in Dómino et spe-rá-bit in



e- o. E u o u a e.

Psalmus 63.

EXáudi Deus oratióem meam cum déprecor : * a timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me a convéntu malignántium : * a multítudine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium línguas suas : † intendérunt arcum rem amáram, * ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunt eum, et non timébunt : * firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscondérent

láqueos : * dixérunt : Quis vidébit eos ?

Scrutáti sunt iniquitátes : * defecérunt scrutántes scrutínio.


Accédet homo ad cor altum : * et exaltábitur Deus.

Sagíttae parvulórum factae sunt plagae eórum : * et infirmátae sunt contra eos línguae eórum.


Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos : et tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei, * et facta ejus intellexérunt.

Laetábitur justus in Dómino et sperábit in eo, * et laudabúntur omnes recti corde.



O -sténde no-bis Dómi-ne * lu- cem mi-se-ra-ti- ó-



num tu- á-rum. E u o u a e.

Canticum Ecclesiastici.

Eccli 36. 1-16.

Miserere nostri Deus óm-nium, et respice nos, * et osténde nobis lucem miserationum tuarum :

Et immítte timórem tuum super gentes, * quae non exquisierunt te :

Ut cognóscant quia non est Deus nisi tu, * et enárrent magnália tua.

Alleva manum tuam super gentes aliénas, * ut vídeant poténtiam tuam.

Sicut enim in conspéctu eórum sanctificátus es in nobis, * sic in conspéctu nostro magnificáberis in eis :

Ut cognóscant te, sicut et nos cognóvimus, * quóniam non est Deus praeter te Dómine.

Innova signa et immúta mirabilia. * Glorifica manum et bráchium dextrum.

Excita furórem, et effúnde

iram. * Tolle adversárium, et afflige inimícum.

Festína tempus, et meménto finis, * ut enárrent mirabilia tua.

In ira flammae devorétur qui salvátur : * et qui péssimant plebem tuam invéniant perditionem.

Cóntere caput princípum inimicórum, * dicéntium : Non est álius praeter nos.

Cóngrega omnes tribus Jacob : † ut cognóscant quia non est Deus nisi tu, * et enárrent magnália tua :

Et haereditábis eos, * sicut ab infítio.

Miserere plebi tuae, super quam invocátum est nomen tuum : * et Israel, quem coaequásti primogénito tuo.

Miserere civitáti sanctificationis tuae Jerúsalem, * civitáti requiétis tuae.

Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, * et glória tua pópulum tuum.



O mnis spí-ri-tus * lau-det Dómi-num. E u o u a e.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitudínem magnítudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubae : *

laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, † laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Capitulum.

Rom. 13. 12-13.

NOX praecéssit, dies autem appropinquávit. † Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. * Sicut in die honéste ambulémus.

Hymnus.

4.

A




Uró-ra jam spargit po-lum, Terris di-es il-lábi-tur :

Lu-cis re-súltat spí-cu-lum, Discédat omne lúbri-cum. 2. Phan-

tásma noctis éxsu-let, Mentis re-á-tus córru-at : Quidquid te-

nébris hórrí-dum Nox áttu-lit culpae, cadat. 3. Ut mane, quod


nos últimum Hic depre-cámur cérru-i, Cum luce no-bis éf-





∩. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exsultávimus et delectáti sumus.


Ad Benedictus, Antiphona.




I L-lúmi-na Dó-mi-ne * sedéntes in ténebris et um-



II.




B E-nígne fac Dómine * in bo-na vo-luntá-te tu-a




2. Ant.

2. D

**R**

Ectus Dómi-nus * De- us noster, et non est in- í-




qui-tas in e-o. E u o u a e.


Ps. 97. Bonum est confitéri Dómino. 187.

3. Ant.

2. D

**A**

timó-re in-imí-ci * é-ri-pe Dómi-ne á-nimam




me- am. E u o u a e.

Ps. 63. Exáudi Deus oratiónem meam cum déprecor. 188.

4. Ant.

5. a

**I**

N servis su- is. E u o u a e.

Canticum Moysi.*Deut. 32. 1-43.*

A Udíte caeli quae loquor : *
áudiat terra verba oris
mei.

Concréscat ut plúvia doctrína
mea, * fluat ut ros elóquium
meum.

Quasi imber super herbam, †
et quasi stillae super grámina. *
Quía nomen Dómini invocábo :

Date magnificéntiam Deo no-
stro. † Dei perfécta sunt ópera, *
et omnes viae ejus júdicia :

Deus fidélis, et absque ulla
iniquitáte, justus et rectus. *

Peccavérunt ei, et non fílii ejus
in sórdibus :

Generátio prava atque per-
vérsa. * Haécine reddis Dómino,
pópule stulte et insípiens?

Numquid non ipse est pater
tuus, * qui possédit te, et fecit,
et creávit te?

Meménto diérum antiquó-
rum, * cógita generatiónes sín-
gulas :

Intérroga patrem tuum, et
annuntiábit tibi : * majóres tuos,
et dicent tibi.

Quando dividébat Altíssimus
gentes : * quando separábat
fílios Adam.

Constítuit términos populórum * juxta númerum filiórum Israel.

Pars autem Dómini, pópulus ejus : * Jacob funículus haereditátis ejus.

Invenit eum in terra desérta, * in loco horróris et vastae solitúdinis :

Circumdúxit eum, et dócuit : * et custodívit quasi pupíllam óculi sui.

Sicut áquila próvocans ad volándum pullos suos, * et super eos vólitans.

Expándit alas suas, et assúmpsit eum, * atque portávit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus fuit : * et non erat cum eo deus aliénus.

Constítuit eum super excélsam terram : * ut coméderet fructus agrórum.

Ut súgeret mel de petra, * oleúmque de saxo duríssimo :

Butýrum de arménto, et lac de óvibus, * cum ádipe agnórum et arietum filiórum Basan :

Et hircos cum medúlla trítici, * et sánguinem uvae bíberet meracíssimum.

Incrassátus est diléctus, et recalcitrávit : * incrassátus, impinguátus, dilatátus.

Derelíquit Deum factórem suum, * et recéssit a Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in diis aliénis, * et in abominatióibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolvérunt daemóniis, et non Deo, * diis quos ignorábant :

Novi recentésque venérunt, *

quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te genuit dereliquísti, * et oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus, et ad iracúndiam concitátus est : * quia provocavérunt eum filii sui et filiae.

Et ait : Abscóndam faciém meam ab eis, * et considerábo novíssima eórum :

Generátio enim perversa est, * et infidéles filii.

Ipsi me provocavérunt in eo qui non erat Deus, * et irritavérunt in vanitátibus suis :

Et ego provocábo eos in eo qui non est pópulus, * et in gente stulta irritábo illos.

Ignis succensus est in furóre meo, * et ardébit usque ad inférni novíssima :

Devorabítque terram cum gérmine suo, * et móntium fundaménta combúret.

Congregábo super eos mala, * et sagíttas meas complébo in eis.

Consuméntur fame, * et devorábunt eos aves morsu amaríssimo :

Dentes bestiárum immíttam in eos, * cum furóre trahéntium super terram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládus, et intus pavor, * júvenem simul ac vírginem, lacténtem cum hómine sene.

Dixi : Ubinam sunt? * cessáre faciám ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum dístuli : * ne forte superbírent hostes eórum.

Et dicerent : Manus nostra excelsa, et non Dominus, * fecit haec omnia.

Gens absque consilio est, et sine prudentia. † Utinam saperent, et intelligerent, * ac novissima providerent.

Quomodo persequatur unus mille, * et duo fugent decem millia?

Nonne ideo, quia Deus suos vendidit eos, * et Dominus conclusit illos?

Non enim est Deus noster ut dii eorum : * et inimici nostri sunt iudices.

De vinea Sodomorum, vinea eorum : * et de suburbanis Gomorrhae :

Uva eorum uva fellis, * et botri amarissimi.

Fel draconum vinum eorum, * et venenum aspidum insanabile.

Nonne haec condita sunt apud me, * et signata in thesauris meis?

Mea est ultio, et ego retribuam in tempore, * ut labatur pes eorum :

Juxta est dies perditionis, * et adesse festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum, * et in servis suis miserabitur :

Videbit quod infirmata sit manus, † et clausi quoque defe-

cerunt, * residuique consumpti sunt.

Et dicit : Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam?

De quorum victimis comedebant adipem, * et bibebant vinum libaminum :

Surgant, et opitulentur vobis, * et in necessitate vos protegant.

Videte quod ego sim solus, * et non sit alius Deus praeter me :

Ego occidam, et ego vivere faciam : † percutiam, et ego sanabo, * et non est qui de manu mea possit ertere.

Levabo ad caelum manum meam, et dicam : * Vivo ego in aeternum.

Si acvero ut fulgur gladium meum, * et arripuerit iudicium manus mea :

Reddam ultionem hostibus meis, * et his qui oderunt me retribuam.


Inebriabo sagittas meas sanguine, * et gladius meus devorabit carnes.

De cruore occisorum, * et de captivitate, nudati inimicorum capitis.


Laudate gentes populum ejus, * quia sanguinem servorum suorum ulciscetur :

Et vindictam retribuet in hostes eorum, * et propitius erit terrae populi sui.

Anti-
phona.



In servis su- is mi-se-ré-bi-tur Dómi-nus, et pro-pí-




ti-us e-rit terrae póp-u-li su-i.

5. Ant.

8. G

L


Audá-te Dómi-num * se-cúndum mul-ti-tú-di-nem



magni-tú-di-nis e-jus. E u o u a e.

Psalmus 150. Laudáte Dóminum in sanctis ejus. 190.

Reliqua ut supra, 190, quando non habentur propria. Preces, 77.



SABBATO AD PRIMAM.

Ant.

8. G

E

X-altá-re Dómi-ne. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 15.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 79.

Psalmus 93. I.

Deus ul-ti-ónum Dóminus : *
Deus ul-ti-ónum líbere egit.
Exaltáre qui júdicas terram : *
redde retributi-ónem supérbis.

Usquequo peccatóres, Dómi-
ne, * úsquequo peccatóres glo-
riabúntur?

Effabúntur, et loquéntur ini-
quitátem : * loquéntur omnes,
qui operántur injustítiam?

Pópulum tuum Dómine humi-
liavérunt : * et haereditátem
tuam vexavérunt.

Víduam et ádvenam interfecé-
runt : * et pupíllas occidérunt.

Et dixerunt : Non vidébit Dó-
minus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intélligite, insipiéntes in pópu-
lo : * et stulti, aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non áu-
dient? * aut qui finxit óculum,
non considerat?

Qui córripit gentes, non ár-
guet : * qui docet hóminem
sciéntiam?

Dóminus scit cogitati-ónes hó-
minum, * quóniam vanae sunt.

Psalmus 93. II.

BEátus homo quem tu erudíeris Dómine : * et de lege tua docúeris eum.

Ut mítiges ei a diébus malis : * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repellet Dóminus plebem suam : * et haereditátem suam non derelínquet.

Quoadúsque justítia convertátur in iudícium : * et qui juxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsus malignántes? * aut quis stabit mecum advérsus operántes iniquitátem?

Nisi quia Dóminus adjúvit me : * paulo minus habitásset in inférno ánima mea.

Si dicébam : Motus est pes meus : * misericórdia tua Dómine adjuvábatur me.

Secúndum multitudínem dólórum meórum in corde meo : * consolatiónes tuae laetificavérunt ánimam meam.

Numquid adhaéret tibi sedes iniquitátis : * qui fingis labórem in praecépto?

Captábunt in ánimam justí : * et sánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refúgium : * et Deus meus in adjutórium spei meae.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum : † et in malítia eórum dispédet eos : * dispédet illos Dóminus Deus noster.

Psalmus 107.

PArátum cor meum, Deus, parátum cor meum : * cantábo et psallam in glória mea.

Exsúrge glória mea, exsúrge psaltérium et cíthara : * exsúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine : * et psallam tibi in natió nibus.

Quia magna est super caelos misericórdia tua : * et usque ad nubes véritas tua :

Exaltáre super caelos Deus, † et super omnem terram glória tua : * ut liberéntur dilécti tui.

Salvum fac dextera tua, et exáudi me : * Deus locútus est in sancto suo :

Exsultábo, et dívidam Síchiam, * et convállem tabernaculórum dimétiar.

Meus est Gálaad, et meus est Manásses : * et Ephraím susceptio cápitis mei.

Juda rex meus : * Moab lebes spei meae.

In Idumaéam exténdam calceaméntum meum : * mihi alienígenae amíci facti sunt.


Quis dedúcet me in civitátem munitam? * quis dedúcet me usque in Idumaéam?

Nonne tu Deus qui repulisti nos, * et non exíbis Deus in virtútibus nostris?


Da nobis auxiliúm de tribulatióne : * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem : * et ipse ad níhilum dedúcet inimícos nostros.

*Quando ad Laudes dictus est Ps. 50. Miserére, hic subjungitur Ps. 149. Cantáte Dómino cánticum novum : * laus ejus, ut supra, 187.*



Exaltá-re Dómi-ne, qui jú-di-cas terram : redde




retri-bu-ti- ó-nem su-pér-bis.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 19.

SABBATO AD TERTIAM.

Ant.
8. c



C Lamor me- us. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 27.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 84.

Psalmus 101. I.

Domine exáudi oratiónem meam : * et clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam a me : * in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, * velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei : * et ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut foenum, et áruit cor meum : * quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei * adhaésit os meum carni meae.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis : * factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * et factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei : * et qui laudábant me, advérsus me jurábant.

Quia cínerem tamquam panem manducábam, * et potum meum cum fletu miscébam.

A fácie irae et indignatiónis tuae : * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : * et ego sicut foenum áruí.

Tu autem Dómine in aetérnum pérmanes : * et memoriále tuum in generatióncm et generatióncm.

Psalmus 101. II.

TU exsúrgens miseréberis Sion : * quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus : * et terrae ejus miserebúntur.

Et timébunt gentes nomen tuum Dómine, * et omnes reges terrae glóriam tuam.

Quia aedificávit Dóminus Sion : * et vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratióem humílium : * et non sprevit precem eórum.

Scribántur haec in generatióne áltera : * et pópulus qui creábitur laudábit Dóminum :

Quia prospéxit de excélsio sancto suo : * Dóminus de caelo in terram aspéxit :

Ut audíret gémitus compeditórum : * ut sólveret filios in-teremptórum :

Ut annúntient in Sion nomen Dómini : * et laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndu pópulos in

unum, * et reges ut sérviant Dómino.

Psalmus 101. III.

Respóndit ei in via virtútis suae : * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoques me in dimídio diérum meórum : * in generatió- nem et generatiónem anni tui.


Inítio tu Dómine terram fundásti : * et ópera mánuum tuárum sunt caeli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes : * et omnes sicut vestiméntum veteráscent.


Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur : * tu autem ídem ípse es, et anni tui non deficiunt.

Fílii servórum tuórum habitábunt : * et semen eórum in saéculum dirigétur.

Anti-
phona.




Clamor me- us Dómi- ne ad te pervé- ni- at : non




avértas fá- ci- em tu- am a me.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 31.

Reliqua in Feriali Officio in Feria II., 86.



SABBATO AD SEXTAM.



Domi- ne De- us me- us. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 33.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 89.

Psalms 103. I.

Benedic ánima mea Dómino : * Dómine Deus meus magnificátus es veheménter.

Confessióem et decórem induísti : * amíctus lúmine sicut vestiménto :

Exténdens caelum sicut pellem : * qui tegis aquis superiora ejus.

Qui ponis nubes ascénsu tuum : * qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis ángelos tuos, spíritus : * et minístrós tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam : * non inclinábitur in saéculum saéculi.

Abýssus, sicut vestiméntum, amíctus ejus : * super montes stabunt aquae.

Ab increpatione tua fugient : * a voce tonitruum tui formidábunt.

Ascéndunt montes : et descéndunt campi * in locum quem fundásti eis.

Términum posuísti, quem non transgrediéntur : * neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in conválibus : * inter médium móntium pertransíbunt aquae.

Potábunt omnes béstiae agri : * exspectábunt ónagri in siti sua.

Super ea volúcrés caeli habitábunt : * de médio petrárum dabunt voces.

Psalms 103. II.

Rigans montes de superioribus suis : * de fructu óperum tuórum satiábitur terra :

Prodúcens foenum juméntis,* et herbam servitúti hóminum :
Ut edúcas panem de terra : *
et vinum laetíficet cor hóminis :
Ut exhílalet fáciem in óleo : *
et panis cor hóminis confirmet.

Saturabúntur ligna campi, et cedri Líbani, quas plantávit : * illic pásseres nidificábunt.

Heródii domus dux est eórum : † montes excélsi cervis : * petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora : * sol cognóvit occásu suum.

Posuísti ténebras, et facta est nox : * in ipsa pertransíbunt omnes béstiae silvae.

Cátuli leónum rugiéntes, ut rápíant, * et quaerant a Deo escam sibi.

Ortus est sol, et congregáti sunt : * et in cubílibus suis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus suum : * et ad operatióem suam usque ad vésperum.

Psalms 103. III.

Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine! † ómnia in sapiéntia fecisti : * impléta est terra possessiõe tua.

Hoc mare magnum, et spatiósum mánibus : * illic reptília, quorum non est númerus.

Animália pusílla cum magnis : * illic naves pertransíbunt.

Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei : * ómnia a te exspectant ut des illis escam in témpore.

Dante te illis, cólligent : * ape-

riente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

Avertente autem te faciem, turbabuntur: † auferes spiritum eorum, et deficient, * et in pulverem suum revertentur.

Emittes spiritum tuum, et creabuntur: * et renovabis faciem terrae.


Sit gloria Domini in saeculum: * laetabitur Dominus in operibus suis:

Qui respicit terram, et facit eam tremere: qui tangit montes, et fumigant.


Cantabo Domino in vita mea: * psallam Deo meo, quamdiu sum.

Jucundum sit ei eloquium meum: * ego vero delectabor in Domino.

Deficiant peccatores a terra, et iniqui ita ut non sint: * benedic anima mea Domino.




Dómi-ne De-us me-us, magni-fi-cá-tus es ve-he-



mén-ter.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 37.

Reliqua in Feriali Officio ut Feria II., 91.



SABBATO AD NONAM.



N E ta-cú-e-ris De-us. E u o u a e.

Tempore Paschali. Ant. Allelúia. 39.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., 94.

Psalmus 108. I.

Deus laudem meam ne tacueris: * quia os peccatoris, et os dolosi super me apertum est.

Locuti sunt adversum me lin-

gua dolosa, † et sermonibus odii circumdederunt me: * et expugnaverunt me gratis.

Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi: * ego autem orabam.

Et posuerunt adversum me mala pro bonis : * et odium pro dilectione mea.

Constituere super eum peccatorem : * et diabolus stet a dextris ejus.

Cum iudicatur, exeat condemnatus : * et oratio ejus fiat in peccatum.

Fiant dies ejus pauci : * et episcopatum ejus accipiat alter.

Fiant filii ejus orphani : * et uxor ejus vidua.

Nutantes transferantur filii ejus, et mendicent : * et ejiciantur de habitacionibus suis.

Scrutetur foenerator omnem substantiam ejus : * et diripiant alieni labores ejus.

Non sit illi adjutor : * nec sit qui misereatur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in interitum : * in generatione una deleatur nomen ejus.

Psalmus 108. II.

IN memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini : * et peccatum matris ejus non deleatur.

Fiant contra Dominum semper, † et dispereat de terra memoria eorum : * pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.

Et persecutus est hominem inopem et mendicum, * et compunctum corde mortificare.

Et dilexit maledictionem, et veniet ei : * et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimentum, † et intravit sicut aqua in interiora ejus, * et sicut oleum in ossibus ejus.

Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur : * et sicut zona, qua semper praecingitur.

Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum : * et qui loquuntur mala adversus animam meam.

Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum : * quia suavis est misericordia tua.

Psalmus 108. III.

Libera me quia egenus et pauper ego sum : * et cor meum conturbatum est intra me.

Sicut umbra cum declinat, ablatus sum : * et excussus sum sicut locustae.

Genua mea infirmata sunt a jejunio : * et caro mea immutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobrium illis : * viderunt me, et moverunt capita sua.

Adjuva me Domine Deus meus : * salvum me fac secundum misericordiam tuam.


Et sciant quia manus tua haec : * et tu Domine fecisti eam.

Maledicent illi, et tu benedices : † qui insurgunt in me confundantur : * servus autem tuus laetabitur.


Induantur qui detrahunt mihi, pudore : * et operiantur sicut diplode confusione sua.

Confitebor Domino nimis in ore meo : * et in medio multorum laudabo eum.

Quia assistit a dextris pauperis, * ut salvam faceret a persecutibus animam meam.



Ne ta-cú-e-ris De-us, qui- a sermó-ni-bus ó-di- i



circumdedé-runt me.

Tempore Paschali, Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 43.


In Feriali Officio reliqua ut Feria II., 96.



SABBATO AD VESPERAS.


Antiphonae cum sequentibus Psalmis per Annum ac Tempore Paschali assignatae, semper in Sabbato dicuntur pro I. Vesperis Dominicae, quando agendum est Officium de ipsa Dominica sicut in Psalterio.

In Sabbatis Adventus, quando dicendae sunt I. Vesperae Dominicae sequentis, dicuntur cum Psalmis Sabbati Antiphonae ex Laudibus hujus Dominicae.



B

Ene-díctus. E u o u a e.



A

L-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 143. I.

Benedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad praélium, * et dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea et refúgium meum : * suscéptor meus et liberátor meus :

Protéctor meus et in ipso sperávi : * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei? * aut fílius hóminis, quia réputas eum?


Homo vanitáti símilis factus est : * dies ejus sicut umbra praetereunt.

Dómine inclína caelos tuos, et descénde : * tange montes, et fumigábunt.

Fúlgura coruscationem, et dissipábis eos : * emítte sagíttas tuas, et conturbábis eos.

Emítte manum tuam de alto, †
éripe me et libera me de aquis
multis : * de manu filiórum alie-
nórum.

Quorum os locútum est vani-
tátem : * et dextera eórum,
dextera iniquitátis.




Be-ne-díctus Dómi-nus suscep-tor me- us, et li-be-



rá-tor me- us.

2. Ant.
8. c



B

E- á- tus póp-u- lus. E u o u a e.

Psalmus 143. II.

Deus cánticum novum can-
tábo tibi : * in psaltério,
decachórdo psallam tibi.

Qui das salútem régibus : *
qui redemísti David servum
tuum de gládio maligno : éri-
pe me.

Et érue me de manu filiórum
alienórum, † quorum os locútum
est vanitátem : * et dextera
eórum, dextera iniquitátis :

Quorum filii sicut novéllae
plantatiónes * in juventúte sua.


Fíliae eórum compósitae : *
circumornátae ut similitúdo
templi.

Promptuária eórum plena, *
eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum foetósae, abun-
dántes in egréssibus suis : *
boves eórum crassae.


Non est ruína macériae, neque
tránsitus : * neque clamor in
platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum cui
haec sunt : * beátus pópulus
cujus Dóminus Deus ejus.



Be- á- tus póp-u- lus · cu- jus Dómi- nus De- us e- jus.

3. Ant.
I. a 3



M

Agnus Dómi- nus. E u o u a e.

Psalmus 144. I.

Exaltábo te Deus meus rex : * et benedícam nómini tuo in saéculum et in saéculum saéculi.

Per singulos dies benedícam tibi : * et laudábo nomen tuum in saéculum et in saéculum saéculi.

Magnus Dóminus et laudábilis nimis : * et magnítudinis ejus non est finis.

Generátio et generátio laudábit ópera tua : * et poténtiam tuam pronuntiábunt.


Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquéntur : * et mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent : * et magnítudinem tuam narrábunt.


Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt : * et justítia tua exsultábunt.



Magnus Dómi-nus et laudá-bi-lis nimis : et ma-



gni-tú-di-nis e-jus non est fi-nis.



S U-á-vis Dóminus. E u o u a e.

Psalmus 144. II.

Miserátor et miséricors Dóminus : * pátiens et multum miséricors.


Suávis Dóminus univérsis : * et miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.

Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua : * et sancti tui benedícant tibi.


Glóriam regni tui dicent : * et poténtiam tuam loquéntur :

Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam : * et glóriam magnificéntiæ regni tui.


Regnum tuum regnum ómnium saeculórum : * et dominátio tua in omni generatióne et generatióne.



Su-á-vis Dómi-nus u-ni-vérsis : et mi-se-ra-ti-ónes



e- jus super ómni- a ó-pe-ra e- jus.



5. Ant.

4. g

F

I- dé- lis Dómi- nus. E u o u a e.

Psalmus 144. III.

Fidélis Dóminus in ómnibus
verbis suis : * et sanctus
in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui
córruunt : * et érigit omnes
elísos.

Oculi ómnium in te sperant
Dómine : * et tu das escam illó-
rum in témpore oportúno.

Aperis tu manum tuam : * et
implet omne ánimam benedi-
ctióne.

Justus Dóminus in ómnibus


viis suis : * et sanctus in ómni-
bus opéribus suis.

Prope est Dóminus ómnibus
invocántibus eum : * ómnibus
invocántibus eum in veritaté.

Voluntátem tíméntium se fá-
ciet : † et deprecatióne eórum
exáudiet : * et salvos fáciet eos.


Custódit Dóminus omnes dili-
géntes se : * et omnes pecca-
tóres dispédet.

Laudatióne Dómini loqué-
tur os meum : * et benedícat
omnis caro nómini sancto ejus in
saéculum et in saéculum saéculi.




Anti-
phona.

Fi- dé- lis Dómi- nus in ómni- bus verbis su- is, et



sanctus in ómni- bus o- pé- ri- bus su- is.



T. Pasch.

Ant.

A

L- le- lú- ia, alle- lú- ia, alle- lú- ia.

Capitulum.

Rom. 11. 33.

O altitúdo divitiárum sapiéntiae et sciéntiae Dei : † quam
incomprehensibília sunt judícia ejus, * et investigábiles
viae ejus!

Hymnus.

8

J AM sol re-cé-dit ígne-us : Tu lux per-énnis U-ni-
 tas, Nostris be-á-ta Trí-ni-tas Infún-de lumen córdi-bus.
 2. Te ma-ne laudum cármi-ne, Te depre-cámur véspe-re :
 Digné-ris ut te súppli-ces Laudé-mus inter caéli-tes.
 3. Patri simúlque Fí-li-o, Ti-bíque Sancte Spí-ri-tus, Sic-ut
 fu-it, sit jú-gi-ter Saeclum per omne gló-ri-a. A-men.

∇. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.

℞. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat.


Antiphona ut in Proprio de Tempore, praeterquam in Sabbatis ante Dominicam II. et reliquis Dominicis post Epiphaniam, in quibus dicitur sequens :

Ant.
 7. a


S Uscé-pit De-us * Isra-el pú-e-rum su-um, sic-ut

Sabbato ad Completorium.

207




lo-cú-tus est ad Abra-ham et semen e- jus, usque in



saécu-lum. E u o u a e.


Et dicitur Oratio sequentis Dominicae.



Sabbato ad Completorium.



I Ntret o-rá-ti- o me-a. E u o u a e.



A Lle-lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 87.

Domine Deus salútis meae: *
in die clamávi, et nocte
coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio
mea : * inclína aurem tuam ad
precem meam :

Quia repléta est malis ánima
mea : * et vita mea inférno ap-
propinquávit.

Aestimátus sum cum descen-
déntibus in lacum : * factus sum
sicut homo sine adjutório, inter
mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in
sepúlcris, † quorum non es me-
mor ámplius : * et ipsi de manu
tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferió-
ri : * in tenebrósis et in umbra
mortis.

Super me confirmátus est fu-
ror tuus : * et omnes fluctus
tuos induxísti super me.

Longe fecísti notos meos a
me : * posuérunt me abomina-
tiónem sibi.

Tráditus sum, et non egredié-
bar : * óculi mei languérunt
prae inópia.

Clamávi ad te Dómine tota
die : * expándi ad te manus
meas.

Numquid mórtuis fácies mira-
bília : * aut médici suscitábunt,
et confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * et veritátem tuam in perditíone?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, * et justítia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te Dómine clamávi : * et mane orátio mea praeuéniet te.

Ut quid Dómine repéllis orationem meam : * auértis faciém tuam a me?

Pauper sum ego, et in labóribus a iuuentúte mea : * exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

In me transiérunt irae tuae : * et terróres tui conturbauerunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die : * circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amicum et próximum : * et notos meos a miséria.

Psalmus 102. I.

Benedic ánima mea Dómino : * et ómnia quae intra me sunt, nómini sancto ejus.

Benedic ánima mea Dómino : * et noli obliuisci omnes retributíones ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitatibus tuis : * qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Qui redimit de intéritu vitam tuam : * qui corónat te in misericórdia et miseratióibus.

Qui replet in bonis desidérium tuum : * renovábitur ut áquilae iuuentus tua :

Faciens misericórdias Dóminus : * et iudícium ómnibus iniúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * filiis Israel voluntátes suas.

Miserátor et misericors Dóminus : * longánimis et multum misericors.

Non in perpétuum irascétur : * neque in aetérnum comminábitur.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis : * neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniam secúndum altitúdinem caeli a terra : * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantum distat ortus ab occidénte : * longe fecit a nobis iniquitátes nostras.

Psalmus 102. II.

Quómodo miserétur pater filiórum, † misértus est Dóminus timéntibus se : * quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus : † homo, sicut foenum dies ejus, * tamquam flos agri sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, et non subsístet : * et non cognóscet ámplius locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab aetérno, * et usque in aetérnum super timéntes eum.

Et justítia illius in filios filiórum, * his qui seruant testaméntum ejus :

Et memóres sunt mandatórum ipsius, * ad faciéndum ea.


Dóminus in caelo paráuit sedem suam : * et regnum ipsius ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes An-
geli ejus : † poténtes virtúte,
faciéntes verbum illius, * ad
audiéndam vocem sermónum
ejus.


Benedícite Dómino omnes Vír-

tútes ejus : * minístri ejus, qui
fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino ópe-
ra ejus : † in omni loco domina-
tiónis ejus, * bénedic ánima mea
Dómino.




Intret o-rá-ti- o me- a in conspéctu tu- o Dómi- ne.




Alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú- ia.

Reliqua ut supra in Dominica, 58.

Per Annum, Hymnus cantatur in tono 2º loco posito, 59.





PROPRIUM DE TEMPORE

Sabbato ante Dominicam I. Adventus.

Ad Vesperas.

Psalmi de Sabbato, 202. Antiphonae de Laudibus Dominicæ sequentis, 213.

Capitulum.



Rom. 13. d.

FRatres : Hora est jam nos de somno súrgere : † nunc enim própior est nostra salus, * quam cum credídimus.


R̄. Deo grátias.

Sic semper respondetur in fine omnium Capitulorum.


Hymnus. 4.




RE-ATOR alme sí-de-rum, Aetérna lux



credénti- um, Je-su, Redémptor ómni- um,



Inténde vo-tis súpli-cum. 2. Qui daémo-nis ne fráudi-bus



Per-í-ret orbis, ímpe-tu Amó-ris actus, lánguidi Mundi

Sabbato ante Dominicam I. Adventus. 211

me-dé-la factus es. 3. Commúne qui mundi ne-fas Ut expi- á-
 res, ad cru-cem E Vírgi-nis sacrá-ri-o Intácta pro-dis
 víctima. 4. Cu-jus pot-éstas gló-ri-ae, Noménque cum pri-
 mum so-nat, Et caéli-tes et ínfe-ri Treménte curvántur ge-
 nu. 5. Te depre-cámur, últimæ Magnum di-é- i Jú-di-cem,
 Armis supérnae grá-ti-ae De-fénde nos ab hósti-bus. 6. Virtus,
 honor, laus, gló-ri-a De-o Patri cum Fí-li-o, Sancto
 simul Pa-rácli-to, In saecu-ló-rum saécu-la. A-men.

℣. Roráte caeli désuper, et nubes pluant justum.

℞. Aperíatur terra, et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

i. f

E C-ce nomen Dómi-ni * vé- nit de longín-

212 Sabbato ante Dominicam I. Adventus.

quo, et clá-ri-tas e-jus replet orbem terrá-rum.

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes Dominicae.

Suffragium de Omnibus Sanctis non fit per totum Adventum.

In Adventu non fit de Festo nisi fuerit Duplex vel Semiduplex. Duplex I. classis, si occurrat in Dominica I. Adventus, transfertur: si in aliis Dominicis, fit de eo cum commemoratione Dominicae. Duplex vero II. classis occurrens in Dominica quacumque Adventus transfertur juxta Rubricas. — De quocumque alio Duplici vel Semiduplici occurrente in Dominica fit tantum commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus. De Simplici fit tantum commemoratio etiam in Feriis.

Tonus Hymni ad Completorium.

2.


T E lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor pósci-

mus, Ut pro tu-a cle-ménti-a, Sis praesul et custó-di-a.


2. Pro-cul re-cé-dant sómni-a, Et nó-cti-um phantásma-ta: Ho-

stémque nostrum cómpri-me, Ne pollu-ántur córpo-ra.

3. Praesta, Pa-ter pi-ís-sime, Patríque compar Uni-ce,




Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Regnans per omne saécu-lum.



A-men.

Hic tonus servandus est ad Completorium per totum Adventum usque ad Vigiliam Nativitatis exclusive, etiam in Festis occurrentibus; praeterquam in Festo Immac. Concept. B. M. V., et per ejus Octavam, in quibus sumitur tonus solitus de B. M. V., excepta Dominica infra Octavam vel in die Octava occurrente.




Dominica I. Adventus.


Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.
8. G

I



N il-la di-e * stillá-bunt montes dulcé-di-nem, et




colles flu-ent lac et mel, alle-lú-ia. E u o u a e.


Ps. Dóminus regnávit. cum reliquis de Dominica, 2.

2. Ant.
8. G*

J




Ucundá-re * fí-li-a Si-on, exsúlta sa-tis



fí-li-a Je-rú-sa-lem, alle-lú-ia. E u o u a e.


Ps. Jubiláte Deo omnis terra.

3. Ant.
5. a

Ecce Dómi-nus vé-ni- et, * et omnes sancti e-jus cum




e-o : et e-rit in di-e il-la lux magna, alle-lú-ia.




E u o u a e.


Ps. Deus Deus meus.

4. Ant.
8. c

O-mnes * si-ti-én-tes, ve-ní-te ad aquas : quaé-




ri-te Dómi-num, dum inve-ní-ri pot-est, alle-lú-ia.



E u o u a e.

Cant. Benedicite ómnia ópera Dómini Dómino.

5. Ant.
4. A*

Ecce vé-ni- et * Prophé-ta magnus, et ipse re-no-



vá-bit Je-rú-sa-lem, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ps. Laudáte Dóminum de caelis,

Capitulum.

Rom. 13. d.

FRatres : Hora est jam nos de somno súrgere : † nunc enim
própior est nostra salus, * quam cum credídimus.

Hymnus.

1.

E

N clá-ra vox re-dárgu- it Obscú-ra quaeque, péro-

nans : Pro-cul fu-géntur sómni- a, Ab álto Je-sus prómi-cat.

2. Mens jam re-súrgat tórpi-da, Non ámpli- us ja-cens humi :

Si-dus re-fúlget jam novum, Ut tollat omne nó-xi- um. 3. En

Agnus ad nos mít-ti-tur Laxá-re gra-tis dé-bi-tum : Omnes

simul cum lácrimis Pre-cémur indulgénti- am. 4. Ut cum se-

cúndo fúlse-rit, Me-túque mundum cínxe-rit, Non pro re- á-




tu pú-ni- at, Sed nós pi- us tunc pró-te-gat. 5. Virtus, honor,
laus, gló-ri- a De- o Patri cum Fí-li- o, Sancto simul Pa-rá-
cli-to, In saecu-ló-rum saécu-la. A-men.

∩. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.
℞. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



S Pí- ri-tus Sanctus * in te descéndet, Ma-rí- a : ne
tí- me- as, ha-bé-bis in ú-te-ro Fí-li- um De- i, alle-
lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

EXcíta, quaesumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : † ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum periculis, te mereámur protegénte éripi, * te liberánte salvári. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus : * per ómnia saécula saeculórum. ℞. Amen.

Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Antiphonae de Laudibus dicuntur per ordinem, quarta praetermissa. Quod etiam servatur in aliis Dominicis Adventus.

Per totum Adventum etiam in Festis Sanctorum, Hymni ad Horas cantantur in tono infrascripto ad Tertiam. Sed in Festo Immaculatae Concept. B. M. V. et infra Octavam cantantur in tono solito de B. M. V., praeterquam in Dominica infra Octavam vel in die Octava occurrente.

Ad Primam.

Responsorium breve cantatur in tono proprio pro Tempore Adventus, ut notatur p. 20; et loco ¶. Qui sedes. dicitur ¶. Qui venturus es in mundum. Sic dicitur quotidie usque ad Nativitatem Domini, etiam in Officio de Sanctis, praeterquam in die Immaculatae Conceptionis B. Mariae V. et per Octavam : in qua dicitur ¶. Qui natus es de Maria Virgine. ut ibidem notatur, 20. Sed in Dominica infra Octavam vel in Octava occurrente, dicitur ¶. Qui venturus es.

Deinde Kyrie eleison, cum reliquis ut in Psalterio, 22.

Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis Domine miserere nostri. 24; quae dicitur in Dominicis et Feriis usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

Ad Tertiam.

Hymnus.

I.




Nunc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fi-




li-o, Digná-re promptus ínge-ri, Nostro re-fú-sus pécto-ri.




2. Os, língua, mens, sensus, vi-gor, Confessi-ó-nem pérsone-nt :



Flamméscat igne cá-ri-tas, Accéndat ardor pró-ximos. 3. Prae-



sta, Pa-ter pi- íssime, Patríque compar U-ni-ce, Cum Spí-ri-



tu Pa-rácli-to, Regnáns per omne saécu-lum. A-men.

Capitulum. Fratres : Hora est. e Laudibus. (Semper ad Tertiam dicendum est Capitulum de Laudibus, nisi aliter notetur).

Resp. breve. Veni ad liberándum. 30. V̄. Timébunt gentes.

Ad Sextam.

Capitulum.

Rom. 13. d.

NOX praecéssit, dies autem appropinquávit : † abjiciámus ergo ópera tenebrárum, * et induámur arma lucis.

Resp. breve. Osténde nobis Dómine. 36. V̄. Meméto nostri.

Ad Nonam.

Capitulum.

Rom. 13. d.

Sicut in die honéste ambulémus, non in comessatió nibus et ebrietátibus, † non in cubílibus et impudicítiis, non in contentióne et aemulatióne : * sed induímini Dóminum Jesum Christum.

Resp. breve. Super te Jerúsalem. 42. V̄. Veni Dómine.


Ad Vesperas.

Antiphona In illa die. cum reliquis de Laudibus. Psalmi de Dominica. Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis.

V̄. Roráte caeli désuper, et nubes pluant justum.

R̄. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.


Ad Magnificat, Antiphona.



NE tíme- as * Ma-rí- a, inve-nísti grá- ti- am apud



Dómi-num : ecce concí- pi- es, et pá-ri- es fí-li- um, alle-



lú- ia. E u o u a e.

Hymni, V̄. et R̄. brevia hujus Dominicae dicuntur in aliis Dominicis et Feriis Adventus.

Feria Secunda.

Ad Laudes. *Antiphonae et Psalmi Feriae II. ut in Psalterio, 75.*

Capitulum.

Isaiae 2.

VEníte, et ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Jacob, † et docébit nos vias suas, et ambulábimus in sémitis ejus, * quia de Sion exíbit lex, et verbum Dómini de Jerúsalem.

Hymnus. En clara vox, ut supra, 215.

V̄. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.


R̄. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened.

Ant. i. f

A

Nge-lus Dó-mi-ni * nunti- á-vit Ma-rí- ae, et



concé- pit de Spí-ri-tu Sancto, alle- lú- ia. E u o u a e.

In Feriali Officio per Adventum dicuntur Preces ut in Psalterio, 77.

Oratio. Excita, quaesumus Dómine. 216. Oratio Dominicae praeteritae semper dicitur per Hebdomadam in Feriali Officio, quando propria non assignatur.

Ad Horas. *Antiphonae de Laudibus Dominicae praecedentis; Capitula, R̄. br. et alia ut in Psalterio, nisi quod in R̄. br. ad Primam, loco V̄. Qui sedes, dicitur V̄. Qui ventúrus es in mundum.*

Ad Vesperas. *Antiphonae et Psalmi de Psalterio.*

Capitulum.

Gen. 49. b.

NON auferétur sceptrum de Juda, et dux de fémore ejus, †
donec véniat qui mitténdus est : * et ipse erit exspectátio
géntium.

Hymnus. Creátor alme síderum. 210.

℣. Roráte caeli désuper, et nubes pluant justum.

℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

Ad Magnif.

Ant. i. a 3

ténti- am re- gis : ecce Salvá- tor ve- nit sólve- re te a vín-

cu- lo. E u o u a e.

Deinde dicitur Kýrie eléison, cum Precibus, ut in Psalterio, 103.

Oratio. Excita, quaesumus. *de Dominica praecedenti, 216.*

Capitula praedicta dicuntur in feriali Officio ad Laudes et ad Vesperas usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

Feria Tertia.

Ad Bened.

Ant. i. f

ha- bens in ú- te- ro de Spí- ri- tu Sancto, al- le- lú- ia.


E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 4. A

Q

Uaéri-te Dómi-num,* dum inve-ní-ri po-test : in-



vo-cá-te e-um, dum prope est, alle-lú-ia. E u o u a e.


Feria Quarta.

Ad Bened.

Ant. 2. D

D

E Si-on * ex-í-bit lex, et verbum Dómi-ni



de Jerú-sa-lem. E u o u a e.

Ad Magnif.


Ant. 8. c

V

E-ni-et * fórti-or me post me, cu-jus non



sum dignus sólve-re cor-rí-gi-am calce-amentó-rum



e-jus. E u o u a e.


Feria Quinta.

Ad Bened.

Ant. 4. A*

B


Ene-dícta tu * in mu-li-é-ri-bus, et bene-






dí-ctus fructus ventris tu- i. E u o u a e.


Ad Magnif.
Ant. 4. A*



EXspectábo Dómi-num * Salva-tó-rem me-um,



et praesto-lábor e-um, dum prope est, alle-lú-ia.




E u o u a e.

Feria Sexta.

Ad Bened.
Ant. 1. a 3



EC-ce * vé-ni- et De- us et homo de do-



mo Da-vid se-dé-re in thró-no, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Ad Magnif.
Ant. 4. c



EX Aegýpto * vocá-vi Fí-li- um me- um: vé-ni- et




ut salvet pópu-lum su- um. E u o u a e.


Sabbato.

Ad Bened.
Ant. 4. c

S



I- on, * no-li ti-mé-re : ecce De-us tu- us



vé-ni- et, alle-lú- ia. E u o u a e.

Ad Vesperas.

Psalmi de Sabbato. Antiphonae e Laudibus Dominicae sequentis.

Capit. Fratres : Quaecúmque scripta sunt. ut infra ad Laudes.

Hymnus. Créator alme siderum. 210.


℣. Roráte caeli désuper, et nubes pluant justum.

℞. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.


Ad Magnificat, Antiphona.

7. a

V



E-ni Dómi-ne * vi-si-táre nos in pace, ut lae-



témur co-ram te corde perfé-cto. E u o u a e.

Oratio. Excita Dómine. ut infra ad Laudes.

*Dominica Adventus quae occurrit infra Octavam Immac. Concept. B. M. V.,
Hymni per totum Officium cantantur in tono Adventus, cum doxologia
Dominicae.*

Dominica II. Adventus.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

I. g

E

C- ce in nú-bi-bus cae-li * Dómi-nus vé-ni- et, cum



po-testáte magna, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávít. cum reliquis de Dominica.

2. Ant.


7. d

U

Rbs * forti-tú-di-nis nostrae Si- on, Salvátor poné-



tur in e- a mu-rus et antemu-rá- le : ape-rí-te por-




tas, qui- a no-bíscum De- us, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant.


7. a

E


Cce appa-ré- bit * Dómi-nus, et non menti- é-




tur : si mo-ram féce-rit, exspécta e-um, qui- a vé-ni- et,




et non tardábit, alle-lú- ia. E u o u a e.




M Ontes et colles * cantábunt co-ram De- o laudem,




et ómni- a ligna silvá-rum plaudent má-ni-bus : quó-ni- am




vé-ni- et Dómi-nus Domi-ná-tor in regnum aetérnum, alle-




lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.



E cce Dómi-nus noster * cum virtú-te vé-ni- et, ut



illúmi-net ó-cu-los servó-rum su-ó-rum, alle-lú- ia.



E u o u a e.'

Capitulum.

Rom. 15.

Fratres : Quaecúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt : † ut per patiéntiam, et consolatió-nem Scripturárum, * spem habeámus.

Hymnus. En clara vox redárguit. 215.

℣. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.

℞. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. f

J O-ánnes autem * cum audísset in víncu-lis ó-pe-ra
 Christi, mittens du-os de di-scí-pu-lis su-is, a-it il-li :
 Tu es qui ventú-rus es, an á-li-um exspectá-mus?
 E u o u a e.

Oratio.

EXcíta Dómine corda nostra ad praeparándas Unigéniti tui vias : † ut per ejus advéntum, * purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit et regnat.

Ad Tertiam.

Capit. e Laudibus. ℞. br. Veni ad liberándum. 30. ℣. Timébunt.

Ad Sextam.

Capitulum.

Rom. 15.

DEus autem patiéntiae et solátii det vobis idípsum sápere in altéru-trum secúndum Jesum Christum : † ut unánimes uno ore honorificétis Deum, * et Patrem Dómini nostri Jesu Christi.

℞. br. Osténde nobis Dómine. 36. ℣. Meménto nostri.

Ad Nonam.

Capitulum.

Rom. 15. c.

DEus autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credén-do : * ut abundétis in spe, et in virtúte Spíritus Sancti.

℞. br. Super te Jerúsalem. 42. ℣. Veni Dómine.

Ad Vesperas.

Antiphonae de Laudibus. Ps. de Dominica. Capitulum e Laudibus.


Hymnus. Creátor alme siderum. 210.

∩. Roráte caeli désuper, et nubes pluant justum.

℞. Aperiátur terra et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G*



T U es * qui ventú-rus es, an á- li- um exspectá-
 mus? Dí-ci-te Jo- ánni quae vi- dístis : ad lumen réd-e- unt
 caeci, mórtu- i , re-súrgunt, páupe-res ev-ange- li-zántur,
 alle- lú- ia. E u o u a e.
Oratio. Excita Dómine. 226.

Feria Secunda.

Ad Bened.
 Ant. 7. a




D E caelo vé-ni- et * Domi-ná-tor Dómi-nus, et in
 manu e-jus ho-nor et impé-ri- um. E u o u a e.

Ad Magnif.
Ant. 4. A*

E

Cce Rex vé-ni- et * Dómi-nus terrae, et ipse




áu-fe-ret ju-gum capti-vi-tá-tis nostrae. E u o u a e.

Feria Tertia.

Ad Bened.
Ant. 4. A*

S

Uper te Je-rú-sa-lem * o-ri- é-tur Dómi-nus, et




gló-ri- a e-jus in te vi-dé-bi-tur. E u o u a e.

Ad Magnif.
Ant. 5. a

V

OX clamán-tis * in de-sér-to : Pa-rá-te vi- am Dó-




mi-ni, rectas fá-ci-te sé-mi-tas De-i nostri. E u o u a e.


Feria Quarta.

Ad Bened.
Ant. 8. G

E

Cce mitto * An-ge-lum me- um, qui praepa-rá-






bit vi- am me- am ante fá-ci- em tu- am. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 4. c

S

I- on * re- no- vá- be- ris, et vi- dé- bis justum tu- um



qui ventú- rus est in te. E u o u a e.


Feria Quinta.

Ad Bened.

Ant. 7. c

T

U es * qui ventú- rus es, Dómi- ne, quem exspe-




ctámus, ut salvum fá- ci- as pōpu- lum tu- um. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 4. A*

Q

UI post me ve- nit, * ante me factus est : cu- jus



non sum dignus calce- aménta sólve- re. E u o u a e.

Feria Sexta.

Ad Bened.

Ant. 1. g. 2

D

I- ci- te, * Pu- sil- lá- nimes confortá- mi- ni : ec- ce




Dómi-nus De-us noster vé-ni-et. E u o u a e.

Ad Magnif.

Ant. 7. a

C

Antá-te Dómi-no * cánti-cum no-vum: laus e-



jus ab extrémis terrae. E u o u a e.


Sabbato.

Ad Bened.

Ant. 1. g

L

E-vá-bit * Dómi-nus signum in na-ti-ó-ni-bus,



et congre-gá-bit dispérsos Isra-el. E u o u a e.

Ad Vesperas.

Psalmi de Sabbato. Antiphonae e Laudibus Dominicae sequentis.

Capit. Fratres, Gaudéte. 232. Hymnus. Créator alme. 210.

Ÿ. Rorate caeli désuper, et nubes pluant justum.


R̄. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. f

A

Nte me * non est formá-tus De-us, et post me



non e-rit: qui-a mi-hi curvá-bi-tur omne ge-nu, et



confi-té-bi-tur omnis lingua. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.



Dominica III. Adventus.

Ad Laudes, et per Horas.


1. Ant.

I. a


V



Eni- et Dómi-nus, * et non tardá-bit, ut il-lúmi-net



abscóndi-ta tenebrá-rum, et ma-ni-festá-bit se ad omnes



gentes, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit. cum reliquis de Dominica.


2. Ant.

7. b

J



E-rú-sa-lem gaude * gáudi-o magno, qui-a vé-ni- et




ti-bi Salvá-tor, alle-lú-ia. E u o u a e.


3. Ant.

8. G

D




Abo in Si-on * sa-lú-tem, et in Je-rú-sa-lem




gló-ri- am me- am, alle-lú- ia. E u o u a e.

4. Ant.
5. a




M

Ontes et omnes colles * humi- li- abúntur : et e-runt




prava in di-récta, et ás-pe-ra in vi- as pla-nas : ve-ni Dó-




mi-ne, et no-li tardá-re, alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant.
2. D



J

U-ste et pi- e vi- vámus, * exspectán-tes be- á-tam



spem, et advéntum Dómi-ni. E u o u a e.

Capitulum.

Philipp. 4.

Fratres : Gaudéte in Dómino semper : íterum dico, gaudéte. †
Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus : * Dóminus
enim prope est.


Hymnus. En clara vox. 215.

∩. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.

℞. Rectas fácite sémitas ejus.


Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



S

Uper só-li- um * Da-vid, et super regnum e-jus



se-dé-bit in aetérnum, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

A Urem tuam, quaesumus Dómine, précibus nostris accómmoda : † et mentis nostrae ténébras * grátia tuae visitatiónis illústra. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Tertiam.

Capit. e Laudibus. R̄. br. Veni ad liberándum. 30. V̄. Timébunt.

Ad Sextam.

Capitulum.

Philipp. 4. b.

Nihil solliciti sitis : † sed in omni oratióne et obsecratióne, cum gratiárum actiÓne, * petitiÓnes vestrae innotéscant apud Deum.

R̄. br. Osténde nobis Dómine. 36. V̄. Meménto nostri.

Ad Nonam.

Capitulum.

Philipp. 4. b.

ET pax Dei, quae exsúperat omnem sensum, † custódiat corda vestra et intelligéntias vestras * in Christo Jesu Dómino nostro.

R̄. br. Super te Jerúsalem. 42. V̄. Veni Dómine.

Ad Vesperas.


Antiphonae de Laudibus. Ps. de Dominica. Capitulum e Laudibus.

Hymnus. Créator alme sÍderum. 210.

V̄. Rorate caeli désuper, et nubes pluant justum.

R̄. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona.




B

E-á-ta es * Ma-rí-a, quae cre-di-dí-sti : perfi-ci-



éntur in te quae dicta sunt ti-bi a Dómino, alle-lú-ia.



E u o u a e.


Oratio. Aurem tuam. 233.

Antiphona Beáta es praetermittitur, si hodie ejus loco ponenda sit una ex Antiphonis majoribus, ut infra: quibus semper cedunt Antiphonae propriae aliis diebus ad Magnificat assignatae.


Sequentes Antiphonae majores ad Magnificat inchoantur die 17. Decembris, et singulae ante et post Magnificat integrae sicut in Duplicibus dicuntur per ordinem usque ad diem ante Vigil. Nativitatis. Si vero Festum fuerit, dicuntur post Orationem Festi, pro commem. Adventus.

Die 17 Decembris.


Ant. 2. D



Sa-pi-é-nti-a, * quae ex o-re Altíssimi



pro-dísti, attingens a fine usque ad fi-nem, fórti-ter



su-ávi-ter disponénsque ómni-a: ve-ni ad do-céndum



nos vi-am pru-dé-nti-ae. E u o u a e.

Cant. Magnificat, in tono solemni.

Pro Commemoratione.

℣. Roráte caeli désuper, et nubes pluant justum.

℞. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

Die 18.

Ant.
2. D

O A-do-ná-i, * et Dux domus Isra-el, qui
 Mó-y-si in igne flammae ru-bi appa-ru-í-sti, et
 e-i in Si-na legem de-dí-sti : ve-ni ad red-iméndum
 nos in bráchi-o extén-to. E u o u a e.

Die 19.

Ant.
2. D


O Ra-dix Jesse, * qui stas in signum popu-ló-rum,
 super quem conti-nébunt reges os su-um, quem gentes de-
 pre-ca-búntur : ve-ni ad li-be-rándum nos, jam no-li
 tardá-re. E u o u a e.

Die 20.


Ant.
2. D

O

Cla-vis David, * et sceptrum domus Isra-el :



qui ápe-ris, et nemo claudit; claudis, et nemo ápe-



rit : ve-ni, et e-duc vinctum de domo cárce-ris,




se-déntem in té-nebris et umbra mor-tis. E u o u a e.

Die 21.


Ant.
2. D

O

O-ri-ens,* splendor lu-cis aetérnae, et sol



justí-ti-ae : ve-ni, et il-lúmi-na sedéntes in




té-nebris et umbra mor-tis. E u o u a e.

Die 22.

Ant.
2. D

O

Rex génti-um, * et de-si-de-rá-tus e-á-rum, la-






pisque angu-lá-ris, qui fa-cis útraque unum : ve-ni,
 et salva hó-mi-nem, quem de limo formá-sti. E u o u a e.

Die 23.

Ant.
 2. D

O Emmá-nu-el, * Rex et lé-gi-fer noster, exspe-
 ctá-ti-o génti-um, et Salvá-tor e-á-rum : ve-ni ad
 salvándum nos Dó-mi-ne De-us no-ster. E u o u a e.




Sequentes Antiphonae ad Laudes et per Horas dicuntur in sex Feriis ante Vigiliam Natiuitatis, et incipiuntur die 17. Decembris ab Antiphonis quae Feriae illius diei assignantur. Similiter et aliae dicuntur in propriis Feriis. Quod si dies 17. fuerit Dominica, Antiphonae inchoantur seq. Feria II. quae erit dies 18. Quae autem dicendae essent diebus in quibus occurrat Festum novem Lectionum, eo anno omittuntur.

Feria II. Ad Laudes, et per Horas.

i. Ant.
 4. A*


E Cce vé-ni-et Dó-mi-nus * princeps regum terrae :
 be-á-ti qui pará-ti sunt occúr-re il-li. E u o u a e.



Psalmi ejusdem Feriae, 75.


238 Ultimis feriis Adventus ad Laudes.

2. Ant.
8. c.




C UM vé-ne-rit * Fí-li- us hómi-nis, pu-tas invé-
ni-et fi-dem super ter-ram? E u o u a e.

3. Ant.
5. a.




E Cce jam ve-nit * ple-ni-túdo témpo-ris, in quo
mi-sit De-us Fí-li- um su-um in terras. E u o u a e.

4. Ant.
5. a.



H Auri- é- tis aquas * in gáudi- o de fón- ti- bus Sal-
va-tó- ris. E u o u a e.


5. Ant.
4. A.




E -gre-di- é- tur Dómi- nus * de lo- co sancto su- o :
vé-ni- et ut salvet pópu- lum su- um. E u o u a e.

Feria III. Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.
4. A.



R O-rá-te caeli dé-super, * et nubes plu- ant justum :




ape-ri- â-tur terra, et gérmi-net Salva-tó-rem. E u o u a e.
Psalmi ejusdem Feriae, 111.

2. Ant.

4. A

E

-mítte Agnum, Dómi-ne, * domi-na-tó-rem terrae,




de petra de-sérti, ad montem fí-li-ae Si-on. E u o u a e.

3. Ant.

4. A

U

T cognoscámus, Dómi-ne, * in terra vi-am tu-am,




in ómni-bus génti-bus sa-lu-tá-re tu-um. E u o u a e.

4. Ant.

4. A*

D

A mercédem, Dómi-ne, * susti-nénti-bus te, ut pro-




phétæ tu-i fí-dé-les inve-ni-ántur. E u o u a e.

5. Ant.

1. g

L

EX per Móysen da-ta est, * grá-ti-a et vé-ri-tas



per Je-sum Christum facta est. E u o u a e.


Feria IV. Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

i. g

P

Rophé- tae praedi-ca-vé-runt * nasci Salva-tó- rem de



Virgi-ne Ma-rí- a. E u o u a e.


Psalmi ejusdem Feriae, 130.

2. Ant.

2. D

S

Pí- ri-tus * Dó-mi-ni super me, ev-ange-li-zá-re




paupé-ri-bus mi-sit me. E u o u a e.

3. Ant.

4. A*

P

Ropter Si- on * non ta- cébo, donec egre-di- á-tur




ut splendor justus e- jus. E u o u a e.

4. Ant.

4. A*

E

Cce vé-ni- et Dómi- nus, * ut sé-de- at cum princí-pi-



bus, et só- li- um gló- ri- ae té-ne- at. E u o u a e.


Ultimis feriis Adventus ad Laudes. 241

5. Ant.

4. A

A

Nnunti- á- te * pópu- lis, et dí- ci- te : Ecce De- us



Salvá- tor noster vé- ni- et. E u o u a e.

Feria V. Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

1. g 2

D

E Si- on * vé- ni- et Dómi- nus omní- pot- ens, ut sal-



vum fá- ci- at pópu- lum su- um. E u o u a e.


Psalmi ejusdem Feriae, 150.

2. Ant.

8. G

C

Onvé- rte- re Dó- mí- ne * a- li- quántu- lum, et ne tar-




des ve- ní- re ad ser- vos tu- os. E u o u a e.

3. Ant.

1. g 2

D


E Si- on * vé- ni- et, qui regna- tú- rus est Dómi- nus,




Emmánu- el magnum nomen e- jus. E u o u a e.

242 Ultimis feriis Adventus ad Laudes.

4. Ant.
8. G




E Cce De-us me-us, * et hono-rá-bo e-um : De-us




patris me-i, et exaltábo e-um. E u o u a e.

5. Ant.
3. a




D Omi-nus * lé-gi-fer noster, Dómi-nus Rex noster.




ipse vé-ni-et, et salvá-bit nos. E u o u a e.

Feria VI. Ad Laudes et per Horas.

1. Ant.
2. D



C Onstántes estó-te,* vi-dé-bi-tis auxí-li-um Dómi-




ni super vos. E u o u a e.

Psalmi ejusdem Feriae, 170.

2. Ant.
4. c




A D te Dómi-ne * levá-vi ánimam me-am : ve-ni,




et é-ri-pe me Dómi-ne, ad te confú-gi. E u o u a e.


3. Ant.
4. A*
V Eni Dómi-ne, * et no-li tardáre : re-láxa fa-cí-




no-ra ple-bi tu-ae Isra-el. E u o u a e.




4. Ant.
I. g
D E-us a Lí-ba-no vé-ni-et, * et splendor e- jus




sic-ut lumen e- rit. E u o u a e.



5. Ant.
4 A*
E -go autem * ad Dómi-num aspí-ci- am, et ex-




spectá-bo De- um Salva-tó-rem me- um. E u o u a e.




Sabbato. Ad Laudes, et per Horas.

I. Ant.
4. A*
I N-tu- émi-ni * quam sit glo-ri- ó-sus iste, qui in-



gré-di-tur ad salvádos pópu-los. E u o u a e.




Psalmi ejusdem Feriae, 191.

244 Ultimis feriis Adventus ad Laudes.

2. Ant.

I. g

M Ultipli-cá- bi-tur * e-jus impé-ri- um, et pa- cis non




e-rit fi-nis. E u o u a e.


3. Ant.

3. A

E-go Dómi-nus * prope fe-ci justí-ti- am me- am,



non e-longá-bi-tur, et sa-lus me- a non mo-rá-bi-tur.




E u o u a e.


4. Ant.

4. A*

EXspecté-tur, * sic-ut plúvi- a, e-lóqui- um Dómi-



ni: —et descéndat sic-ut ros, sup̄r̄ n̄s Dē-us no-ster.





E u o u a e.

5. Ant.

2. D

PArá-tus esto, * Isra- el, in occúrsum Dómi-ni,






quó-ni-am ve-nit. E u o u a e.


Die 21. Decembris si fiat Officium de Festo occurrenti, pro commem. Adventus, ad Laudes ponitur :

Ant.
8. G

N



O-lí-te ti-mé-re: * quinta e-nim di- e vé-ni-et



ad vos Dó-minus no-ster. E u o u a e.

∇. Vox clamántis.

Si vero ea die fiat Officium de Dominica, Ant. praedicta dicitur ad Benedictus loco Ant. Ave, Maria.

Ultimo die ante Vigiliam Nativitatis, ad Benedictus, Ant. Ecce com- pléta sunt. ut infra, 255.

Quibus Antiphonis cedunt aliae Antiphonae in propriis locis ad Benedictus assignatae.

Feria II. (post Dom. III. Adventus).


Ad Laudes, Antiphonae et Psalmi de Psalterio, nisi dicendae sint Anti- phonae secundum superiorem Rubricam, 237. (Et ita in sequentibus Feriis). Capitulum Veníte. ut supra, 219. Hymnus En clara vox. 215.

∇. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.


Ɀ. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened.
Ant. I. f


E



-gre-di- étur * virga de ra-dí-ce Jesse,



et replé- bi- tur omnis terra gló-ri- a Dómi-ni :



et vi-dé-bit omnis ca-ro sa-lu-tá-re De- i. E u o u a e.

Oratio.


A Urem tuam, quaesumus Dómine, precibus nostris accóm-
moda : † et mentis nostrae ténébras * grátia tuae visitatiónis
illústra. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

℣. Rorate caeli désuper, et nubes pluant justum.

℞. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.


Ad Magnif.

Ant. 8. G



B

E- á-tam me di-cent * omnes ge-ne- ra-ti- ó-nes,




qui- a ancíl-lam húmi- lem respéxit De- us. E u o u a e.

Nisi dicenda sit Antiphona O. — Oratio. Aurem tuam.

Feria Tertia.


Ad Bened.

Ant. 3. a




T

U Béthlehem, * terra Ju-da, non e- ris mí-ni-




ma : ex te e-nim éxi- et Dux, qui regat pópu-lum me- um



Isra- el. E u o u a e.


Ad Magnif.

Ant. 8. G




E

- le- vá-re, * e- levá-re, consúrge Je- rú- sa- lem :



solve vincla col-li tu- i, captí-va fi- li- a Si- on.




E u o u a e.

Nisi dicenda sit Antiphona O.


Feria Quarta Quatuor Temporum.

Ad Bened.
Ant. 8. G*



M

Issus est * Gábri- el Ange-lus ad Ma-rí- am




Virgi-nem desponsá-tam Jo-seph. E u o u a e.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut redemptionis nostrae ventúra solémnitas, et praeséntis nobis vitae subsídía cónferat, * et aetérnae beatitúdinis praémia largiátur. Per Dó-minum.


Et dicitur ad omnes Horas, praeterquam in Vesperis.

Ad Magnif.
Ant. 8. c.



E

C-ce ancíl-la Dómi-ni : * fi- at mi-hi se-cún-



dum verbum tu- um. E u o u a e.

Nisi dicenda sit Antiphona O. — Oratio. Aurem tuam.

Feria Quinta.

Ad Bened.
Ant. 4. E**V**

I-gi-lá-te * á-nimo, in pró-ximo est Dó-




mi-nus De-us noster. E u o u a e.


Nisi occurrat Festum S. Thomae : quia tunc, ea praetermissa, dicitur Ant. Nolite timere. 245. Quod etiam servatur in sequentibus diebus, quando illud Festum occurrit.

Ad Magnif.
Ant. 5. a**L**

Aetámi-ni * cum Je-rú-sa-lem, et exsultá-te



in e-a omnes qui dí-gi-tis e-am, in aetér-num.




E u o u a e.

Nisi dicenda sit Antiphona O.


Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Bened.
Ant. 1. f**E**

X quo facta est * vox sa-lu-ta-ti-ó-nis tu-ae



in áuri-bus me-is, exsultávit in gáudi-o infans in



ú-te-ro me- o, alle- lú- ia. E u o u a e.

Nisi dicenda sit Ant. Nolite timére. 245.

Oratio.

EXcita, quaesumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : † ut hi qui in tua pietáte confidunt, * ab omni cítius adversitáte liberéntur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.


Et dicitur ad omnes Horas, praeterquam in Vesperis.

Ad Magnif.

Ant. I. f

H

OC est testimó-ni- um, * quod perhí-bu- it Jo- án-



nes: Qui post me ve-nit, ante me factus est. E u o ú a e.

Nisi dicenda sit Antiphona O. — Oratio. Aurem tuam.


Sabbato Quatuor Temporum.

Ad Bened.


Ant. 7. a

Q


Uómo- do fi- et istud, * Ange- le De- i, quó-



ni- am vi- rum non cognóscó? Audi Ma- rí- a Virgo :



Spí- ri- tus Sanctus supervé- ni- et in te, et virtus Altís-



simi obumbrá- bit ti- bi. E u o u a e.

Nisi dicenda sit Ant. Nolite timere. 245, et nisi haec fuerit dies ante Vigiliam Nativitatis : quia tunc, ea praetermissa, dicitur Ant. Ecce completa sunt. 255. Quod etiam servatur (si idem contingat) in sequentibus diebus.

Oratio.

DEus, qui cónspicis quia ex nostra pravitate affligimur : † concède propítius ; * ut ex tua visitatióne consolémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Et dicitur per omnes Horas.

Ad Vesperas.

Psalmi de Sabbato. Antiphonae e Laudibus Dominicae sequentis.

Capitulum. Fratres : Sic nos existimet. ut infra ad Laudes.

Hymnus. Créator alme siderum. 210.

∩. Rorate caeli désuper, et nubes pluant justum.

Ry. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnificat, Antiphona O. Oratio ut infra ad Laudes.

Dominica IV. Adventus.

Ad Laudes, et per Horas.

i. Ant. 3. g

C Ani-te tu-ba * in Si-on, qui-a pro-pe est

di-es Dó-mi-ni : ecce vé-ni-et ad salvándum

nos, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávít. cum reliquis de Dominica.

2. Ant.

i. f

E

Cce vé-ni- et * de- si-de-rá-tus cunctis génti-bus :

et replé-bi-tur gló-ri- a domus Dómi-ni, al-le-lú- ia.

E u o u a e.

3. Ant.

i. g

E

- runt prava * in di-récta, et ás-pe-ra in vi-as

pla-nas : ve-ni Dómi-ne, et no-li tardá-re, al-le-lú- ia.

E u o u a e.

4. Ant.


i. f

D

Omi-nus vé-ni- et, * occúrri-te il-li, di-cén-tes :

Ma-gnum príncí-pi- um, et regni e- jus non e-rit fi-nis :

De- us, fortis, domi-ná-tor, prínceps pa-cis, alle-lú-ia, al-



5. Ant.

2. D



Capitulum.

1. Cor. 4.


FRatres : Sic nos existimet homo ut ministros Christi, † et dispensatores mysteriorum Dei. * Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.

Hymnus. En clara vox. 215.

∇. Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini.

R̄. Rectas facite semitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.



Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timere. 245, *vel Antiphona* Ecce completa sunt. 255.

Oratio.

EXcita, quaesumus Domine, potentiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succurre : † ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata praepediunt, * indulgentia tuae propitiationis accederet. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Tertiam.

Capit. e Laudibus. R̄. br. Veni ad liberandum. 30. ∇. Timébunt.

Ad Sextam.

Capitulum.

I. Cor. 4.

MIhi autem pro mínimo est, ut a vobis júdicer, † aut ab humano die : * sed neque meípsum júdico.

R̄. br. Osténde nobis Dómine. 36. V̄. Meménto.

Ad Nonam.

Capitulum.

I. Cor. 4.

ITaque nolíte ante tempus judicáre, quoadúsque véniat Dóminus : † qui et illuminábit absconditá tenebrárum, et manifestábit consília córdium ; * et tunc laus erit unicuíqué a Deo.

R̄. br. Super te Jerúsalem. 42. V̄. Veni Dómine.

Ad Vesperas.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi de Dominica. Capit. c Laudibus.

Hymnus. Creátor alme. 210. V̄. Rorate caeli désuper.

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Secunda.


Ad Laudes, Antiphonae secundum superiorem Rubricam, 237.

Ad Bened.


Ant. 8. G

D

I-cit Dómi-nus : * Paeni-ténti-am á-gi-



te : app-ro-pin-quá-vit e-nim regnum cae-ló-rum, alle-



lú-ia. E u o u a e.


Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timére. 245. vel Antiphona Ecce compléta sunt. 255.

Ad Magnificat, Antiphona O.

Feria Tertia.

Ad Bened.
Ant. 2. D**C**

Onsúrge, consúrge: * indú- e-re forti-tú-di-nem,




bráchi- um Dómi-ni. E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timére. 245, vel Antiphona Ecce compléta sunt. 255.**Ad Magnificat, Antiphona O.*

Feria Quarta.

Ad Bened.
Ant. 8. G**P**

Onam in Si- on * sa-lú-tem, et in Je-rú- sa-lem




gló-ri- am me- am, alle-lú- ia. E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona Nolite timére. 245, vel Antiphona Ecce compléta sunt. 255.**Ad Magnificat, Antiphona O.*

Feria Quinta.

Ad Bened.
Ant. 2. D**C**

Onso-lámi-ni, * consó-lámi-ni, pópu-le me- us,



di- cit De- us ve-ster. E u o u a e.

*Nisi dicenda sit Antiphona Ecce compléta sunt.**Ad Magnificat, Antiphona O.*

Feria Sexta.

Ad Bened.
Ant. 8. c

E

Cce . complé - ta sunt * ómni - a quae dicta sunt

per Ange - lum de Vírgi - ne Ma - rí - a. E u o u a e.

Ad Magnificat, Ant. O Emmánuel. ut supra.

Si Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominica, Laudes dicuntur de Vigilia cum commemoratione Dominicae. Similiter et per Horas celebratur Officium de Vigilia.

In Vigilia Nativitatis Domini.

Ad Laudes, et per Horas.

Officium fit Duplex.

1. Ant.
8. G

J

Udaé - a et Je - rú - sa - lem, * no - lí - te timé - re :

cras egre - di - émi - ni, et Dómi - nus e - rit vo - bíscum, alle -


lú - ia. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnavit. cum reliquis de Dominica.

2. Ant.
8. c

H

O - dí - e sci - é - tis * qui - a vé - ni - et Dómi - nus : et




ma-ne vi-dé-bi-tis gló- ri- am e- jus. E u o u a e.

3. Ant.

4. A

C

Rásti-na di- e * de-lé- bi-tur in-íqui-tas terrae : et




regná-bit super nos Salvá-tor mundi. E u o u a e.

4. Ant.


f

D


Omi-nus vé-ni- et, * occúrri-te il-li, di-cén- tes :



Magnum princí-pi- um, et regni e- jus non e-rit fi-nis :



De- us, fortis, domi-ná-tor, princeps pa-cis, alle-lú-ia, al-




le- lú- ia. E u o u a e.

5. Ant.

8. c

C

Rásti-na * e-rit vo-bis sa- lus, di-cit Dómi-nus De- us



ex-ercí-tu-um. E u o u a e.

Capitulum.

Rom. I.

PAulus, servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélíum Dei, † quod ante promiserat per prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, * qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem.

Hymnus. En clara vox. 215.


Ÿ. Crástina die delébitur iníquitas terrae.

R̄. Et regnábít super nos Salvátor mundi.


Ad Benedictus, Antiphona.

8. G


O



- ri- é-tur * sic-ut sol Salvá-tor mundi : et de-



scéndet in ú-te-rum Vírgi-nis, sic-ut imber super gra-men,



alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nos redemptiónis nostrae ánnua exspectatióne laetificas : † praesta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem laeti suscipimus, * veniéntem quoque júdicem secúri videámus, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Et dicitur per Horas diei.


Prima dicitur cum Psalmis Dominicae sicut in Festis. Non dicuntur Preces. Ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonae.

Ad Tertiam.


Capitulum. Paulus servus. *ut supra ad Laudes.*

R̄. br.


H



Odi- e sci- é- tis * Qui- a vé- ni- et Dómi- nus. Hó-



di-e. V. Et mane vi-dé-bi-tis gló-ri-am e-jus. * Qui-a,



Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Hó-di-e.

V. Constántes estóte.

R̄. Vidébitis auxiliū Dómini super vos.


Ad Sextam.

Capitulum:


Rom. i.

QUI praedestinátus est Fílius Dei in virtúte, † secúndum spí-ritum sanctificatiónis, * ex resurrectiōne mortuórum Jesu Christi Dómini nostri.

R̄. br.



CRásti-na dí-e * de-lé-bi-tur in-íqui-tas terrae. V. Et



regná-bit super nos Salvá-tor mundi. Gló-ri-a Patri.

Subjéctum tibi pópulum, quaésumus Dómine, propitiátio caeléstis amplíficet : * et tuis semper fáciat servíre mandátis. Per Dóminum.

Feria Sexta.



Ad Bened.
Ant. 8. c

A

-quam * quam ego dé-de-ro, qui bí-be-rit ex




e- a, non sí-ti-et unquam. E u o u a e.

Oratio.


Jejúnia nostra, quaésumus Dómine, benigno favóre proséque-re : † ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore ; * ita a vitíis jejunémus in mente. Per Dóminum.

Infra Hebdomadam III. Quadragesimae. 395

Ad Magnif.
Ant. 3. a



Omi-ne, * ut ví-de-o, prophé-ta es tu : patres




nostri in monte hoc ad-o ravé-runt. E u o u a e.

Oratio.


PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui in tua prote-
ctiōne confidimus, cuncta nobis adversántia te adjuvánte
vincámus. Per Dóminum.

Sabbato.


Ad Bened.
Ant. 1. f



Ncli-návit se Je-sus, * scri-bébat in terra :



Si quis si-ne peccá-to est, mittat in e-am lá-pi-dem.



E u o u a e.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui se, affligéndo
carnem, ab aliméntis ábstinent ; * sectándo justítiam a culpa
jejúnent. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Scriptum est. *ut infra ad Laudes.*

Hymnus. Audi benigne Cónditor. 362.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiat te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

3. a

Nemo te condemná-vit, * mú- li- er? Nemo, Dómi-
 ne. Nec ego te condemná- bo : jam ámpli- us no- li pec-
 cá- re. E u o u a e.
Oratio ut infra ad Laudes.

Dominica IV. in Quadragesima.

Ad Laudes.

1. Ant.

7. a

Tunc acceptá- bis * sacri- fí- ci- um justí- ti- ae, si
 avérte- ris fá- ci- em tu- am a peccá- tis me- is.


E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus. 10.

2. Ant.


8. G*

Bonum est * spe- rá- re in Dó- mi- no, quam spe- rá-




re in prínci-pi-bus. E u o u a e.


Ps. Confitémini. 11.




ME suscepit * dexte-ra tu-a Dómi-ne.




E u o u a e.




POt-ens es Dómi-ne * e-rí-pe-re nos de manu for-



ti : li-be-rá-re nos, De-us no-ster. E u o u a e.



REges terrae,* et omnes pópu-li, laudá-te De-um.



E u o u a e.

Capitulum.

Galat. 4. c.

FRatres : Scriptum est quóniam Abraham duos filios hábuit : unum de ancílla, et unum de líbera : † sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est : qui autem de líbera, per repromis-siónem : * quae sunt per allegóriam dicta.

Hymnus. O sol salútis. 366. ∇. Angelis suis. 368.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. g

C UM sublevás-set * ó-cu-los Je-sus, et vi-dís-set
 máximam mul-ti-tú-di-nem ve-ni-én-tem ad se, di-xit ad Phil-
 íppum : Unde emé-mus pa-nes ut mandú-cent hi?
 Hoc autem di-cé-bat tentans e-um : i-pse e-nim sci-é-
 bat quid es-set factú-rus. E u o u a e.

Oratio.

Concède, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui ex mérito
 nostrae actiōnis affligimur, * tuae grátiae consolatiōne respi-
 rémus. Per Dóminum.

Ad Primam.


Ant.
I. f

A Ccé-pit ergo * Jesus pa-nes, et cum grá-ti-as e-gís-
 set, distri-bu-it discumbéntibus. E u o u a e.

Ad Tertiam.

Ant.
i. f**D**

E quinque pá-nibus * et du-óbus písci-bus sa-ti- á-




vit Dómi-nus quinque míl-li- a hómi-num. E u o u a e.

*Capitulum. Fratres : Scriptum est. ut supra ad Laudes.**R̄. br. Ipse liberávit me. √. Scápulis suis. 30.*

Ad Sextam.

Ant.
4. A***S**

A-ti- á-vit Dómi-nus * quinque míl-li- a hómi-num de



quinque pá-ni-bus et du-óbus písci-bus. E u o u a e.

*Capitulum.**Galat. 4. d.*


L aetáre stérilis quae non parit : † erúmpe et clama quae non párturis : * quia multi filii desértae, magis quam ejus quae habet virum.

R̄. br. Scápulis suis. √. Scuto. 36.

Ad Nonam.


Ant.
i. D**I**

L-li ergo hómi-nes * cum vi-dissent quod fé-ce-rat



Je-sus signum, intra se di-cé-bant: Qui- a hic est ve-re

400 Infra Hebdomadam IV. Quadragesimae.



Prophé-ta, qui ventú-rus est in mundum. E u o u a e.

Capitulum.

Galat. 4. d.

ITaque, fratres, non sumus ancillae filii, sed líberae : * qua liberá-tate Christus nos liberávit.

Ry. br. Scuto. V. Angelis suis. 42.


Ad Vesperas.

Antiphonae et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.


Hymnus. Audi benigne Cónditor. 352. V. Angelis suis. 353.

Ad Magnificat, Antiphona.

i. g.



S Ubi- it ergo * in montem Je- sus, et i-bi



se-débat cum discí-pu-lis su- is. E u o u a e.

Oratio. Concéde. ut supra ad Laudes.

Feria Secunda.

Ad Bened.
Ant. 3. a



A U-férte ista hinc, * di-cit Dómi-nus : et no-



lí-te fá-ce-re domum Patris me- i do-mum nego-ti-a-



ti- ó-nis. E u o u a e.

Infra Hebdomadam IV. Quadragesimae. 401

Oratio.


PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut observaciones sacras ánnua devotióne recolentes, * et córpore tibi placeamus, et mente. Per Dóminum.

Ad Magnif.


Ant. 5. a

S

Olvi-te templum hoc, * di-cit Dómi-nus; et post



trí-du-um re-ae-di-fi-cábo il-lud : hoc autem di-cé-bat



de templo cór-po-ris su-i. E u o u a e.

Oratio.

DEprecationem nostram, quaesumus Dómine, benignus exáudi : * et quibus supplicánda praestas afféctum, tríbe defensionis auxiliúm. Per Dóminum.


Feria tertia.

Ad Bened.

Ant. 7. c 2

Q

Uid me quaéri-tis * inter-fí-ce-re, hómi-nem qui



ve-ra lo-cú-tus sum vo-bis? E u o u a e.

Oratio.

Sacrae nobis, quaesumus Dómine, observatiónis jejúnia, † et piaé conversatiónis augméntum, * et tuae propitiatiónis contínuum praestent auxiliúm. Per Dóminum.


402 Infra Hebdomadam IV. Quadragesimae.

Ad Magnif.

Ant. 1. g

N

E-mo in e-um * mi-sit ma-num : qui a nondum



véne-rat ho-ra e-jus. E u o u a e.

Oratio.

Miserere Dómine pópulo tuo : * et contínuis tribulatió nibus laborántem, propítius respiráre concéde. Per Dóminum.


Feria Quarta.

Ad Bened.

Ant. 8. G*

R


Abbi, * quid peccá-vit homo i-ste, quod caecus



na-tus est? Respóndit Je-sus, et di-xit : neque peccá-



vit, neque pa-réntes e- jus : sed ut mani-festéntur ópe-ra




De- i in il-lo. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui et justis praemia meritórum, et peccatóribus per jejúni-um véniam praebes : † miserere supplicibus tuis ; * ut reátus nostri conféssio indulgéntiam váleat percípere delictórum. Per Dóminum.

Infra Hebdomadam IV. Quadragesimae. 403

Ad Magnif.
Ant. I. a




I L-le homo, * qui dí-ci-tur Je-sus, lu-tum fe-cit
ex spu-to, et li-ní-vit ó-cu-los me-os, et mo-dó ví-de-o.
E u o u a e.

Oratio.

PAteant aures misericórdiae tuae Dómine précibus supplicán-tium : * et ut peténtibus desideráta concédas, fac eos quae tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened.
Ant. I. D




I -bat Je-sus * in ci-vi-tá-tem quae vo-cá-tur
Na-im : et ecce de-fú-ctus effe-re-bá-tur fí-li-us ú-ni-
cus matris su-ae. E u o u a e.

Oratio.


PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut quos jejúnia votíva castigant, ipsa quoque devótio sancta laetíficet ; * ut terrénis afféctibus mitigáti, facílius caeléstia capiámus. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. 4. A



PRophé-ta magnus * surré-xit in no-bis, et qui a

404 Infra Hebdomadam IV. Quadragesimae.



De- us vi-si-tá- vit ple- bem su- am. E u o u a e.


Oratio.

POpuli tui Deus institutor et rector, peccata quibus impugnatur, expelle : * ut semper tibi placitus, et tuo munimine sit securus. Per Dominum.


Feria Sexta.

Ad Bened.

Ant. I. g 2



L Azá- rus* amí- cus noster dormit : e- á- mus,




et a somno exci- témus e- um. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui ineffabilibus mundum renovas sacramentis : † praesta quaesumus ; ut Ecclesia tua et aeternis proficiat institutis, * et temporalibus non destituatur auxiliis. Per Dominum.

Ad Magnif.


Ant. I. g 2



D Omí- ne, * si hic fu- ís- ses, Lá- za- rus non esset



mór- tu- us : ecce jam foe- tet qua- tri- du- á- nus in mo- nu-



mén- to. E u o u a e.

Oratio.

DA nobis, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui infirmitatis nostrae conscii, de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus. Per Dominum.

Sabbato.

Ad Bened.
Ant. 3. a

Q

UI séqui-tur me, * non ámbu-lat in té-nebris,

sed habé-bit lumen vi-tae, di-cit Dóminus. E u o u a e.

Oratio.

Fiat, Dómine quaesumus, per grátiam tuam fructuósus nostrae devotiónis afféctus : † quia tunc nobis próderunt suscépta jejúnia, * si tuae sint plácita pietáti. Per Dóminum.

Sabbato ante Dominicam Passionis.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Christus assistens. *ut infra ad Laudes.*

Hymnus.

I.

V

Exíl- la Re- gis pród- e- unt : Fulget Cru- cis mysté-

ri- um, Qua vi-ta mor-tem pér-tu- lit, Et mor- te vi- tam


pró-tu- lit. 2. Quae vulne- rá- ta lán- ce- ae Mucró- ne dí- ro,

crími- num Ut nos la- vá- ret sórdi- bus, Ma- ná- vit unda


406 *Sabbato ante Dominicam Passionis.*

et ságuine. 3. Implé- ta sunt quae cón-ci-nit Da-vid fi-
 dé- li cá-rmi-ne, Di-céndo na- ti- ó- ni- bus : Regná- vit a
 ligno De- us. 4. Arbor de-có- ra et fúl- gi- da, Orná- ta Re-
 gis púrpu- ra, E- lécta digno stí- pi- te Tam san- cta mem-
 bra táng-e- re. 5. Be- á- ta, cu- jus brá- chi- is Pré- ti- um pe-
 péndit saécu- li : Sta- té- ra facta córpo- ris, Tu- lít- que prae-
 dam tártá- ri. 6. O Cru- x ave, spes ú- ni- ca, Hoc Passi- ó-
 nis témpo- re : Pi- is adáuge grá- ti- am, Re- ís- que de- le
 crími- na. 7. Te, fons sa- lú- tis Trí- ni- tas, Colláudet omnis

Sabbato ante Dominicam Passionis. 407



spí-ri-tus : Quibus Cru-cis victó- ri- am Largí- ris, adde



praémi- um. A-men.


Ÿ. Eripe me Dómine ab hómine malo.

R̄. A viro iníquo éripe me.


Ad Magnificat, Antiphona.

8. G


E



-go sum * qui testimó-ni- um perhí-be- o de me-



ípso : et testimó-ni- um pérhi-bet de me, qui mi-sit me



Pa-ter. E u o u a e.


Oratio ut infra ad Laudes.

Ab his Vesperis usque ad Festum Ss. Trinitatis inclusive, omittitur commemoratio seu Suffragium de Omnibus Sanctis.


Tonus Hymni ad Completorium.

2.

T



E lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á- tor, pó-



scimus, Ut pro tu- a clemén-ti- a, Sis praesul et custó-



di- a. 2. Pro-cul re-cé-dant sómni- a, Et nócti- um phantá-
 sma-ta : Hostémque nostrum cómpri-me, Ne pollu-ántur cór-
 po- ra. 3. Praesta, Pa-ter pi- íssime, Patríque compar U-ni-
 ce, Cum Spí-ri- tu Pa- rá- cli- to, Regnans per omne saécu-
 lum. A- men.


Hic tonus servatur ad Completorium et ad Horas usque ad Fer. V. in Coena Domini, etiam in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur.

Ab hac die usque ad Feriam V. in Coena Domini, ad Completorium quando fit Officium de Tempore, in Rq. brevi non dicitur ¶. Glória Patri. sed ejus loco statim repetitur Rq. In manus tuas. etc.

Dominica de Passione.


Ad Laudes.

I. Ant.
8. G




V I- de Dómi- ne * afflicti- ónem me- am, quóni- am e- ré-
 ctus est in- i- mí- cus me- us. E u o u a e.
Ps. Miserére. 10.

2. Ant.
7. c




I N tri-bu-la-ti-óne * invo-cávi Dómi-num, et exau-




dí-vit me in la-ti-tú-di-ne. E u o u a e.

Ps. Confitémini. 11.

3. Ant.
4. A*




J U-di-cásti Dómi-ne * causam á-nimae me-ae, de-fén-




sor vi-tae me-ae, Dómi-ne De-us me-us. E u o u a e.

4. Ant.
4. A




P Opu-le me-us, * quid fe-ci ti-bi, aut quid mo-lé-




stus fu-i? respón-de mi-hi. E u o u a e.

5. Ant.
4. A*



N Umquid réddi-tur * pro bo-no ma-lum, qui-a fodé-



runt fóve-am á-nimae me-ae? E u o u a e.

Capitulum.

Hebr. 9. c.

FRatres : Christus assístens pón-tifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manu factum, id est, non hujus creatiónis : † neque per sánguinem hircórum aut vitu-

lórur, sed per própriur sánguinem introívit semel in Sancta, *
aetérna redemptióne invénta.

Hymnus.

I.



L Ustra sex qui jam per-é-git, Tempus implens cór-
po-ris, Sponte lí-be-ra Red-émptor Passi- ó-ni dé-di-
tus, Agnus in cru- cis le-vá-tur Immo-lándus stí-
pi- te. 2. Felle po-tus ecce languet : Spi-na, cla-vi, lán-
ce- a, Mi-te corpus perfo-rá-runt : Unda ma-nat et
cru- or : Terra, pontus, astra, mundus, Quo lavántur flú-
mi-ne! 3. Crux fi-dé- lis, inter omnes Arbor u-na nó-bi-
lis : Silva ta-lem nulla pro-fert, Fronde, flo-re, gérmi-

Dominica de Passione.

411

ne : Dulce ferrum, dulce lignum, Dulce pondus sústi-

nent. 4. Flecte ramos, arbor al-ta, Tensa la-xa vísce-ra,

Et ri-gor lentéscat il-le, Quem de-dit na-tí-vi-tas : Et

su-pérni membra Re-gis Tende mi-ti stí-pi-te. 5. So-la


digna tu fu-í-sti Ferre mundi vícti-mam, Atque portum

praepa-rá-re Arca mundo náufra-go : Quam sa-cer cru-or

per-únxit, Fusus Agni córpo-re. 6. Sempí-térna sit

be-á-tae Tri-ni-tá-ti gló-ri-a : Aequa Patri, Fi-li-ó-

que, Par de-cus Pa-rácli-to : U-ní-us Tri-ní-que nomen




Laudet u-ni-vér-si-tas. A-men.

∇. Eripe me de inimícis meis Deus meus.


℞. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus, Antiphona.


3. a




D I-cé-bat Je- sus * turbis Judae-ó-rum et princí-



pi-bus sa-cerdó-tum: Qui ex De-o est, ver-ba De-i au-



dit: proptér-e-a vos non au-dí-tis, qui-a ex De-o non




e-stis. E u o u a e.

Oratio.

Quaésumus omnipotens Deus, famíliam tuam propítius réspi-
ce: † ut te largiénte regátur in córpore; * et te
servánte custodiátur in mente. Per Dóminum.

Ad Primam.

Ant.
8. c



E-go * daemó-ni-um non hábe-ò, sed hono-rí-fi-



co Patrem me-um, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

In R̄. br. Christe Fili Dei vivi. non dicitur ∇. Glória Patri. sed ejus loco statim repetitur R̄. Christe. etc. Quod servandum est toto Tempore Passionis, praeterquam in Festis Sanctorum, in quibus dicitur ∇. Glória Patri. more consueto.

Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis. Fáciem meam. ut in Psalterio, 25. Et dicitur in Dominicis et Feriis usque ad Feriam V. in Coena Domini exclusive.

Ad Tertiam.

Tonus Hymni ad Horas.

2.

Nunc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-

li-o, Digná-re promptus ínge-ri, Nostro re-fú-sus pécto-

ri. 2. Os, lingua, mens, sensus, vi-gor Confessi-ó-nem pér-


sonent : Flamméscat igne cá-ri-tas, Accéndat ardor pró-

xi-mos. 3. Praesta, Pa-ter pi-íssime, Patrique compar

U-ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-eli-to, Regnans per omne

saécu-lum. A-men.

Dominica de Passione.

Ant.
8. c**E**

- go * gló-ri- am me- am non quae-ro : est qui




quaerat, et jú-di-cet. E u o u a e.

Capitulum. Fratres : Christus assístens. *ut supra ad Laudes.**Rq. br.* Erue a frámea. *Ps.* De ore leónis. 31.


Ad Sextam.

Ant.
I. f**A**

-men, amen di-co vo-bis : * si quis sermónem me-um



servá- ve- rit, mortem non gustá- bit in ae- térnium.




E u o u a e.

*Capitulum.**Hebr. g. d.*


SI enim sanguis hircórum et taurórum, et cinis vítulæ aspér-
sus inquinátos sanctíficat ad emundatióem carnis : † quanto
magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum
óbtulit immaculátum Deo, * emundábit consciéntiam nostram ab
opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

Rq. br. De ore leónis. *Ps.* Ne perdas. 37.

Ad Nonam.

Ant.
I. g**T**

U- lé-runt * lá-pi-des Judáe- i, ut já- ce- rent in



e- um : Je- sus autem abscondit se, et ex-í- vit de
templo. E u o u a e.

Capitulum.

Hebr. 9. d.

ET ideo novi Testaménti mediátor est : ut morte intercedente, in redemptiónem eárum praevaricatiónum, quae erant sub prióri Testaménto, † repromissiónem accípiant qui vocáti sunt aetérnae haereditátis, * in Christo Jesu Dómino nostro.

R. *br.* Ne perdas cum ímptis. *Ÿ.* Eripe me Dómine. 43.

Ad Vesperas.


Antiphonae et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.

Hymnus. Vexilla Regis. 405. Ÿ. Eripe me. 407.


Ad Magnificat, Antiphona.

2. D

A



-bra-ham * pa-ter vester exsultá- vit ut vi-dé-



ret di- em me- um : vi- dit, et ga- ví- sus est. E u o u a e.

Feria Secunda.

Ad Laudes, Antiphonae et Psalmi de Psalterio.

Capitulum.

Jerem. 11. d.

VEníte, mittámus lignum in panem ejus, † et eradámus eum de terra vivéntium, * et nomen ejus non memorétur ámplius.

Hymnus. Lustra sex. 410.

Ÿ. Eripe me de inimícis meis Deus meus.

R. Et ab insurgéntibus in me líbera me.

Ad Bened.
Ant. 8. G

I

N di- e magno * festi-vi-tá-tis sta- bat Je-sus,

et clamábat di-cens : Si quis si-tit, vé-ni- at ad me, et bi-

bat. E u o u a e.

Deinde Preces, 77.

Oratio.

Sanctífica, quaesumus Dómine, nostra jejúnia : * et cunctárum nobis indulgéntiam propítius largíre culpárum. Per Dóminum.

Ad Horas, Antiphonae, Capitula et R̄R̄. brevia et Preces ut in Psalterio pro Tempore Passionis.

Ad Vesperas, Antiphonae et Psalmi de Psalterio.

Capitulum.

Jerem. II. d.

TU autem Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, et probas renes et corda, † vídeam ultiónem tuam ex eis : * tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

Hymnus. Vexilla Regis. 405. ♯. Eripe me Dómine. 407.

Ad Magnif.
Ant. 4. A*

S

I quis si-tit, * vé-ni- at et bi-bat : et de ven-

tre e-jus flu-ent aquae vi-vae. E u o u a e.

Oratio.


DA, quaesumus Dómine, pópulo tuo salútem mentis et corpóris : * ut bonis opéribus inhaeréndo, tua semper mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

Capitula praedicta in Laudibus et Vesperis dicuntur in feriali Officio usque ad Feriam IV. Majoris Hebdomadae. Item Hymni, VV. et R̄R̄. brevia. Antiphonae vero per Horas, usque ad Dominicam in Palmis.


Feria Tertia.

Ad Bened.
Ant. 4. A*

T



Empus me-um * nondum advé-nit, tempus au-




tem vestrum semper est pa-rá-tum. E u o u a e.

Oratio.


NOstra tibi Dómine, quaesumus, sint accépta jejúnia : † quae nos et expiándo, grátia tua dignos efficiant, * et ad remédia perdúcant aetérna. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. 1. D 2


V



OS ascé-ndi-te * ad di-em festum hunc : e-go



non ascé-ndam, qui-a tempus me-um nondum advé-nit.



E u o u a e.


Oratio.

DA nobis, quaesumus Dómine, perseverántem in tua voluntáte famulátum : * ut in diébus nostris, et mérito et número pópulus tibi sérvians augeátur. Per Dóminum.

Feria Quarta.

Ad Bened.
Ant. 4. A***O**

- ves me-ae* vo-cem me- am áudi- unt : et ego




Dómi-nus agnóscó e- as. E u o u a e.

Oratio.

Sanctificáto hoc jejúnio, Deus tuórum corda fidélium miserátor
illústra : † et quibus devotiónis praestas afféctum, * praebe
supplicántibus piúm benígnus audítum. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. 4. A***M**

Ulta bona ópe-ra * o-pe-rá-tus sum vo-bis : pro-



pter quod o-pus vultis me occí-de-re? E u o u a e.


Oratio.

Adésto supplicatióibus nostris omnipotens Deus : * et quibus
fidúciam sperándaé pietátis indúlges, consuétae misericórdiae
tribue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Feria Quinta.

Ad Bened.
Ant. 4. A**M**

Agíster dí-cit : * Tempus me-um pro-pe est, apud



te fá-ci- o Pascha cum dis-cí-pu- lis me- is. E u o u a e.


Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut dignitas conditionis humanae per immoderantiam sauciata, * medicinalis parsimoniae studio reformetur. Per Dominum.

Ad Magnif.
Ant. 4. A*

D

E-si-dé-ri o * de-si-de-rávi hoc Pascha mandu-



cáre vo-bís-cum, ántequam pá-ti- ar. E u o u a e.

Oratio.


ESto, quaesumus Domine, propitius plebi tuae : * ut quae tibi non placent respuentes, tuorum potius replentur delectationibus mandatorum. Per Dominum.

Feria Sexta.


Ad Bened.
Ant. I. g

A

Ppro-pinquábat autem * di- es festus, et quae-



ré- bant prínci-pes sacer-dó-tum quó- modo Je- sum interfí-



ce-rent sed timé-bant ple-bem. E u o u a e.

Oratio.

COrdibus nostris, quaesumus Domine, gratiam tuam benignus infunde : † ut peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, * temporaliter potius maceremur, quam supplicii deputemur aeternis. Per Dominum.

Ad Magnif.

Ant. I. g

P Rínci-pes sacer-dó-tum * consí-li-um fe-cé-
 runt ut Je-sum occí-de-rent : di-cébant au-tem : Non in
 di-e festo, ne forte tumúl-tus fi-e-ret in pópu-lo.

E u o u a e.

V. Eripe me Dómine ab hómine malo.

R. A viro iníquo éripe me.

Oratio.

Concéde, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui protecti-
 ónis tuae grátiam quaérimus, liberáti a malis ómnibus, secúra
 tibi mente serviámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Bened.

Ant. I. f

C La-rí-fi-ca me Pa-ter * apud temet-ípsum, cla-
 ri-tá-te quam há-bu-i, pri-úsquam mundus fi-e-ret.

E u o u a e.

Oratio.

Proficiat, quaesumus Domine, plebs tibi dicata piae devotionis affectu : † ut sacris actionibus erudita, quanto majestati tuae fit gratior, * tanto donis potioribus augeatur. Per Dominum.

Ad Vesperas.

Capitulum. Fratres : Hoc enim sentite. *ut infra ad Laudes.*

Hymnus. Vexilla Regis. †05.


∇. Eripe me Domine ab homine malo.

℞. A viro iniquo eripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E 

Pater juste, * mundus te non cognovit : e-go



autem cognovi te, qui-a tu me misisti. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.




Dominica in Palmis.

Ad Laudes.

1. Ant.

2. D

Dominus Deus * auxiliator meus : et ideo



non sum confusus. E u o u a e.

Ps. Miserere. 10.

2. Ant.
1. a 2

C ircumdántes * circumdedé-runt me : et in nómi-ne

Dómi-ni vindi-cábor in e- is. E u o u a e.
Ps. Confitémini, 11.

3. Ant.
8. G

J udi-ca * causam me-am : de-fénde, qui-a pot-ens

es Dómi-ne. E u o u a e.

4. Ant.
7. c 2

C UM Ange-lis * et pú- e-ris fi-dé-les inve-ni-ámur,

tri-umpha-tó-ri mortis clamántes: Ho-sánna in excél-sis.

E u o u a e.

5. Ant.
4. A*

C onfundántur * qui me persecúntur, et non confún-

dar e-go, Dómi-ne De- us me- us. E u o u a e.

Capitulum.

Philipp. 2.

FRatres : Hoc enim sentíte in vobis quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequálem Deo : † sed semetípsum exinanívit, formam servi accipiens, in similitúdinem hóminum factus, * et hábitu invéntus ut homo.

Hymnus. Lustra sex. 410. R̄. Eripe me de inimicis. 412.

Ad Benedictus, Antiphona.

4. E

T Urba múlta, * quae convé-ne-rat ad dí-em féstum,

clamá-bat Dó-mi-no : Be-ne-díctus qui vé-nit in nó-mi-ne

Dó-mi-ni, Ho-sán-na in excé-l-sis. E u o u a e.

Oratio.


OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitán-dum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecisti : † concéde propítius; ut et paténtiæ ipsíus habére documénta, * et resurrectionis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam.



Ant.
i. f.

P U-e-ri Hebrae-ó-rum, * portántes ramos o-li-vá-rum

obvi-avé-runt Dó-mi-no, clamán-tes, et di-cén-tes : Ho-sán-





Ad Tertiam.



Capitulum. Fratres : Hoc enim. *ut supra ad Laudes.*

R̄. br. Erue a frámea. ∇. De ore leónis. 31.

Ad Sextam.



Capitulum.


Philipp. 2.

HUmiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit illum, * et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

R̄. br. De ore leónis. ∇. Ne perdas. 37.

Ad Nonam.

Ant.
4. A*



I Nvo-cábo * nomen tu- um Dómi-ne : ne avértas

fá-ci-em tu- am a clamó-re me- o. E u o u a e.

Capitulum.

Philipp. 2. b.

IN nómine Jesu omne genu flectátur caeléstium, terréstrium, et infernórum : † et omnis lingua confiteátur, * quia Dóminus noster Jesus Christus in glória est Dei Patris.

R̄. *br.* Ne perdas cum impiis. V̄. Eripe me Dómine. 43.

Ad Vesperas.

Antiphonae et Psalmi de Dominica. Capitulum e Laudibus.


Hymnus. Vexilla Regis. 405.

V̄. Eripe me Dómine ab hómine malo.

R̄. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G*



S Criptum est e-nim : * Percú-ti- am pastó-rem, et disper-

géntur oves gre-gis : postquam au-tem re-surréxe-ro, praecé-

dam vos in Ga- li-laé- am : i-bi me vi-dé-bi-tis, di-cit Dó-

mi-nus. E u o u a e.

Ab hac die usque ad Octavam Paschae, si occurrat aliquod Festum IX Lectionum quod transferri valeat, transfertur post Octavam; secus de eo fit commemoratio, praeterquam tribus diebus Pascha praecedentibus et duobus consequentibus. Festi III Lectionum item a Feria V. in Coena Domini usque ad Feriam III. Paschae nulla fit commemoratio.

Feria Secunda Majoris Hebdomadae.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

4. A

F A-ci-em me-am * non a-vérti ab incre-pánti-

bus et conspu-én-ti-bus in me. E u o u a e.

Ps. de Feria II., 75.

2. Ant.

2. D

F Ráme- a * susci-tá-re advérsus e- os qui di-

spérgunt gregem me- um. E u o u a e.

3. Ant.

4. E


A Ppendé-runt * mercé-dem me-am tri- gín-ta argén-

te- is, quos appre-ti- á-tus sum ab e- is. E u o u a e.


4. Ant.

8. G


I N-undavé-runt aquae * super caput me- um : di-xi,




Pér-i i: invo-cá-bo nomen tu-um, Dó-mi-ne De- us.



E u o u a e.




L Abi- a insurgénti- um * et co-gi-ta-ti- ó-nes e- ó-




rum vi-de, Dómi-ne. E u o u a e.

Capitulum. Veníte, mittámus. 415. *Hymnus.* Lustra sex. 410.
 ¶. Eripe me de inimicis. 412.



C La-rí- fi-ca me Pa-ter * apud temet-ípsum, cla-ri-tá-



te quam hábu- i, pri- úsqum mundus fí- e-ret. E u o u a e.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui in tot advérsis ex
 nostra infirmitate defícimus; * intercedente unigéniti Fílii
 tui passióne respíremus. Qui tecum vivit.

*Ad Horas, Antiphonae de Laudibus; Capitula et R̄R̄. brevia ut in
 Psalterio pro Tempore Passionis.*


*Ad Vesperas, Antiphonae et Psalmi de Psalterio. Capit. Tu autem
 Dómine Sábaoth. 416. Hymnus. Vexilla Regis. 405. ¶. Eripe me
 Dómine. 407.*

Ad Magnif.

Ant. 4. A*

N

ON habé-res * in me pot-e-stá-tem, ni-si dé-su-



per da-tum ti-bi fu-isset. E u o u a e.

Deinde Preces, 77.

Oratio.


A Djuva nos Deus salutáris noster : * et ad beneficia recolénda quibus nos instauráre dignátus es, tríbue veníre gaudéntes. Per Dóminum.

Feria Tertia Majoris Hebdomadae.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.
7. c 2**V**


I-de Dómi-ne, * et consí-de-ra quóni-am trí-bu-lor :



ve-ló-ci-ter exáudi me. E u o u a e.

*Ps. de Feria III., 111.*2. Ant.
7. b**D**


Iscér-ne * causam me- am, Dómi-ne : ab hó-mi-



ne in-í-quo et do-ló-so é-ri-pe me. E u o u a e.

3. Ant.
7. a**D**


UM tri-bu-lá-rer, * clamávi ad Dómi-num de ventre



ífe-ri, et exaudí-vit me. E u o u a e.

4. Ant.
3. a**D**


Omi-ne, * vim pá-ti-or, respónde pro me : qui-a né-



sci-o quid di-cam in-ímí-cis me-is. E u o u a e.

5. Ant.
8. G**D**


Ixé-runt ímpi-í : * Opprimámus vi-rum justum, quó-



ni-am contrá-ri-us est o-pé-ri-bus no-stris. E u o u a e.

*Capitulum, Hymnus et Ψ. ut supra, 415.*Ad Bened.
Ant. I. g**A**

N-te di-em * festum Paschae, sci-ens Je-



sus qui-a ve-nit ho-ra e-jus, cum di-le-xisset su-os,




in fi- nem di-lé-xit e- os. E u o u a e.

Oratio.


OMnipotens sempitérne Deus, † da nobis ita Domínicae passi-
sionis sacraménta perágere : * ut indulgéntiam percípere
mereámur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Ad Magnif.

Ant. 4. A*

**P**

Ot-está-tem hábe- o * poné-ndi á-nimam me- am,



et í-te-rum sumé-ndi e- am. E u o u a e.

Oratio.


TUA nos misericórdia, Deus, et ab omni subreptióne vetustátis
expúrget : * et capáces sanctae novitátis efficiat. Per Dómi-
num nostrum.

Feria Quarta Majoris Hebdomadae.


Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

8. G

**L**

I-be-ra me * de sanguíni-bus, De- us De- us me- us :




et exsultá-bit lingua me- a justí- ti- am tu- am. E u o u a e.


Ps. de Laudibus Feriae IV., 130.

2. Ant.


8. c

**C**

Ontumé-li- as * et terró- res passus sum ab e- is :




et Dómi-nus me-cum est tamquam bel-lá-tor for-tis.




E u o u a e.

3. Ant.

1. g




T U autem Dómi-ne * scis omne con-sí-li-um e-ó-




rum advérsum me in mor-tem. E u o u a e.

4. Ant.

7. a




O -mnes in-imí-ci me-i * audi- é-runt ma-lum me-um,




Dómi-ne : laetá-ti sunt, quóni-am tu fe-cí-sti. E u o u a e.

5. Ant.

5. a



F AC Dómi-ne * ju-dí-ci-um injú-ri-am pa-ti-én-ti-




bus, et vi-as pecca-tó-rum dispér-de. E u o u a e.

Capitulum, Hymnus et V. ut supra, 415.


Ad Bened.

Ant. 8. G



S


Imon, dormis? * non po-tu-ísti una ho-ra



vi-gi-lá- re me-cum? E u o u a e.


Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui nostris excésibus incessanter affligimur, * per unigéniti Filii tui passiónem liberémur. Qui tecum vivit et regnat.




A

N- cúl-la di-xit Petro : * Ve-re tu ex il-lis



es, nām et loqué-la tu-a ma-ni-féstum te fa-cit.



E u o u a e.

Oratio.


Respice, quaesumus Dómine, super hanc famíliam tuam, * pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánius tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum. Qui tecum vivit.

Tribus sequentibus diebus, dicto secreto Pater noster. Ave María. et in principio Primae, Credo. omnibus aliis praetermissis, absolute incipitur Officium ad Laudes et Vesperas ab Antiphona primi Psalmi; et Antiphonae duplicantur sicut in Festo Duplici.

In fine Psalmorum non dicitur Glória Patri per omnes Horas.


Feria Quinta in Coena Domini

Ad Laudes.



J

Usti-fi-cé-ris Dómi-ne * in sermó-ni-bus tu- is, et



vincas cum ju-dí-cá-ris. E u o u a e.

Ps. Miserére mei Deus. 10.

2. Ant.

2. D

D

Omi-nus * tamquam o-vis ad ví-ctimam ductus est,



et non a-pé-ru-it os su-um. E u o u a e.


Ps. Dómine refúgium. 145.

3. Ant.

8. G

C

Ontrí-tum est * cor me-um in mé-di-o me- i, con-



tremu-é-runt ómni- a ossa me- a. E u o u a e.


Ps. Dixit injústus. 146.

4. Ant.

4. A*

E

Xhortá-tus es * in virtú-te tu- a, et in re-fe-



cti- ó-ne sancta tu- a Dómi-ne. E u o u a e.

Cant. Moysi. Cantémus Dómino. 151.

5. Ant

2. D

O


-blá-tus est, * qui-a ipse vó-lu- it, et pec-



cá-ta nostra i-pse portá-vit. E. u o u a e.

Ps. Laudáte Dóminum quóniam bonus est psalmus. 148.

Capitulum et Hymnus non dicuntur in hoc triduo.



∇. Homo pa-cis me-ae, in quo spe-rá-vi.
 R̄. Qui edébat-panes meos, ampliávit advérsum
 me supplan- ta- ti ó-nem.

Ad Bened.


Ant. i. g

T

Rá-di-tor au-tem * de-dit e- is signum, di-cens :



Quem oscu-lá-tus fú-e-ro, ipse est, te-né-te e- um.



E u o u a e.


Cant. Benedictus. in tono solenni.

Repetita Antiphona post Benedictus. dicitur :

5.

C

Hri-stus * factus est pro no- bis ob-é-



di- ens us-que ad mor-tem.

Secunda nocte additur :



Mor-tem au-tem cru- cis.

Tertia nocte additur :

Propter quod et De- us ex-al-tá-vit il- lum,
 et de- dit il-li
 no- men, quod est super o-mne no- men.

Et sic dicitur etiam per omnes Horas diei (sed sine cantu).

Cum incipitur ∇. Christus factus est. omnes genuflectunt; et eo finito, dicitur Pater noster. totum sub silentio. Postea Psalmus Miserere. aliquantulum altius.

Quo finito, sine Orémus, dicitur simili voce Oratio :

Respice, quaesumus Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum. *Sed Qui tecum vivit, dicitur sub silentio.*

Finita Oratione, fit fragor et strepitus aliquantulum : mox profertur candela accensa de sub Altari, et omnes surgunt, et cum silentio discedunt.

Ad Horas.

Prima, Tertia, Sexta et Nona, dictis secreto Pater noster. Ave Maria. et ad Primam Credo. absolute inchoantur a Psalmis ut in Dominica; qui ad Primam sunt ut in Festis, cum Psalmo Deus in nómine tuo; quibus finitis, dicitur. ∇. Christus factus est. etc., flexis genibus, et dicitur secreto Pater noster. Ps. Miserere. Oratio. Respice, quaesumus. ut supra (totum sine cantu).


In hoc triduo non annuntiatur aliquid de Martyrologio, nec dicitur Pretiosa.


Ad Vesperas.

Vesperae, dicto secreto Pater noster. Ave Maria. inchoantur absolute a prima Antiphona¹.

1. Ant.

2. D

C  A-li-cem * sa-lu-tá-ris accí-pi-am, et nomen Dó-





mi-ni invo-cá-bo. E u o u a e.

Ps. Crédidi. 99.


2. Ant.

8. G

C  UM his qui o-dé-runt pa-cem, * e-ram pa-cí-fi-cus :



dum loqué-bar il-lis, impugná-bant me gra-tis.





E u o u a e.

Ps. Ad Dóminum cum tribulárer. 100.

3. Ant.

8. G

A  B homí-ni-bus in-íquis * lí-be-ra me, Dómi-ne.



E u o u a e.

Ps. Eripe me Dómine. 181.


¹ Juxta morem hodiernum Vesperae hodie et die sequenti dicuntur sine cantu. Attamen hic ponuntur Antiphonae cum cantu proprio, ne pereat; et in gratiam Ecclesiarum quae morem cantandi olim ubique observatum adhuc retinent.

4. Ant.

7. a

C

Ustó-di me * a láque- o quem sta- tu- é- runt mi- hi,



et a scánda- lis ope- ránti- um in- qui- tá- tem. E u o u a e.


Ps. Dómine clamávi. 182.

5. Ant.

7. a

C

Onsi- de- rábam * ad déxte- ram, et vi- dé- bam, et non



e- rat qui cognósce- ret me. E u o u a e.

*Ps. Voce mea ad Dóminum. 182.**Capitulum, Hymnus et ¶. non dicuntur.*

Ad Magnif.

Ant. i. f

C

Oenán- tibus au- tem, * accépit Je- sus panem, bene-



dí- xit ac fre- git, de- dit di- scí- pu- lis su- is. E u o u a e.

¶. Christus factus est. cum reliquis ut supra ad Laudes (sine cantu).

Ad Completorium non dicitur Jube domne. nec Lectio brevis, nec Adjutórium neque Oratio Dominica, sed facta Confessione et Absolutione, incipitur a Ps. Cum invocárem; et dicuntur Psalmi de Dominica. Dictis Psalmis, dicitur Nunc dimíttis. Deinde ¶. Christus factus est. cum reliquis ut supra ad Laudes.

Sic terminantur omnes Horae in hoc triduo, usque ad Vesperas Sabbati Sancti.

Feria Sexta in Parasceve.


Ad Laudes.

1. Ant.

7. c

P

Rópri-o * Fí-li-o su-o non pe-pér-cit De-us,



sed pro no-bis ómnibus trá-dí-dit il-lum. E u o u a e.


Ps. Miserére. 10.

2. Ant.

4. E

A

Nxi-átus est in me * spí-ri-tus me-us : in me tur-



bá-tum est cor me-um. E u o u a e.


Ps. Dómine exáudi. 165.

3. Ant.

1. f.

A

- it latro ad latrónem : * Nos qui-dem digna factis




re-cí-pimus : hic autem quid fe-cit? Meménto me-i Dómi-ne,




dum vé-ne-ris in regnum tu-um. E u o u a e.

Ps. Benedixísti. 166.


4. Ant.
I. f


D UM conturbá-ta fú- e-rit * ánima me- a, Dómi- ne,




mi- se-ri-córdi-ae me- mor e- ris. E u o u a e.

Cant. Habacuc. Dómine audívi. 171.


5. Ant.
8. G


M Eménto me- i * Dómi- ne De- us, dum vé- ne- ris in




regnum tu- um. E u o u a e.


Ps. Lauda Jerúsalem. 168.




∇. Collo-cávit me in obscú- ris. R̄. Sicut mórtu- os saécu- li.

Ad Bened.
Ant. I. g


P Osu- é- runt * super caput e- jus causam






ipsí- us scriptam : Je- sus Naza- ré- nus, Rex Judae- ó- rum.



E u o u a e.




Ad Vesperas.

Antiphonae et Psalmi praeteriti diei.

Ad Magnif. 
 Ant. 1. f 
C UM acce-písset a-cé-tum, * di-xit : Consummá-tum

 est, et incli-ná-to cá-pi-te, trá-di-dit spí-ri-tum. E u o u a e.




Sabbato Sancto.


Ad Laudes.

1. Ant. 
 4. c 
O mors, * e-ro mors tu-a : morsus tu- us e-ro,

 infér-ne. E u o u a e.
Ps. Miserére. 10.

2. Ant. 
 4. A* 
P Langent e- um * qua-si u-ni-gé-ni-tum, qui-a ínno-

 cens Dómi-nus occí-sus est. E u o u a e.
Ps. Bonum est. 187.

3. Ant. 
 7. b 
A T-tén-di-te * u-ni-vérsi pópu-li, et vi-dé-te





do-ló-rem me- um. E u o u a e.

Ps. Exáudi Deus oratiónem. 188.


4. Ant.

2. D

A



porta ínfe-ri * é-ru-e Dómi-ne á-nimam




me- am. E u o u a e.

Cant. Ezechiae. Ego dixi. 112


5. Ant.

8. c


O



vos omnes, * qui transí-tis per vi- am, atténdi-




te, et vi-dé- te si est do- lor sic-ut do-lor me- us.



E u o u a e.

Ps. Laudáte Dóminum in sanctis ejus. 190.




∇. Ca- ro me- a re-qui- éscet in spe.

℞. Et non da-bis Sanctum tu-um vi-dé- re corrupti- ó- nem.


Ad Bened.

Ant. i. g.

M



U-lí- e- res * sedéntes ad monumén-tum,



lamenta-bántur, flentes Dómi-num. E u o u a e.

Vesperae hujus diei ut in Graduali.

Ad Completorium.



Jube domne benedicere. *Lectio brevis.* Fratres : Sóbrii estóte.

∿. Adjutórium. Pater noster. *Et facta Confessione et Absolutione dicitur :*

∿. Convérte nos. ∿. Deus in adjutórium. Glória Patri.

Et amplius non dicitur : Laus tibi Dómine Rex aetérnae glóriæ. sed ejus loco deinceps dicitur Allelúia.


Deinde sine Antiphona dicuntur Psalmi de Dominica, in tono sequenti :




me-ae : * in tri-bu-la-ti-óne di-la-tásti mi-hi.

Hymnus, Capitulum, R̄. breve et ∿. non dicuntur.

Ad Nunc dímittis, Antiphona.



sá-bba-ti, ve-nit Ma-rí-a Magda-lé-ne, et ál-te-ra Ma-



rí-a, vi-dé-re sepúlcrum, alle-lú-ia. E u o u a e.

∿. Dóminus vobíscum. *Oratio. Visita. et reliqua ut in Psalterio.*

In fine, Antiphona Regina caeli.




DOMINICA RESURRECTIONIS

Duplex I. classis cum Octava privilegiata I. ordinis.

AD LAUDES.


i. Antiphona. 8. G.




ANGELUS au-tem Dó- mi- ni *



descéndit de cae- lo, et ac-



cé- dens revólvit lá-pi-dem, et se-dé-bat super e- um,




alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.


Psalmi de Dominica.

2. Ant.

7. c



ET ecce terraemó- tus * factus est magnus: Ange-




E u o u a e.

3. Ant.

8. c

E - rat au- tem * aspéctus e-jus sic-ut ful-gur :




E u o u a e.

4. Ant.

7. a


P RAE timó-re autem e-jus * extéri-ti sunt custó-des,



5. Ant.

8. G.

R Espóndens autem Ange-lus * dí-xit mu-li-é-ri-bus :




lú-ia. E u o u a e.

Capitulum, Hymnus et V. non dicuntur; sed eorum loco:


Ant.

2.

H



Aec di- es, *quam fe- cit Dó-



mi- nus : exsulté- mus,




et lae- té- mur in e- a.


Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

E




T valde mane * u-na sabba-tó-rum, vé-ni- unt ad



mo-numentum, or-to jam so-le, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum aeternitátis nóbis áditum devícta morte reserásti : † vota nostra, quae prae- veniéndó aspíras, * étiam adjuvándó proséquare. Per eúdem Dóminum.



V. Bene-di-cámus Dómi-no, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

R̄. De- o grá-ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.


Sic dicitur cum duplici Allelúia in Vesperis et Laudibus tantum, usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusive.

Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, *post* Deus in adjutó- rium et Glória Patri. *dicuntur Psalmi de Dominica, ad Primam tamen*

ut in Festis, scilicet Deus in nómine tuo. Beáti immaculáti. et Retribue; quibus finitis dicitur Antiphona Haec dies; postea Oratio, quae ad Primam dicitur ut in Psalterio, Dómine Deus omnipotens. 23. Pretiósá. cum reliquis; et ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis Si consurrexistis cum Christo. ut in Psalterio, 25.


Ad alias autem Horas, post Antiphonam Haec dies. dicitur Oratio quae ponitur in Laudibus.

Psalmi ad Horas cantantur in sequenti tono. Ad Primam :

2. 

D E-us in nó-mi-ne tu-o sal-uum me fac : * et in vir-
tú-te tu-a jú-di-ca me.

Ad Tertiam :

2. 

L Egem pone mi-hi, Dómi-ne, vi- am justí-fi-ca-ti- ó-num
tu- árum : * et exquí-ram e- am semper.


Et sic etiam ad Sextam et ad Nonam.


AD VESPERAS.

Ant. Angelus autem. cum reliquis de Laudibus. Ps. de Dominica.

Et sic dicitur usque ad Vesperas Sabbati. Postea Ant. Haec dies.

Ad Magnificat, Antiphona. 3. a





T respi-ci-én-tes vi-dérunt revo-lú-tum lá-pi-
dem : e-rat quippe magnus valde, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui hodierna die.


∇. Benedicamus Dómino, allelúia, allelúia. *ut supra ad Laudes, vel (hodie et duobus diebus seq. tantum) ut sequitur :*



∇. Be-ne-di-cámus Dó- mi- no, alle- lú- ia, alle-



lú- ia. R̄. De- o grá- ti- as, alle- lú- ia,




alle- lú- ia.

Ad Completorium.

Dicto Jube domne. Fratres : Sóbrii estóte. ∇. Adjutórium nostrum. Pater noster. et facta Confessione et Absolutione, post V. Converte nos. ∇. Deus in adjutórium. Glória Patri. Allelúia. dicuntur Psalmi de Dominica, quibus finitís dicitur :


Ant.
8.




A lle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Deinde Canticum Simeonis :

2.



N unc dimít-tis servum tu-um, Dómi-ne, * se-cúndum



verbum tu-um in pa-ce.

Postea Ant. Haec dies. 445. et Oratio Visita, quaesumus. 65.

Praedictus modus Horarum servatur usque ad Vesperas Sabbati in Albis.

Infra Octavam Paschae usque ad Vesperas Sabbati exclusive, ad Laudes et Horas omnia dicuntur ut in die, praeter Orationem et Antiphonam ad Benedictus et Magnificat. Feria II. et III. Officium fit duplex; aliis diebus, semiduplex.

Feria Secunda.

Ad Bened.
Ant. 8. G

J E-sus junxit se * discipu-lis su- is in vi- a,
et i-bat cum il-lis : ó-cu- li e- ó-rum tene-bántur, ne
e- um agnósce-rent : et incre-pávit e- os, di- cens : O
stulti et tardi corde ad credéndum in his quae lo-cú-ti
sunt prophé-tae! alle-lú- ia. E u o u a e.


Oratio.

Deus, qui solemnitate paschali mundo remedia contulisti : +
populum tuum, quaesumus, caelesti dono proseguere; * ut
et perfectam libertatem consequi mereatur, et ad vitam proficiat
sempiternam. Per Dominum.


Ad Magnif.
Ant. 8. G*

Q

UI sunt hi sermões, * quos confértis ad ínvi-



cem ambu-lántes, et estis tristes? alle-lú-ia, alle-lú-ia.




E u o u a e.




Feria Tertia.

Ad Bened.
Ant. 8. G




S

Te-tit Je-sus * in mé-di-o .disci-pu-lórum su-ó-



rum, et di-xit e-is : Pax vo-bis, alle-lú-ia, alle-lú-ia.




E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui Ecclésiám tuam novo semper foetu múltiplicas : †
concéde fámulis tuis, ut sacraméntum vivéndo téneant, *
quod fide percepérunt. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. 8. G




V

I-dé-te manus me-as * et pe-des me-os, qui-a




ego ipse sum, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Feria Quarta.

Ad Bened.
Ant. 7. c**M**


It- ti-te * in d́ex-te-ram naví-gi- i re-te,




et in-ve-ni- é-tis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui nos resurrectionis Domínicae ánnua solemnitate laetificas : † concéde propítius; ut per temporália festa quae ágimus, * pervenire ad gáudia aetérna mereámur. Per eúndem Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. 8. G**D**


I-xit Je-sus * di-scí-pu-lis su- is : Affér- te de



písci-bus quos prendi-dí-stis nunc. Ascéndit autem Si-mon




Pe-trus, et tra-xit re-te in terram, plenum magnis píscibus



alle-lú-ia. E u o u a e.

Feria Quinta.

Ad Bened.
Ant. 7. a**M**

A-rí- a stabat * ad monuméntum plo-rans : vi-dit



du-os Ange-los in al-bis, se-dén-tes, et sudá-ri-um quod
 fú-e-rat super caput Je-su, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui diversitatem géntium in confessióne tui nóminis
 adunásti : † da, ut renáti fonte baptísmatis, * una sit fides
 méntium et píetas actiónum. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. 7. b




T U-lé- runt *Dómi-num me- um, et nésci- o u-bi
 po-su-érunt e- um : si tu sustu-lísti e- um, dí-ci-to mi-hi,
 alle-lú-ia : et e-go e- um tol- lam, alle-lú-ia.
 E u o u a e.

Feria Sexta.

Ad Bened.

Ant. 7. c



U Nde-cim discí-pu-li * in Ga-li-laé-a vi-dén-
 tes Dómi-num ado-ra-vé-runt, alle-lú-ia. E u o u a e.

Sabbato in Albis.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui paschále sacraméntum in reconciliatiónis humánae foédere contulísti : † da méntibus nostris, ut quod professióne celebrámus, * imitémur efféctu. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

D A- ta est mi- hi * omnis pot-é-stas in caelo
et in terra, alle-lú- ia. E u o u a e.

Sabbato in Albis.

Ad Bened.

Ant. 1. f

C Urré-bant du- o simul, * et il- le á- li- us di-
scí- pu- lus praecu- cúrrit cí- ti- us Petro, et ve- nit pri- or
ad monumén- tum, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Concéde, quaesumus omnípotens Deus : † ut qui festa paschá- lia venerádo éginus, * per haec contíngere ad gáudia aetérna mereámur. Per Dóminum.

Ad Vesperas. *Officium fit Duplex.*Ant.
6. F

A L- le- lú- ia, * alle- lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

Ps. Benedictus Dóminus. cum reliquis de Psalterio, 202.

Capitulum. Caríssimi. ut infra ad Laudés, 458.

Hymnus.

8.

A

D ré- gi- as Agni da-pes, Sto- lis amícti cándi-

dis, Post tránsi- tum ma-ris Rubri, Christo ca-námus Prínci-

pi. 2. Di-ví- na cu- jus cá-ri-tas Sacrum pro-pí-nat sánguinem,


Almíque membra córpo-ris Amor sa-cérdos ímmo-lat.

3. Sparsum cru- ó-rem pósti-bus Vastá- tor horret Ange-lus :

Fu-gítque di-ví- sum ma-re, Mergúntur hostes flúcti-bus.

4. Jam Pascha nostrum Christus est, Paschá- lis i-dem vícti-


ma · Et pu-ra pu-ris ménti-bus Sínce- ri- tá-tis á-zyma-



5. O ve-ra cae-li víctima, Subjé-cta cui sunt tárta-ra, So-lú-ta mortis víncu-la, Re-cé-pta vi-tae praémi-a. 6. Victor sub-á-ctis ínfe-ris Trophaé-a Christus éxpli-cat, Caeló-que a-pérto, súbdí-tum Re-gem te-nebrá-rum tra-hit. 7. Ut sis per-énne ménti-bus Paschá-le Je-su gáudi-um, A morte dí-ra crími-num Vi-tae re-ná-tos lí-be-ra. 8. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Surré-xit, ac Pa-rá-clí-to, In sempi-térna saécu-la. A-men.

Alter Tonus.

4.



AD ré-gi-as Agní dapes, Sto-lis a-mícti cándi-

dis, Post trānsi-tum ma- ris Rubri, Christo ca-nāmus Prín-

ci-pi. 2. Di- ví-na cu-jus cá-ri-tas Sacrum pro-pí-nat sán-

guinem, Almíque membra córpo-ris Amor sa-cérdos ímmo-

lat. 3. Spar- sum cru- ó-rem pósti-bus Vastá-tor horret Ange-


lus : Fugítque di-ví- sum ma-re, Mergúntur hostes flúcti-

bus. 4. Jam Pascha nostrum Christus est, Paschá-lis i-dem


víctima, Et pu-ra pu-ris ménti-bus Since-ri- tá-tis á-zy-

ma. 5. O ve-ra cae-li víctima, Subjécta cui sunt tárta-


ra, So-lú-ta mortis víncu-la, Re-cépta vi-tae praémi- a.




6. Vi-ctor sub-áctis ínfe-ris, Trophaé-a Christus éxpli-cat,




Caelóque apérto, súbdi-tum Regem te-nebrá-rum tra-hit.




7. Ut sis per-énne ménti-bus Paschá-le Je-su gáudi-um,



A morte di-ra crí-mi-num Vi-tae re-ná-tos lí-be-ra.



8. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is




Surré-xit, ac Pa-rácli-to, In sempi-térna saécu-la. A-men.

Su terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem, nisi propriam doxologiam habeant.

℣. Mane nobiscum Dómine, allelúia.


℞. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.




I. D


CUM esset se-rò *di-e il-la una sab-ba-tó-rum,



et fo-res essent clausae, u-bi e-rant disci-pu-li congre-



gá-ti, -ste-tit Je-sus in mé-di-o, et di-xit e-is : Pax vo-




bis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Praesta, quaesumus. ut infra ad Laudes, 461.



℣. Be-ñe-dí-cámus Dó- mi-no.



℞. De- o grá- ti- as.

Sic dicitur deinceps sine Allelúia, et quidem sub hoc tono in Officio de Tempore usque ad Festum Ss. Trinitatis exclusive, nisi sit Duplex I. classis.

Completorium dicitur ut in Psalterio cum Psalmis Sabbati, et Antiphona Allelúia. 207. Hymnus Te lucis. in tono paschali, 60. Non dicuntur Preces. Et in fine Ant. Salva nos. additur Allelúia.

Sic dicitur usque ad Dominicam Ss. Trinitatis exclusive : et quando non fit Duplex aut commemoratio Duplicis, nec infra Octavam, dicuntur Preces ut in Psalterio.

Ad ℞℞. brevia et ℣℣. per omnes Horas jungitur Allelúia. usque ad Sabbatum post Pentecosten. praeterquam in ℣℣. ad Preces Primae et Completorii quando dicuntur. Et quaecumque Allelúia jungitur ℞. brevi, duplicatur : sed in ℣℣. dicitur semel.

Dominica in Albis, in Octava Paschae.

Duplex majus.

Ad Laudes.

Ant.
4. F

A L-le lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Sub qua sola dicuntur omnes Psalmi, 2.

Capitulum.

1. Joan. 5.

Caríssimi : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum : †
et haec est victória quae vincit mundum, * fides nostra.

Hymnus.

8.


A U-ró-ra caelum púrpu-rat, Aether re-súltat láudi-bus :

Mundus tri-úmphans jú-bi-lat, Horrens avérnus ínfremít :


2. Rex il-le dum fortíssimus, De mortis inférno spe-cu,

Patrum sená-tum lí-be-rum Edú-cit ad vi-tae jubar. 3. Cu-jus


sepúlcrum plú-rimo Custó-de signá-bat la-pis, Victor




tri-úmphant. et su-o Mortem sepúlcro fúne-rat. 4. Sat fúne-ri,




sat lácrimis, Sat est da-tum do-ló-ri-bus : Surré-xit exstín-




ctor ne-cis, Clamat co-rúscans Ange-lus. 5. Ut sis per-énne mén-




ti-bus Paschá-le Je-su gáudi-um, A morte dí-ra crími-num



Vitae re-ná-tos lí-be-ra. 6. De-o Patri sit gló-ri-a, Et Fí-



li-o, qui a mórtu-is Surré-xit, ac Pa-rácli-to, In sem-



pi-térna saécu-la. A-men.


Alter Tonus.

3.




A


U-ró-ra caelum púrpu-rat, Aether re-súltat láudi-




bis : Mundus tri-úmphantis jú-bi-lat, Horrens avérnus ín-




fremit : 2. Rex il-le dum fortís-si-mus, De mortis inférno spe-




cu, Patrum sená-tum lí-be-rum Edú-cit ad vi-tae ju-bar.




3. Cu-jus sepúlcrum plú-ri-mo Cu-stóde signá-bat la-pis, Vi-ctor




tri-úm-phat, et su-o Mortem sepúlcro fú-ne-rat. 4. Sat fú-




ne-ri, sat lá-cri-mis, Sat est da-tum do-ló-ri-bus : Sur-réxit




exstí-ctor ne-cis, Clamat corúscans An-ge-lus. 5. Ut sis per-




énne mén-ti-bus Paschá-le Je-su gáudi-um, A morte dí-ra



crí-mi-num Vi-tae re-ná-tos lí-be-ra. 6. De-o Patri sit gló-



ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Sur-réxit, ac Pa-rácli-



to, In sempi-terna sae- cu-la. A-men.

℣. In resurrectione tua Christe, allelúia.

℞. Caeli et terra laetentur, allelúia.

Ad Benedictus, Ant. Cum esset sero. ut supra in Vesperis, 456.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui paschalia festa perégimus, * haec, te largiente, moribus et vita teneamus. Per Dóminum.

Ad Primam.

Hymnus. Jam lucis. cantatur et concluditur ut infra notatur ad Tertium.

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia. 15-19.

Ps. Confitemini. Beati immaculati. Retribue.

Praedicti Psalmi dicuntur Dominicis diebus usque ad Ascensionem.

Capitulum. Regi saeculorum. 19.

℞. *br.* Christe Fili Dei vivi. *cum duplici Allelúia.* V. Qui surrexisti a mortuis. 21. *Et sic dicitur usque ad Ascensionem.*


Et quando non est Duplex nec fit commem. Duplicis, nec infra Octavam, dicuntur Preces de Dominica, ut in Psalterio, 22.

Ad Absolut. Capituli, Lectio brevis. Si consurrexistis. 25.


Ad Tertiam.

Tonus Hymni ad Horas.

Ad Horas, Hymni cantantur in primo tono posito ad Laudes; vel ut sequitur.



Nunc Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-



li- o, Digná-re promptus ínge-ri Nostro re-fú-sus pécto-

ri. 2. Os, lingua, mens, sensus, vigor Confessionem personent: Flammescat igne caritas, Accendat ardor proximos. 3. De-o Patri sit gloria, Et Filio, qui a mortuis Surrexit, ac Paraclito, In sempiterna saecula. Amen.

Sic cantantur et terminantur omnes Hymni ad Horas tam in Officio de Tempore quam de Sanctis usque ad Ascensionem, nisi fiat de B. M. V.

Ant. Alleluia. ut in Psalterio pro Tempore Paschali, 27-31.

Capitulum. Carissimi: Omne quod natum est. ut supra, 458.

R. br. Surrexit Dominus de sepulcro. cum V. seq., ut in Psalterio, 31.

Ad Sextam.

Ant. Alleluia. ut in Psalterio pro Tempore Paschali, 33-37.

Capitulum.

1. Joan. 5.

Quis est autem qui vincit mundum, † nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus: * non in aqua solum, sed in aqua et sanguine.

R. br. Surrexit Dominus vere. V. Gavisi sunt. 37.

Ad Nonam.

Ant. Alleluia. ut in Psalterio pro Tempore Paschali, 39-43.

Capitulum.


1. Joan. 5. b.

Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est: † quoniam hoc est testimonium Dei, quod majus est, quoniam testificatus est de Filio suo. * Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se.

R. br. Gavisi sunt. V. Mane nobiscum. 43.

Ad Vesperas.

Ant.
7. c 2



A L-le-lú-ia, * al-le-lú-ia, alle- lú-ia. E u o u a e.

Sub qua sola dicuntur omnes Psalmi de Dominica, 44.

Capitulum.

1. Joan. 5.

CAríssimi : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum : †
et haec est victória quae vincit mundum, * fides nostra.


Hymnus. Ad régias Agni dapes. 453 vel 454.

℣. Mane nobiscum Dómine, allelúia.


℞. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.


8. c



P Ost di- es o- cto, * já- nu- is clausis, ingrèssus Dó-



minus di- xit e- is : Pax vo- bis, alle- lú- ia, alle- lú- ia.



E u o u a e.

Oratio. Praesta quaesumus. 461.

Hymni, ℣℣. et ℞℞. brevia hujus Dominicae dicuntur usque ad Ascensionem, etiam in Feriali Officio.

Feria Secunda.

Ad Laudes. Ant. Allelúia. *Psalmi de Feria ut in Psalterio, 70.*

∇. Pó-suit fines tuos pacem, allelúia.

Ry. Et á-dipe fruménti sá-tiat te, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Omnia sicut in I. Vesperis.

∇. Panem de caelo praestitisti eis, allelúia.

Ry. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

5.



O sa-crum conví-vi-um! * in quo Christus
 sú-mi-tur : re-có-li-tur memó-ri-a passi-ó-nis e-
 jus : mens implé-tur grá-ti-a : et fu-tú-rae gló-
 ri-ae no-bis pignus da-tur, alle-
 lú-ia. E u o u a c.

Sic dicitur Officium per totam Octavam.

Sabbato ad Vesperas.

Antiphonae et Psalmi ut in I. Vesperis Festi, 525.


Capitulum. Carissimi : Nolite. ut infra ad Laudes. Hymnus. Pange lingua. 527.

Ÿ. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.

R̄. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. a



P Ú-er Sámu-el * mi-nistrábat ante De-um co-ram

He-li, et sermo Dómi-ni e-rat pre-ti-ó-sus cum e- o.

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit commem. de Octava. Ant. O sacrum convivium. 535. Ÿ. Panem de caelo. Oratio. Deus, qui nobis. 533.

Dominica infra Octavam Corporis Christi

quae est II. post Pentecosten.

Omnia dicuntur ut in Festo, praeter sequentia.

Ad Laudes, et per Horas.

Ant. Sapiéntia. cum reliquis ut in die Festi, 530.

Capitulum.

1. Joan. 3. b.

Carissimi : Nolíte mirári, si odit vos mundus. † Nos scimus quóniam transláti sumus de morte ad vitam, * quóniam dilígimur fratres.

Hymnus. Verbum supérnum. 531.

∇. Panem caeli dedit eis, allelúia.

℞. Panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

3. a



H Omo qui-dam * fe-cit coenam magnam, et vo-cávit
 multos : et mi- sit servum su- um ho-ra coe-nae dí-ce-re
 invi-tá-tis ut ve-ní-rent, qui- a ómni- a pará-ta sunt, alle-
 lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Sancti nóminis tui Dómine timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum : † quia numquam tua gubernatióne destítuis, * quos in soliditáte tuae dilectiόνis instítuis. Per Dóminum.

Et fit comm. de Octava, ut in Laudibus Festi, 533.

Ad Primam. *Lectio brevis.* Filioli mei. *ut infra ad Nonam.*

Ad Tertiam.

Capitulum. Caríssimi. *ut supra ad Laudes.* ℞. br. Panem caeli. 534.

Ad Sextam.

Capitulum.

1. Joan. 3. c.

IN hoc cognóvimus caritátem Dei, † quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit : * et nos debémus pro frátribus ánimas pónere.

℞. br. Cibávit illos. 534.

538 Dominica infra Oct. Corporis Christi.

Ad Nonam.

Capitulum.

1. Joan. 3. d.

Filioli mei, non diligámus verbo, neque lingua, * sed ópere et veritáte.

Rt. br. Edúcas panem. 535.

Ad Vesperas.

Antiphonae et Psalmi ut in I. Vesperis Festi, 535. Capit. Caríssimi. 536. Hymnus. Pange lingua. 537.

℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.

Rt. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. a

EX-I ci-to * in pla-té-as et vi-cos ci-vi-tá-tis :
et páupe-res ac dé-bi-les, caecos et claudos compél-le
intra-re, ut imple-á-tur domus me-a, al-le-lú-ia.


E u o u a e.

Deinde fit commem. de Octava cum Antiphona et ℣. ut in I. Vesperis Festi, 529.

Si tamen sequ. die faciendum non sit Officium de Octava, dicitur Ant. O sacrum convivium. ut in II. Vesperis Festi, 535.

Feria Quarta. *Ad Vesperas, omnia ut in I. Vesperis Festi, 525.*

Si tamen sequ. die occurrat Festum Nativitatis S. Joannis Baptistae vel SS. Apostolorum Petri et Pauli, in I. Vesperis pro commem. praec. diei infr. Oct. sumitur Antiphona O sacrum convivium. ut in II. Vesp. Festi, 535.




Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi.

SACRATISSIMI CORDIS JESU

Duplex I. Classis cum Octava privilegiata III. ordinis.

IN I. VESPERIS.


I. Antiphona. I. g



Ū- A- VI ju- go tu- o * domi-



ná- re, Dó- mi- ne, in mé- di- o




in- imi- có- rum tu- ó- rum. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus. 577³.


2. Ant.

2. D




M

I- sé- ri- cors * et mi- se- rá- tor Dó- mi- nus : escam




de-dít timénti-bus se. E u o u a e.

Ps. Confitébor tibi. 577³.




E X-ór-tum est * in té-nebris lu-men re-ctis; mi-sé-




ri-cors et mi-se-rá-tor Dómi-nus. E u o u a e.

Ps. Beátus vir. 577⁴.



Q uid retrí-bu-am * Dómi-no pro ómni-bus quae



re-trí-bu-it mi-hi. E u o u a e.

Psalmus 115.

CRÉdidi, propter quod locú-tus sum : * ego autem hu-miliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : *
Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, *
pro ómnibus quae retríbuit
míhi?

Cálicem salutáris accípiam : *
et nomen Dómini invocábo.


Vota mea Dómino reddam co-

ram omni pópulo ejus : * pre-tiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :


O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fí-lius ancíllae tuae.

Dirupísti víncula mea : † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in mé-dio tui Jerúsalem



A - pud Dómi-num * pro-pi-ti-á-ti-o est et co-



pi-ó-sa apud e-um red-émpti-o. E u o u a e.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendéntes * in vocem deprecatiónis meae.

Si iniquitátes observáveris Dómine, * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiósas apud eum redémptio.

Et ipse redimet Israel * ex ómnibus iniquitatibus ejus.


Glória Patri.

Capitulum.

Ephes. 3, 8-9.

FRatres, mihi ómnium sanctorum mínimo data est grátia haec, † in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi ; * et illumináre omnes, quae sit dispensátio sacraménti absconditi a saeculis in Deo.

Hymnus.




E N ut su-pér- ba crími-num Et sae-va nostró-rum




co-hors Cor sauci-á- vit ínno-cens Me-réntis haud ta-le


Sacratissimi Cordis Jesu.




De- i! 2. Vi-brántis ha- stam mí- li- tis Peccá- ta nostra




dí- ri- gunt, Ferrúmque dí- rae cúspi- dis Mortá- le cri- men



á- cu- it. 3. Ex corde scisso Ecclé- si- a, Christo jugá- ta,




násci- tur : Hoc óstium arcae in lá- tere est Genti ad sa- lú- tem




pó- si- tum. 4. Ex hoc per- én- nis grá- ti- a, Ceu se- pti- fór-




mis flú- vi- us, Sto- las ut il- lic sórdi- das Lavémus Agni in



sángui- ne. 5. Turpe est re- dí- re ad crími- na, Quae Cor be- á-




tum lá- ce- rent : Sed aemu- lé- mur córdi- bus Flammas amó-




ris ín- dí- ces. 6. Je- su, ti- bi sit gló- ri- a, Qui Cor- de fun-

Sacratissimi Cordis Jesu.

538^s




dis grá-ti-am, Cum Patre et al-mo Spí-ri-tu In sempi-




térna saé-cu-la. A-men.


Sic terminantur omnes Hymni per totam Octavam.



Y. Tól-li-te jugum me-um super vos, et dísci-te a




me.




Ry. Qui-a mi-tis sum et húmi-lis Corde.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. D



I -gnem * ve-ni mítte-re in terram, et quid



vo- lo ni-si ut accendá-tur? E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui nobis in Corde Fílii tui, nostris vulneráto peccátiis, infinitos dilectiónis thesauros misericórditer largíri dignáris : * concéde, quaésumus; ut illi devótum pietátis nostrae praestántes obséquium, dignae quoque satisfactiónis exhibeámus officium. Per eúndem Dóminum.

Sacratissimi Cordis Jesu.

Et nulla fit Commemoratio, nisi tantum de praecedente Fæsto Nativitatis S. Joannis Baptistae vel SS. Petri et Pauli App., si pridie occurrerit.

Completorium de Dominica.

Tonus Hymni ad Completorium.

3.


T E lu-cis an-te térmi-num, Re-rum Cre- á- tor, pó- sci-mus, Ut pro tu- a cle-ménti- a, Sis praesul et cu- stó-di- a. 2. Pro-cul re-cé- dant sómni- a, Et nó-cti- um phantásma- ta : Hostémque no- strum cómpri-me, Ne pol- lu- ántur cór-po- ra. 3. Je- su, ti- bi sit gló-ri- a, Qui Cor- de fundis grá- ti- am, Cum Patre et al- mo Spí- ri- tu In sempi- térna saé- cu- la. A- mén.

Sic cantantur et terminantur Hymni ad Completorium et Horas.

AD LAUDES, et per Horas.

i. Ant.
i. f.

U - nus mí- li- tum * lánce- a la- tus e- jus a= pé- ru- it




et conti-nu-ó ex-í-vit sanguis et aqua. E u o u a e.

Psalmi de Festis, 577.


2. Ant.

7. c

S



Tans Je-sus * clamá-bat di-cens : Si quis si-tit vé-




ni-at ad me et bi-bat. E u o u a e.

3. Ant.


3. a²

I

N ca-ri-tá-te perpé-tu-a * di-lé-xit nos De-us,



í-de-o ex-al-tá-tus a terra, attrá-xit nos ad Cor




su-um mí-se-rans. E u o u a e.

4. Ant.

4. E

V

E-ní-te ad me * omnes qui la-bo-rá-tis et óne-



rá-ti e-stis et e-go re-fí-ci-am vos. E u o u a e.


5. Ant.

5. a

F

I-li * praebe mi-hi cor tu-um et ócu-li tu-i





custó-di-ant vi- as me- as. E u o u a e.

Capitulum.

Ephes. 3, 8-9.

FRatres, mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia haec, † in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi : * et illumináre omnes, quae sit dispensátio sacraméti absconditi a saéculis in Deo.

Hymnus.

3.

C

OR arca le- gem cónti-nens Non servi-tú- tis vé-

te- ris, Sed grá-ti- ae, sed vé- ni- ae, Sed et mi- se- ri- cór-

di- ae. 2. Cor, sanctu- á- ri- um no- vi Inte- me- rá- tum

foéde- ris, Templum ve- tú- sto sáncti- us, Ve- lúmque scis-

sou- tí- li- us. 3. Te vulne- rá- tum cá- ri- tas Ictu pa- tén- ti

vó- lu- it, Amó- ris in- vi- sí- bi- lis Ut ve- ne- rémur vúl- ne-

ra. 4. Hoc sub amó- ris sýmbo- lo Passus cru- énta et mý-

sti-ca, Utrúmque sa-cri-fí-ci-um Christus Sa-cérdos
 ób-tu-lit. 5. Quis non amán-tem ré-damet? Quis non red-ém-
 ptus dí-li-gat, Et Corde in i-sto sé-li-gat Aetérna ta-
 berná-cu-la? 6. Je-su, ti-bi sit gló-ri-a, Qui Cor-de fun-
 dis grá-ti-am, Cum Patre et al-mo Spí-ri-tu In sempí-
 térna saé-cu-la. A-men.

∩. Hauriétis aquas in gáudio.

℞. De fóntibus Salvatóris.

Ad Benedictus, Antiphona.


8. G

F Acta sunt * e-nim haec ut Scriptú-ra imple-ré-
 tur quae di-cit : Vi-débunt in quem transfixé-runt.
 E u o u a e.

Oratio.

DEus qui nobis, in Corde Filii tui, nostris vulnerato peccatis, infinitos dilectionis thesauros misericorditer largiri dignaris : † concede, quaesumus ; ut illi devotum pietatis nostrae praestantes obsequium, * dignae quoque satisfactionis exhibeamus officium. Per eundem Dominum.

Ad Horas Psalmi de Dominica, ad Primam tamen ut in Festis; et ad eam in Responsorio brevi dicitur per totam Octavam sequens Versus :



∮. Qui Corde fundis grá-ti- am.

Ad Tertiam.

Hymnus.

3.


Nunc Sancte no- bis Spí-ri- tus, Unum Patri cum

Fí- li- o, Digná-re promptus ínge- ri Nostro re- fú- sus

pé- cto- ri. 2. Os, lingua, mens, sensus, vi- gor, Confes- si- ó- nem

pérso- nent : Flamméscat i- gne cá- ri- tas, Accéndat ardor


pró- xi- mos. 3. Je- su, ti- bi sit gló- ri- a, Qui Corde fun-





dis grá-ti- am, Cum Patre et al- mo Spí-ri- tu In sempi-
 térna saé- cu- la. A- men.

Capitulum. Fratres, mihi ómnium, ut supra, 538⁸.

Ry. br.



T Olli- te jugum me- um super vos * Et dísci- te a
 me. Tólli- te. √. Qui- a mi- tis sum et húmi- lis Corde. * Et,
 Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto. Tólli- te.

Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto. Tólli- te.

√. Ego dixi : Dómine, miserére mei.

Ry. Sana ánimam meam quia peccávi tibi.

Ad Sextam.

Capitulum.

Ephes. 3, 14-17.

H Ujus rei grátia flecto génuá mea ad Patrem Dómini nostri
 Jesu Christi, † ut det vobis secúndum divítias glóriæ suæ
 virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiõrem hóminem : *
 Christum habitáre per fidem in córdibus vestris.


Ry. br.



E - go di- xi, Dómi- ne, * Mi- se- ré- re me- i. Ego.
 √. Sana á- nimam me- am qui- a peccávi ti- bi. * Mi- se-



√. Sana á- nimam me- am qui- a peccávi ti- bi. * Mi- se-



ré- re. Gló-ri- a Patri. Ego.

∿. Memóriam fecit mirabílium suórum miserátor Dóminus.


℞. Escam dedit timéntibus se.

Ad Nonam.

Capitulum.

Ephes. 3, 17-19.


IN caritáte radicáti et fundáti, ut possísis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo et longitúdo, et sublímitas et profúndum; † scire étiam supereminéntem sciéntiae caritátem Christi, * ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.




℞. br.

M

Emó-ri- am fe- cit mi- ra- bí- li- um su- ó- rum * Mi- se-



rá- tor Dóminus. Memó-ri- am. ∿. Escam de- dit timénti- bus



se. * Mi- se- rá- tor. Gló-ri- a Patri. Memó-ri- am.

∿. Hauriétis aquas in gáudio.

℞. De fóntibus Salvatóris.

IN II. VESPERIS.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi Dixit Dóminus. 577³. Confitébor tibi. 577³. Crédidí, 577⁶.

Psalmus 127.

BEáti omnes qui timent Dó-
minum, * qui ámbulant in
viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia
manducábis : * beátus es, et
bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abún-
dans, * in latéribus domus tuae.

Filii tui sicut novellae oli-
várurum, * in circúitu mensae
tuae.

Ecce sic benedicétur homo *
qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex
Sion : * et vídeas bona Jerú-
salem ómnibus diébus vitae
tuae.

Et vídeas filios filiórurum tuó-
rum, * pacem super Israel.

Psalmus 147.

Lauda Jerúsalem Dómi-
num : * lauda Deum tuum
Sion.

Quóniam confortávit seras
portárum tuárum : * benedíxit
filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem : *
et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emittit elóquium suum
terrae : * velóciter currit sermo
ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : *
nébulam sicut cínere spargit.


Mittit crystállum suam sicut
buccéllas : * ante fáciem frígo-
ris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et li-
quefáciat ea : * flabit spíritus
ejus, et fluent aquae.


Qui annúnciat verbum suum
Jacob : * justítias et judícia sua
Israel.

Non fecit táliter omni natió-
ni : * et judícia sua non mani-
festávit eis.

Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis.




∩. Hauri- é-tis aquas in gáudi- o.



℞. De fóni-bus Salva-tó-ris.

Ad Magnificat, Antiphona.




AD Jesum autem cum ve-níssent, * ut vi-dé-runt e-um




jam mórtu-um, non fre-gé-runt e-jus cru-ra : sed unus mí-

538¹⁴

Sabbato ad Vesperas.



li-tum lánce- a la tus e- jus a- pé- ru- it, et contí- nu- o



ex- í- vit sanguis et aqua. E u o u a e.

Completorium de Dominica.

Sabbato ad Vesperas.

Antiphonae et Psalmi ut in I Vesperis Festi SS. Cordis Jesu. 538¹.


Capitulum. Carissimi : Humiliámini, ut infra ad Laudes.

Hymnus. En ut superba. 538³.


Ÿ. Memóriam fecit mirabílium suórum miserátor Dóminus.

R̄. Escam dedit tíméntibus se.


Ad Magnificat, Antiphona.



C ognové- runt omnes * a Dan usque Bersa-



bé- e, quod fi- dé- lis Sámu- el prophé- ta esset Dómi- ni.



E u o u a e.

Oratio. Protéctor, ut infra ad Laudes.

Et fit Commemoratio Octavae : Ant. Ad Jesum autem. 538¹³. Ÿ. Hau- riétis aquas et Oratio. Deus, qui nobis in Corde. 538¹⁰.

Dominica infra Octavam SS. Cordis Jesu
quae est III post Pentecosten.

Semiduplex.

Omnia dicuntur ut in Festo, praeter sequentia :

Ad Laudes.

Capitulum.

1 Petri, 5, 6-7.

Carissimi : Humiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet
in tēpore visitatiónis : † omnem sollicitúdinem vestram
projiéntes in eum, * quóniam ipsi cura est de vobis.

Hymnus. Cor arca. 538^s.

Ÿ. Memóriam fecit mirabílium suórum miserátor Dóminus.

Ź. Escam dedit timéntibus se.

Ad Benedictus, Antiphona.

3. a 2



Quis ex vo-bis ho-mo, * qui ha-bet centum o-ves, et
si perdí-de-rit unam ex il-lis, nonne dimíttit no-na-gínta
no-ven in de-sérto, et vadit ad il-lam quae per-í-e-rat,
donec invé-ni-at e-am? alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Protéctor in-te-sperántium Deus, sine quo nihil est válidum,
nihil sanctum : † multíplica super nos misericórdiam tuam;
ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, * ut
non amittámus aetérna. Per Dóminum.

538¹⁶ Dominica infra Octavam SS. Cordis Jesu.

*Et fit Commemoratio de Octava : Ant. Facta sunt enim haec. 538⁹.
V. Hauriétis aquas et Oratio Deus, qui nobis in Corde. 538¹⁰*

Ad Primam. *Lectio brevis. Deus autem. ut infra ad Nonam.*

Ad Tertiam.

Antiphona. Stans Jesus: 538⁷. Capitulum e Laudibus.

R̄. br. Tóllite jugum. 538¹¹.

Ad Sextam.

Antiphona. In caritate perpétua. 538⁷.

Capitulum.

I Petr. 5, 8-9.

Sobrii estóte et vigiláte, quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens círcuit quaerens quem dévoret, † cui resístite fortes in fide, * sciéntes eámdem passiónem ei, quae in mundo est, vestrae fraternitáti fieri.

R̄. br. Ego dixi, Dómine. 538¹¹.

Ad Nonam.

Antiphona Fili. 538⁷.

Capitulum.

I Petr. 5, 10-11.

Deus autem omnis grátiae, qui vocávit nos in aetérnam suam glóriam in Christo Jesu, † módicum passos ipse perficiet, confirmábit solidabítque. * Ipsí glória et impérium in saécula saeculórum. Amen.

R̄. br. Memóriam fecit, 538¹².

In II. Vesperis.

Antiphonae et Psalmi ut in II Vesperis Festi, 538¹².

Capitulum. Caríssimi : Humiliámini e Laudibus, 538¹⁵.

Hymnus. En ut supérba. 538³.


V. Memóriam fecit mirabílium suórum miserátor Dóminus.

R̄. Escam dedit timéntibus se.


Ad Magnificat, Antiphona.

6. F

Q



Uae mú-li- er * habens drachmas de-cem, et si per-



dí-de- rit drachmam unam, nonne accéndit lu-cér-
 nam, et e-vérrit do-mum, et quaerit di-li-gén-ter, donec
 invé-ni- at? E u o u a e.

Et fit Commemoratio sequentis diei infra Octavam: Ant. Ignem. √. Tóllite jugum et Oratio. Deus, qui nobis in Corde. 538^s.

Si autem sequenti die faciendum non sit Officium de Octava, dicitur Ant. Ad Jesum autem. 538^{is}. √. Hauriétis aquas et Oratio. Deus, qui nobis in Corde. 538^s.

Octava SS. Cordis Jesu.

Duplex majus.

In I Vesperis, omnia ut in I Vesperis Festi.

Ad Laudes, Horas et Vesperas, omnia ut in die Festi.



ANTIPHONAE


DICENDAE IN SABBATIS

POST PENTECOSTEN USQUE AD ADVENTUM.


Sabbato ante Dom. IV. post Pentecosten.

Ad Magnif.
 Ant. 8. G

P



Raevá-lu- it Da-vid * in Phi- listhaé-um, in funda,



et lá-pi-de, in nó-mi-ne Dó-mi-ni. E u o u a e.


Sabbato ante Dom. V. post Pentecosten.

Ad Magnif.

Ant. I. D

M


Ontes * Gélbo- ě, nec ros nec plúvi- a



vé-ni- at super vos, qui- a in te abjéctus est clýpe- us



fórti- um, clý- pe- us Sa- ul, qua- si non esset unctus




ó- le- o. Quo- modo ce-ci-derunt fortes in proéli- o?




Jó-na-thas in excélsis tu- is inter- féctus est : Sa- ul



et Jónathas, amá-bi- les et de- có- ri valde in vi- ta




su- a, in morte quo- que non sunt se- pa- rá- ti.



Sabbato ante Dom. VI. post Pentecosten.

Ad Magnif.
Ant. 1. f



O B-secro, Dó-mi-ne, * au-fer in-iqui-tá-tem



Sabbato ante Dom. VII. post Pentecosten.

Ad Magnif.
Ant. 8. G

U N- xé-runt * Sa- lomó-nem Sa- doc sacérdos,




Nisi ponenda sit Antiphona pro Dominica I. Augusti: quia tunc, omissis Antiphonis de Libris Regum, ponuntur de Libris Salomonis; quod etiam servatur in sequentibus Hebdomadis.

Sabbato ante Dom. VIII. post Pentecosten.


Ad Magnif.
Ant. 7. a

E X- audí-sti Dó-mi-ne * o-ra- ti- ó-nem servi

Sabbatis post Pentecosten.



tu- i, ut aedi- fi- cá-rem templum nómi- ni tu- o.




E u o u a e.

Sabbato ante Dom. IX. post Pentecosten.


Ad Magnif.
Ant. 8. G

D

UM tól- le- ret Dómi- nus * E- lí- am per túrbi-



nem in caelum, E- li- sé- us clamá- bat di- cens : Pa- ter mi,




currus Is- ra- ël, et aurí- ga e- jus. E u o u a e.

Sabbato ante Dom. X. post Pentecosten.


Ad Magnif.
Ant. 6. F

F

E- cit Jo- as * rectum co- ram Dó- mi- no cunctis



di- é- bus quibus dó- cu- it e- um Jo- íada sa- cér- dos.



E u o u a e.

Sabbato ante Domin. XI. post Pentecosten.

Ad Magnif.
Ant. 5. a**O**

Bsecro Dó-mi-ne, * meménto, quae-so, quómo-

do ambu-láve-rim co-ram te in ve-ri-tá-te et in cor-de

perfé-cto, et quod plá-ci-tum est co-ram te, fé-ce-rim.

E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam I. Augusti.

Ea autem dicitur I. Dominica mensis, quae est in Kalendis, vel proximior Kalendis illius mensis: ita ut si Kalendae fuerint II., III. et IV. Feria, tunc I. Dominica mensis, in qua liber Scripturae inchoandus ponitur, est ea quae praecedit Kalendas. Sin autem V. et VI. Feria, vel Sabbato, est ea quae sequitur. Et in Sabbato praecedenti ad Magnificat ponatur Antiphona illius historiae, omissa alia quae forte occurreret.


Ad Magnif.
Ant. 7. a**S**

Api- énti- a * aedi- fi- cá- vit si- bi domum : ex-

cí- dit co- lúm- nas septem : súbdi- dit si- bi gentes, superbo- rúm-



que et sublími-um col-la própri-a virtú-te calcá-vit.




E u o u a e.

Oratio quae contingit in ordine aliarum Dominicarum, ut infra.

Sabbato ante Dominicam II. Augusti.

Ad Magnif.
Ant. 8. c




E -go * in altíssimis ha-bi-tá-vi, et thro-




nus me-us in co-lúmna nu-bis. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam III. Augusti.


Ad Magnif.
Ant. 8. G



O -mnis sa-pi-énti-a * a Dó-mi-no De-o




est, et cum il-lo fu-it sem-per, et est ante aevum.




E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam IV. Augusti.


Ad Magnif. Ant. 8. G


S


Api-énti- a * clámi-tat in pla-té- is : Si quis



dí-li- git sa-pi- énti- am, ad me de-clí-net, et e- am in-



vé-ni- et : et e- am dum invé-ne-rit, be- á-tus est, si



tenú- e-rit e- am. E u o u a e.


Sabbato ante Dominicam V. Augusti.

Nisi haec fuerit propinquior Kalendis Septembris : quia tunc ista cum sua Hebdomada omittitur, et ponitur Antiphona pro I. Dominica Septembris, ut infra.


Ad Magnif. Ant. 6. F


O

B- sérva, fi- li, * praecépta patris tu- i,



et ne di-mít-tas le-gem matris tu- ae : sed li- ga



e- am in corde tu- o jú-gi-ter. E u o u a e.

Sabbato proximo Kalendis Septembris.

Ad Magnif.
Ant. I. f


C UM audís-set Job * nun-ti- ó-rum verba, sustí-
nu-it pa-ti- énter, et a- it : Si bo-na suscé-pimus de ma-
nu Dómi-ni, ma- la autem qua-re non sus-ti-ne- ámus?
In ómni-bus his non peccá-vit Job lá-bi- is su- is,
ne-que stultum á-liquid contra De-um lo-cú-tus est.

E u o u a e.


Sabbato ante Dominicam II. Septembris.

Ad Magnif.
Ant. I. g

I N ómni-bus his * non peccá-vit Job lá-bi- is



su- is, ne-que stultum quid contra De-um lo-cú-tus est.



E u o u a e.


Sabbato ante Dominicam III. Septembris.

Ad Magnif.


Ant. 4. E

N

E remi-niscá- ris * Dómi-ne de- lícta me- a,



vel pa-réntum me- ó-rum : neque vindí-ctam su-mas de pec-



cá-tis me- is. E u o u a e.


Feria IV. Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened.

Ant. I. g

H

OC genus * daemo-ni- ó-rum in nullo pot-est ex-



í-re, ní-si in o-ra-ti- ó-ne et je-jú-ni-o. E u o u a e.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℟. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Deinde Preces ut in Psalterio, 77.

Oratio.

Misericórdiae tuae remédiis, quaesumus Dómine, fragílitas nostra subsístat : † ut quae sua condióne attéritur, * tua cleméntia reparétur. Per Dóminum.

Et dicitur per Horas diei tantum.

Ad Vesperas, si fit de Feria, dicuntur Preces feriales, 103, cum Oratione Dominicae praecedentis.

Feria VI. Quatuor Temporum Septembris.

Ad Bened.
Ant. I. a 3

MU-li-er * quae e-rat in ci-vi-tá-te peccátrix,
stans retro secus pe-des Dómi-ni, lá-crimis coepit ri-gá-re
pedes e-jus, et ca-píl-lis cá-pi-tis su-i tergé-bat, et de-
oscu-la-bá-tur pedes e- jus, et unguén-to ungé-bat.

E u o u a e.

℣. Repléti sumus mane misericórdia tua.

℞. Exsultávimus, et delectáti sumus.

Deinde Preces ut in Psalterio, 77.

Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut observatiónes sacras ánnua devotióne recolentes, * et córpore tibi placeá-mus et mente. Per Dóminum.

Et dicitur per Horas diei tantum.

In Vesperis, nisi fiat de Festo IX Lectionum, dicuntur Preces feriales, 103, et Oratio Dominicae praecedentis.

Sabbato Quatuor Temporum Septembris.

Ad Benedictus, Ant. Illúmina Dómine. 191. √. Repléti sumus.

Deinde dicuntur Preces ut in Psalterio, 77.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem corpóribus medéris et méntibus : † majestátem tuam súpllices exorámus ; ut pia jejunántium deprecatióne placátus, * et præséntia nobis subsidiá tribuas, et futúra. Per Dóminum.

Et dicitur per Horas diei tantum.

Sabbato ante Dominicam IV. Septembris.

Ad Magnif. Ant. 3. g

A - dóna - i * Dó - mi - ne De - us, magne et mi - rá -

bi - lis, qui de - dísti sa - lú - tem in manu fé - m - in - ae, exáudi

pre - ces servó - rum tu - ó - rum. E u o u a e.

pre - ces servó - rum tu - ó - rum. E u o u a e.


Sabbato ante Dominicam V. Septembris.

Ad Magnif. Ant. 1. D2

D Omi - ne, * Rex omní - pot - ens, in di - ti - ó - ne tu - a

cuncta sunt pó - sí - ta, et non est qui possit tu - ae re

cuncta sunt pó - sí - ta, et non est qui possit tu - ae re




síste-re vo-luntá-ti. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam I. Octobris.

Ad Magnif.
Ant. 8. G

A D-apé-ri- at Dó-mi-nus * cor vestrum in lege




su-a, et in prae-céptis su-is : et fá-ci- at pa-cem

in di-é-bus nostris. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam II. Octobris.

Ad Magnif.
Ant. 8. G

R E-fúl-sit sol * in clé-pe-os áu-re-os, et resplen-




du-é-runt montes ab e-is, et forti-túdo génti-um dis-


si-pá-ta est. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam III. Octobris.

Ad Magnif.
Ant. I. D


L Ugé-bat autem Judam * Isra-el planctu ma-





gno, et di- cé- bat : Quo- modo ce-ci- dí- sti, po- tens in
 praé- li- o, qui sal- vum fa- ci- é- bas pó- pu- lum Dómi- ni?
 E u o u a e.


Sabbato ante Dominicam IV. Octobris.

Ad Magnif. 
 Ant. I. f

E Xáudi- at Dómi- nus * o- ra- ti- ó- nes vestras, et
 re- concí- li- é- tur vo- bis : nec vos dé- se- rat in témpo- re ma-
 lo Dómi- nus De- us no- ster. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam V. Octobris.

Nisi sit dimittenda, quia haec proximior sit Kalendis Novembris.

Ad Magnif. 
 Ant. I. f

T U- A est pot- énti- a, * tu- um regnum Dómi-

Sabbatis post Pentecosten.




ne, tu es super omnes gentes : da pacem Dómi- ne
in di- é-bus nostris. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam I. Novembris.

Ad Magnif.
Ant. I. a

V I-di Dómi-num sedéntem * super só-li- um ex-
cél-sum, et ple-na e-rat omnis terra ma-jestá-te
e- jus : et e- a quae sub ipso e- rant, replé-
bant templum. E u o u a e.




Sabbato ante Dominicam II. Novembris.

Ad Magnif.
Ant. I. g

A -spi-ce Dómi-ne, * qui- a facta est de-so-
lá- ta cí- vi- tas ple- na di- ví- ti- is : se- det in tri- stí-









e- am, ni-si tu De- us no-ster. E u o u a e.

Si November habeat tantum quatuor Dominicas, tunc Sabbato ante Dominicam II. ad Magnificat dicitur Antiphona Muro tuo. ut infra, et duobus sequentibus Sabbatis dicentur Antiphonae positae etiam infra in Sabbatis ante Dominicam IV. et V.

Sabbato ante Dominicam III. Novembris.



Sabbato ante Dominicam IV. Novembris.



Sabbatis post Pentecosten.




terram palmo conclú-dis : ex-áudi nos Dómi-ne, in




gemí-ti-bus nostris. E u o u a e.

Sabbato ante Dominicam V. Novembris.


Ad Magnif.
Ant. i. D 2



S Uper mu-ros tu- os,* Je-rú-sa-lem, constí-



tu- i custó-des : to-ta di- e et to- ta nocte non ta- cé-



bunt laudá-re no-men Dómi-ni. E u o u a e.

Sabbato post ultimam Dominicam Novembris.

Ad Vesperas, Antiphonae de Laudibus Dominicae I. Adventus; Psalmi de Sabbato ut in Psalterio. Capitulum, Hymnus, V., Antiphona ad Magnificat et Oratio ut in Sabbato ante Dominicam I. Adventus, 210.

ORATIONES ET ANTIPHONAE
IN DOMINICIS

per ordinem dispositae a quarta post Pentecosten
usque ad Adventum.

Dominica IV. post Pentecosten.

Ad Bened.
Ant. I. g

A -scéndens Je-sus * in na-vim, et se-dens,



do-cébat turbas, alle-lú-ia. E u o u a e.

℣. Dóminus regnávít, decórem índuit.


℟. Índuit Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se virtúte.

Oratio.


DA nobis, quaesumus Dómine, † ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órđine dirigátur : * et Ecclésia tua tranquílla devotíone laetétur. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. I. g

P Rae-céptor, * per to-tam noctem labo-rán-tes,



ni-hil cé-pi-mus : in verbo autem tu-o laxá-bo




re-te. E u o u a e.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea.

℟. Sicut incénsus in conspéctu tuo.


Dominica V. post Pentecosten.

Ad Bened.
Ant. 8. G




A

Udístis * qui-a dictum est antíquis : Non occí-



des : qui autem occí-de-rit, re-us e-rit ju-dí-ci-o.



E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui diligéntibus te bona invisibília prae-parásti : † infúnde
córdibus nostris tui amóris afféctum; ut te in ómnibus et
super ómnia diligéntes, * promissiónes tuas, quae omne desidérium
súperant, consequámur. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. 1. D



S


I offers * munus tu-um ante altá-re,



et re-cordá-tus fú-e-ris qui-a fra-ter tu-us habet á-li-

Dominicis post Pentecosten.


557




quid advérsus te : re-línque i-bi munus tu-um ante altá-



re, et vade pri-us re-conci-li-á-ri fratri tu-o :



et tunc vé-ni-ens óffe-res munus tu-um, alle-lú-ia.




E u o u a e.


Dominica VI. post Pentecosten.

Ad Bened.
Ant. 8. G


C




UM turba multa * esset cum Jesu, nec habé-
rent



quod mandu-cá-
rent, convo-cá-tis di-scípu-
lis, a- it il-lis :



Mi- sé-re- or super tur-
bam : qui-a ecce jam trí-
du- o sústi-



nent me, nec habent quod mandú-cent, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus virtutum, cujus est totum quod est optimum : † insere pectóribus nostris amorem tui nómínis, et praesta in nobis religiónis augméntum; * ut quae sunt bona nútrias, ac pietátis stúdio, quae sunt nutrita custódias. Per Dóminum.

Ad Magnif.


Ant. 7. b

M


I-sé- re- or * super turbam : qui- a ecce jam



trídu- o sústi- nent me, nec ha- bent quod mandú- cent : et



si dimí- se- ro e- os je- júnos, de- fí- ci- ent in vi- a, alle-



lú- ia. E u o u a e.


Dominica VII. post Pentecosten.

Ad Bened.


Ant. 8. G

A

T- téndi- te * a falsis prophé- tis, qui vé- ni- unt



ad vos in vesti- méntis óvi- um, intrínse- cus autem



sunt lu- pi rapá- ces : a frúcti- bus e- ó- rum cognoscé- tis

e- os, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur : † te súpplices exorámus; ut nóxia cuncta submóveas, * et ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. I. D

NON pot-est * arbor bo-na fructus ma- los fá-ce-
re, neque arbor ma-la fructus bonos fá-ce-re : omnis
arbor quae non fa-cit fructum bonum, exci-dé-tur, et in
ignem mit-té-tur, alle- lú- ia. E u o u a e.

Dominica VIII. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. I. f

A- it dó-mi-nus vil-li-co : * Quid hoc áudi- o de
te? redde ra-ti- ó-nem vil-li-ca-ti- ó-nis tu- ae, al-le-lú- ia.
E u o u a e.

Oratio.

L Argire nobis, quaesumus Domine, semper spiritum cogitandi quae recta sunt, propitius et agendi: † ut qui sine te esse non possumus, * secundum te vivere valeamus. Per Dominum.

Ad Magnif.

Ant. 4. E


Quid fá-ci-am, * qui-a dómi-nus me- us aufert
 a me vil-li-ca-ti- ó-nem? fô-de-re non vá-le- o, mendi-
 cá-re e-ru- bé-sco: sci- o quid fá-ci- am, ut cum amó-
 tus fú-e-ro a vil-li- ca-ti- ó-ne, re- cí-pi- ant me in
 domos su- as. E u o u a e.

Dominica IX. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. I. g

CUM appró-pinquá-ret * Dómi-nus Je-rú-sa- lem,
 vi-dens ci-vi-tá-tem, fle- vit super il-lam, et di- xit: Qui- a



si cogno-visses et tu : qui- a vé-ni- ent di- es in te,
 et circúmdabunt te in-imí-ci tu- i vallo, et circúmdabunt
 te, et co- angustábunt te úndique, et ad ter-ram prostér-
 nent te : e- o quod non cogno- ví-sti tempus ví-si-ta-
 ti- ó-nis tu- ae, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

Pateant aures misericórdiae tuae Dómine précibus supplicán-
 tium : † et ut peténtibus desideráta concédas, * fac eos quae
 tibi sunt plácita postuláre. Per Dóminum.

Ad Magnif.
 Ant. 8. G



S Cri-ptum est e- nim * qui- a domus me- a
 domus o- ra-ti- ó-nis est cunctis génti-bus : vos au-tem fe-cí-
 stis il-lam spe-lúncam latró- num; et e- rat quo-tí-di-
 e do- cens in templo. E u o u a e.

Dominica X. post Pentecosten.

Ad Bened.
Ant. 1. D 2

S Tans a longe * publi-cánus, no- lé-bat ó-cu- los
ad caelum le-vá- re : sed percu- ti- é-bat pectus su- um, di-
cens : Dē- us, pro-pí-ti- us esto mi- hi pecca- tó- ri.

E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime et miserándo
manífestas : † multiplica super nos misericórdiam tuam; ut
ad tua promíssa currétes, * caeléstium bonórum fácias esse
consórtes. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. 8. G

D Escéndit hic * ju- sti- fi- cá- tus in do- mum
su- am ab il- lo: qui- a omnis qui se ex- ál- tat, humi- li- á-
bi- tur : et qui se hu- mí- li- at, ex- al- tá- bi- tur.

E u o u a e.



Dominica XI. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 5. a

D

UM transí-ret Dó-mi-nus * per mé-di-os fi-nes



E u o u a e.

Oratio.


OMnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ, et mérita súpplícum excédis et vota : † effúnde super nos misericórdiam tuam; ut dimíttas quæ consciéntia méruit, * et adjícias quod orátio non præsúmit. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. 5. a

B

Ene ómni- a fe-cit : * surdos fe- cit audí-



re, et mu-tos loqui. E u o u a e.


Dominica XII. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 8. G

M


Agíster, * quid fa-ci-én-do vi-tam ae-térnam



possi-dé-bo? At il- le di-xit ad e- um : In le-gé quid scri-



ptum est? quó- mo- do le- gis? Dí- li- ges Dómi- num De- um



tu- um ex to- to corde tu- o, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.


OMnípotens et miséricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur : † tríbue quaésumus nobis, * ut ad promissiónes tuas sine offénsione curáramus. Per Dóminum.

Ad Magnif.


Ant. 8. G

H


Omo qui- dam * descendé- bat ab Je- rú- sa- lem in



Jé- richo, et inci- dit in latró- nes : qui é- ti- am de-



spo- li- a- vé- runt e- um, et pla- gis impó- si- tis ab- i- é- runt,



se- mi- ví- vo re- lí- cto. E u o u a e.


Dominica XIII. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. I. D

D

UM intrá- ret Je- sus * quoddam castél- lum, oc-



curré-runt e- i de-cem vi- ri lepró-si : qui ste-té- runt a



longe, et le-va-vé-runt vo-cem, di-cé-ntes : Je- su




praecé-ptor, mi-se-ré-re nostri. E u o u a e.

Oratio.


OMnípotens sempitérne Deus, da nobis fidei, spei, et caritátis augméntum : † et ut mereámur ássequi quod promíttis, * fac nos amáre quod praecípis. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. i. D 2


U



-nus autem ex il-lis, * ut vi- dit qui- a



mundá-tus est, regréssus est, cum magna vo- ce magní-fi-




cans De- um, alle- lú- ia. E u o u a e.


Dominica XIV. post Pentecosten.

Ad Bened.
Ant. 8. G

N



O-lí-te * sol-lí-ci-ti esse di-cé-ntes : Quid mandu-



cá-bimus, aut quid bi-bémus? Scit e-nim Pa-ter vester cae-




lé-stis quid vo-bis ne-cesse sit, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.


Custódi Dómine, quaésumus, Ecclésiám tuam propitiatióne per-pétua : † et quia sine te lábitur humána mortálitás, * tuis semper auxiliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum.

Ad Magnif.


Ant. I. g

**Q**

Uaé-ri-te pri-mum * regnum De- i, et justí-



ti- am e-jus : et haec ómni- a adjí- ci- éntur vo-bis, alle-




lú-ia. E u o u a e.


Dominica XV. post Pentecosten.

Ad Bened.


Ant. I. D

**I**

-bat Je-sus * in ci-vi-tá-tem quae vo-cá-tur



Na- im : et ecce de-fúctus effe-re-bá-tur fí- li- us ú-ni-



cus matris su- ae. E u o u a e.

Oratio.


Ecclesiam tuam Dómine miserátio continuáta mundet et múniat : † et quia sine te non potest salva consistere, * tuo semper múnere gubernétur. Per Dóminum.

Ad Bened.

Ant. 4. A

P

Rophé-ta magnus * surré-xit in no-bis : et qui a



De- us vi-si-tá-vit plebem su- am. E u o u a e.


Dominica XVI. post Pentecosten.

Ad Bened.


Ant. 7. a

C


UM intrá-ret Je-sus * in domum cu-júsdam prín-



ci-pis pha-risae- ó-rum sá-bba-to mandu-cá-re pa-nem : ec-ce



ho- mo quidam hydró-pi-cus e-rat ante il-lum : ipse ve-ro



appre-hén-sum sa- ná-vit e-um, ac dimí- sit. E u o u a e.

Oratio.

TUA nos, quaésumus Dómine, grátia semper et praeveníat et sequátur : * ac bonis opéribus júgiter praestet esse inténtos. Per Dóminum.

568 Dominicis post Pentecosten.

Ad Magnif.

Ant. 7. a

C

UM vo-cátus fú-e-ris * ad núpti-as, re-cúmbe

in novíssimo lo-co : ut dí-cat ti-bi qui te invi-tá-vit :

Amí-ce, ascénde supé-ri-us : et e-rit ti-bi gló-ri-a co-

ram simul discumbénti-bus, alle-lú-ia. E u o u a e.

Dominica XVII. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 8. G

M

Agíster, quod est mandátum magnum in le-ge?

A-it il-li Je-sus : Dí-liges Dóminum De-um tu-um ex

to-to corde tu-o, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DA, quaesumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitáre contágia : *
et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. 4. E

Q


Uid vō- bis * vi-dé-tur de Christo? cu-jus fí-



li- us est? Di- cunt e- i omnes : Da- vid. Di- cit e- is
 Je- sus : Quómo- do Da- vid in spí- ri- tu vo- cat e- um Dó-
 minum, di- cens : Di- xit Dómi- nus Dó- mino me- o : Sede a
 dextris me- is? E u o u a e.

Dominica XVIII. post Pentecosten.

Ad Bened.
 Ant. 1. f




D I- xit Dóminus * pa- ra- lý- ti- co : Confi- de fi- li :
 remittúntur ti- bi peccá- ta tu- a. E u o u a e.

Oratio.

D irigat corda nostra, quaesumus Dómine, tuae miseratiónis operatio : * quia tibi sine te placere non póssumus. Per Dóminum.

Ad Magnif.
 Ant. 4. E




T U- lit ergo * pa- ra- lý- ti- cus lectum su- um in



quo ja-cé-bat, māgní-fi-cans De-um : et omnis plebs, ut
vi-dit, de-dit laudem De-o. E u o u a e.

Dominica XIX. post Pentecosten.

Ad Bened.
Ant. 8. G*


D I-ci-te invi-tá-tis : * Ecce prándi-um me-um
pa-rá-vi : ve-ní-te ad núpti-as, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens et miséricors Deus, univérſa nobis adversántia propitiátus exclúde : † ut mente et córpore páriter expedíti, * quae tua sunt, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. 3. a


INtrá-vit autem rex, * ut vi-dé-ret di-scumbén-tes, et vi-dit i-bi hómi-nem non vestí-tum veste nupti-á-li, et a-it il-li : Amí-ce, quómo-do huc intrá-sti, non ha-bens vestem nupti-á-lem? E u o u a e.

Dominica XX. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 1. f

E - rat quidam régu- lus, cu- jus fí- li- us infirma-
 bá- tur Caphárna- um : hic cum audísset qui- a Je- sus ve-
 ní- ret in Ga- li- laé- am, ro- gá- bat e- um, ut sa- ná- ret
 fí- li- um e- jus. E u o u a e.

Oratio.

L Argíre, quaesumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam pla-
 cáus et pacem : † ut páriter ab ómnibus mundéntur offén-
 sis, * et secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum.

Ad Magnif.

Ant. 3. a

C Ognó- vit autem pa- ter * qui- a il- la ho- ra
 e- rat, in qua di- xit Je- sus : Fí- li- us tu- us vi- vit : et
 cré- di- dit ipse, et domus e- jus to- ta. E u o u a e.

Dominica XXI. post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. 8. G

D I-xit autem * dómi-nus servo : Redde quod de-
 bes; pró-ci-dens autem servus il-le rogábat e-um, di-cens :
 Pa-ti-énti-am habe in me, et ómni-a reddam ti-bi.
 E u o u a e.

Oratio.

FAmíliam tuam, quaesumus Dómine, continúa pietáte custódi : †
 ut a cunctis adversitatibus te protegente sit líbera, * et in
 bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum.

Ad Magnif.


Ant. 6. c

S Er- ve ne- quam, * omne dé-bi-tum di-mí-si
 ti-bi, quó-ni- am rogásti me : nonne ergo opórtu- it et
 te mí-se-ré-ri consérvi tu- i, sic-ut et ego tu- i mi-
 sértus sum? alle-lú- ia. E u o u a e.

Dominica XXII. post Pentecosten.

Ad Bened.
Ant. 8. G**M**

Agíster, * scimus qui- a ve-rax es, et vi-am




De- i in ve-ri-tá-te do-ces, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, refúgium nostrum et virtus : † adésto piis Ecclésiae
 tuae précibus, auctor ipse pietátis, et praesta; * ut quod
 fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. 1. g**R**

Eddi-te ergo * quae sunt Caésa- ris Caésa- ri,



et quae sunt De- i De- o, alle- lú-ia. E u o u a e.

*Si sequens Dominica fuerit ultima post Pentecosten, ejus loco ponitur
 XXIV., ut infra, et Officium hujus Dominicae ponitur in Sabbato praece-
 denti non impedito Festo IX Lectionum; alioquin Feria VI., vel alia simi-
 liter non impedita.*

Dominica XXIII. post Pentecosten.

Ad Bened.
Ant. 1. g**D**


I- cé-bat e-nim intra se : * Si te-tí-ge-ro fím-




bri- am vestiméti e-jus tantum, salva e- ro. E u o u a e.

Oratio.


A Bsólve, quaésumus Dómine, tuórum delícta populórum : † ut
a peccatórum néxibus, quae pro nostra fragilitáte contráxi-
mus, * tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

Ad Magnif. 
Ant. I. f

A T Je-sus convérsus, * et vi-dens e- am, di- xit :



Confide, fi- li- a : fides tu- a te salvam fe- cit, alle- lú- ia.



E u o u a e.

Dominicae post Pentecosten non possunt esse pauciores XXIII., neque plures XXVIII. Cum autem fuerint plures XXIV. tunc post XXIII. Dominicam resumuntur quae eo anno superfuerunt post Epiphaniam, quoad Orationem et Antiphonas ad Benedictus et Magnificat, hoc ordine :

Si Dominicae post Pentecosten fuerint XXV., Dominica XXIV. post Pentecosten erit quae est VI. post Epiphaniam.

Si fuerint XXVI., Dominica XXIV. erit quae est V. post Epiphaniam, et XXV. quae est VI.

Si fuerint XXVII., Dominica XXIV. erit quae est IV. post Epiphaniam, XXV. erit V., et XXVI. erit VI.

Si fuerint XXVIII., Dominica XXIV. erit quae est III. post Epiphaniam, XXV. erit IV., XXVI. erit V., XXVII. erit VI.

Ultimo loco semper ponitur quae sequitur hic in ordine XXIV.

Dominica III. quae superfuit post Epiphaniam.

Ad Benedictus, Antiphona. Cum autem descendisset. 337.

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus.

Ad Magnificat, Antiphona. Dómine, si tu vis. 337.

Dominica IV. quae superfuit post Epiphaniam.

Ad Benedictus, Antiphona. Ascendente Jesu. 338.*Oratio.* Deus, qui nos in tantis periculis.*Ad Magnificat, Antiphona.* Dómine, salva nos. 338.

Dominica V. quae superfuit post Epiphaniam.

Ad Benedictus, Antiphona. Dómine, nonne bonum. 339.*Oratio.* Famíliam tuam, quaesumus Dómine.*Ad Magnificat, Antiphona.* Colligite primum. 339.

Dominica VI. quae superfuit post Epiphaniam.

Ad Benedictus, Antiphona. Símile est regnum caelórum grano. 340.*Oratio.* Praesta, quaesumus omnipotens Deus.*Ad Magnificat, Antiphona.* Símile est regnum caelórum fermento. 340.

Dominica XXIV. et ultima post Pentecosten.

Ad Bened.

Ant. I. D 2

C

UM vi-dé-ri-tis * abomi-na-ti-ónem de-so-la-

ti-ónis, quae dicta est a Dani-é-le prophé-ta, stantem

in lo-co sancto : qui le-git, intél-ligat. E u o u a e.

Oratio.


EXcita, quaesumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes : † ut divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, * pietátis tuae remédia majóra percípiant. Per Dóminum.

Ad Magnif.
Ant. I. f




A

-men di-co vo-bis : * qui- a non praeter-í-bit




ge-ne-rá-ti- o haec, donec ómni- a fi- ant : cae- lum et



terra transí-bunt, verba autem me- a non transí-bunt di-



cit Dómi-nus. E u o u a e.





PSALMI FESTIVI AD LAUDES ET VESPERAS.

Psalmi ad Laudes.

Psalmus 92.

Dominus regnâvit, decórem
indútus est : * indútus est
Dóminus fortitúdinem, et prae-
cínxit se.

Etenim firmávit orbem ter-
rae, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc : *
a saéculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómi-
ne : * elevavérunt flúmina vo-
cem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus
suos, * a vóci bus aquárum mul-
tárum.

Mirábiles elatiónes maris : *
mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília fa-
cta sunt nimis : * domum tuam
deceat sanctitúdo Dómine in lon-
gitúdinem diérum.

Glória Patri.

Psalmus 99.

Jubiláte Deo omnis terra : *
servíte Dómino in laetítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in
exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse
est Deus : * ipse fecit nos, et
non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves pá-
scae ejus : † introíte portas

ejus in confessi óne, * átria
ejus in hymnis : confitémini
illi.

Laudáte nomen ejus : quó-
niam suávis est Dóminus, † in
aetérnum misericórdia ejus, * et
usque in generatióne et gene-
ratióne veritas ejus.

Glória Patri.

Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de
luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, *
quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta et ínvia et
inaquósa : † sic in sancto appá-
rui tibi, * ut vidérem virtútem
tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est miseri-
córdia tua super vitas : * láb-
bia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita
mea : * et in nómine tuo levábo
manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine
repleátur ánima mea : * et
lábii exsultatiónis laudábit os
meum.

Si memor fui tui super stra-
tum meum, † in matutínis me-
ditábor in te : * quia fuísti
adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuá-
rum exsultábo, † adhaésit ánima
mea post te : * me suscepit
déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quaesié-
runt ánimam meam, † introí-
bunt in inferióra terrae : * tra-
déntur in manus gládii, partes
vúlpium erunt.

Rex vero laetábitur in Deo, †
laudabúntur omnes qui jurant
in eo : * quia obstructum est os
loquéntium iníqua.

Glória Patri.

Canticum trium puerorum.

Dan. 3, 57-88 et 56.

Benedícite ómnia ópera Dó-
mini Dómino : * laudáte et
superexaltáte eum in saécula.

Benedícite Angeli Dómini Dó-
mino : * benedícite caeli Dó-
mino.

Benedícite aquae omnes quae
super caelos sunt Dómino : *
benedícite omnes virtútes Dó-
mini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómi-
no : * benedícite stellae caeli
Dómino.

Benedícite omnis imber et ros
Dómino : * benedícite omnes
spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et aestus Dó-
mino : * benedícite frigus et
aestus Dómino.

Benedícite rores et pruína Dó-
mino : * benedícite gelu et fri-
gus Dómino.

Benedícite glácies et nives
Dómino : * benedícite noctes et
dies Dómino.

Benedícite lux et ténebrae Dó-
mino : * benedícite fúlgura et
nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : *
laudet et superexáltet eum in
saécula.

Benedícite montes et colles
Dómino : * benedícite univér-
sa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : *
benedícite mária et flúmina Dó-
mino.

Benedícite cete et ómnia quae
movéntur in aquis Dómino : *
benedícite omnes vólucres caeli
Dómino.

Benedícite omnes béstiae et
pécora Dómino : * benedícite
fílii hóminum Dómino.

Benedícite Israel Dóminum : *
laudet et superexáltet eum in
saécula.

Benedícite sacerdótes Dómini
Dómino : * benedícite servi Dó-
mini Dómino.

Benedícite spíritus et ánimae justórum Dómino : * benedícite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in saécula.

Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíritu : * lau-

démus et superexaltémus eum in saécula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto caeli : * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saécula.

Hic non dicitur Glória Patri, neque Amen.

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de caelis : * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : * laudáte eum omnes stellae et lumen.

Laudáte eum caeli caelórum : * et aquae omnes quae super caelos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in aetérnum et in saéculum saéculi : * praecéptum pósuit, et non praeteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies,

spíritus procellárum : * quae faciunt verbum ejus :

Montes et omnes colles : * ligna fructifera et omnes cedri.

Béstiae et univérsa pécora : * serpéntes et vólucres pennátae.

Reges terrae et omnes pópuli : * príncipes et omnes júdices terrae.

Júvenes et vírgines : † senes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super caelum et terram : * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Glória Patri.

Canticum Zachariae. *Luc. 1, 68-79.*

Benedíctus Dóminus Deus Israel, * quia visitávit, et fecit redemptionem plebis suae.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctorúm, * qui a saéculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, *

et de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et justítia coram ipso, * omnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis : * praeíbis enim ante faciém Dómini paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salutis

plebi ejus, * in remissionem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiae Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his qui in ténébris et in umbra mortis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

PSALMI VESPERTINI.

Psalmi de Dominica.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuae emíttet Dóminus ex Sion : * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuae in splendóribus sanctórum : * ex útero ante lucíferum génuí te.

Jurávit Dóminus et non pænitébit eum : * Tu es sacérdos in aetérnum secúndum órđinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die irae.suae reges.

Judicábit in natió nibus, implebit ruínas : * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrén te in via bibet : * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.

Psalmus 110.

Confitebor tibi Dómine in toto corde meo : * in consílio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : * exquisita in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus ejus : * et justítia ejus

manet in saeculum saeculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus : * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in saeculum testaménti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis haereditatem gentium : * ópera mánuum ejus veritas et júdícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus : † confirmáta in saéculum saéculi : * facta in veritáte et aequitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in aetér-

num testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen ejus : * inítium sapiéntiae timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in saéculum saéculi.

Glória Patri.

Psalmus 111.

BEátus vir qui timet Dóminum : * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo ejus : * et justítia ejus manet in saéculum saéculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis : * miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos in júdício : * quia in aetérnum non commovébitur.

In memória aetérna erit justus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus : * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus : † justítia ejus manet in saéculum saéculi : * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet : * desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri.

Psalmus 112.

LAudáte púeri Dóminum : * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in saéculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super caelos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et hu-

mília réspicit in caelo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, matrem filiórum laetántem.

Glória Patri.

Psalmus 113.

IN éxitu Israel de Ægýpto, *
domus Jacob de pópulo bár-
baro :

Facta est Judaéa sancti-
ficatio ejus, * Israel potestas
ejus.

Mare vidit, et fugit : *
Jordánis convérsus est retrór-
sum.

Montes exsultavérunt ut
arietes : * et colles sicut agni
óvium.

Quid est tibi mare quod fugí-
sti? * et tu Jordánis, quia con-
vérsus es retrórsum?

Montes exsultástis sicut aríe-
tes, * et colles sicut agni
óvium?

A fácie Dómini mota est ter-
ra, * a fácie Dei Jacob :

Qui convértit petram in sta-
gna aquárum, * et rupem in
fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non no-
bis : * sed nómini tuo da gló-
riam.

Super misericórdia tua et
veritate tua : * nequándo
dicant gentes : Ubi est Deus
eórum?

Deus autem noster in cae-
lo : * ómnia quaecúmque vó-
luit, fecit.

Simulácula géntium argéntum
et aurum, * ópera mánuum hó-
minum.

Os habent, et non loquén-
tur : * óculos habent, et non
vidébunt.

Aures habent, et non áu-

dient : * nares habent, et non
odorábunt.

Manus habent, et non palpá-
bunt : † pedes habent, et non
ambulábunt : * non clamábunt
in gútture suo.

Símiles illis fiant qui faciunt
ea : * et omnes qui confidunt in
eis.

Domus Israel sperávit in Dó-
mino : * adjútor eórum et pro-
tector eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dó-
mino : * adjútor eórum et pro-
tector eórum est.

Qui timent Dóminum spera-
vérunt in Dómino : * adjútor
eórum et protector eórum est.

Dóminus memor fuit nostri : *
et benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israel : * be-
nedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus qui timent
Dóminum, * pusíllis cum majó-
ribus.

Adjíciat Dóminus super vos : *
super vos, et super filios ve-
stros.

Benedícti vos a Dómino, * qui
fecit caelum et terram.

Caelum caeli Dómino : * ter-
ram autem dedit filiis hómi-
num.

Non mórtui laudábunt te Dó-
mine : * neque omnes qui de-
scéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus benedí-
cimus Dómino, * ex hoc nunc
et usque in saéculum.

Glória Patri.

Canticum Beatae Mariae Virginis. *Luc. 1, 46-55*

Magnificat * ánima mea
Dóminum :

Et exsultávit spíritus meus *
in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem
ancillae suae : * ecce enim ex
hoc beátam me dicent omnes
generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui
potens est : * et sanctum nomen
ejus.

Et misericórdia ejus a progé-
nie in progénies * tíméntibus
eum.

Fecit poténtiam in bráchio
suo : * dispérsit supérbos mente
cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, *
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : *
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum
suum, * recordátus misericór-
diae suae.

Sicut locútus est ad patres
nostros, * Abraham, et sémini
ejus in saécula.

Glória Patri.

Alii Psalmi pro diversitate Festorum.

E Communi Apostolorum et Martyrum.

Psalmus 116.

Laudáte Dóminum omnes
gentes : * laudáte eum
omnes pópuli :

Quóniam confirmáta est super

nos misericórdia ejus : * et
véritas Dómini manet in aéter-
num.

Glória Patri.

Psalmus 115.

Credidi, propter quod locú-
tus sum : * ego autem hu-
miliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : *
Omnis homo mendax.

Quid retríbuiam Dómino, * pro
ómnibus quae retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : *
et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam
coram omni pópulo ejus : *
pretiósá in conspéctu Dómini

mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus
tuus : * ego servus tuus, et
filius ancillae tuae.

Dirupísti víncula mea : †
tibi sacrificábo hóstiam laudis, *
et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in
conspéctu omnis pópuli ejus, *
in átriis domus Dómini, in médio
tui Jerúsalem.

Glória Patri.

E Communi Apostolorum.

Psalmus 125.

IN converténdo Dóminus captivitátem nostram : * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatióne.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum : * facti sumus laetántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui sémant in lácrimis, * in exsultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, * portántes manípulos suos.

Glória Patri.

Psalmus 138.

Domine, probásti me, et cognovísti me : * tu cognovísti sessiónem meam et resurrectionem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe : * sémitam meam et funiculum meum investigásti.

Et omnes vias meas praevidísti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima et antiqua : * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a facie tua fúgiam?

Si ascéndero in caelum, tu illic es : * si descéndero in inférnum, ades.

Si sumpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris :

Etenim illic manus tua dedúcet me : * et tenébit me dextera tua.

Et dixi : Fórsitan ténebrae conculcábunt me : * et nox illuminátió mea in delíciis meis.

Quia ténebrae non obscurabúntur a te, † et nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebrae ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : * suscepísti me de útero matris meae.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es : † mirabilia ópera tua, * et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occulto : *

et substántia mea in inferióribus terrae.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, † et in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Déus : * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur : * exsurrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatóres : * viri sánguinem declináte a me :

Quia dícitis in cogitatíone : * accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam? * et super inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos : * et inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum : * intérroga me, et cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est : * et deduc me in via aetérna.

Glória Patri.

E Communi Confessorum Pontificum.

Psalmus 131.

MEménto Dómine David, * et omnis mansuetúdinis ejus :

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domus meae, * si ascéndero in lectum strati mei :

Si dédero somnum óculis meis, * et pálpebris meis dormitátionem :

Et réquiem tempóribus meis : donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata : * invénimus eam in campis silvae.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem

tuam, * tu et arca sanctificatiónis tuae.

Sacerdótes tui induántur justítiam : * et sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum, * non a vértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testaméntum meum, * et testimónia mea haec, quae docébo eos :

Et filii eórum usque in saéculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dominus Sion : * elégit eam in habitatióne sibi.

Haec réquies mea in saéculum

saeculi : * hic habitabo quoniam
elegi eam.

Vidua eius benedicens bene-
dicam : * pauperes eius saturabo
panibus.

Sacerdotes eius induam sa-
lutari : * et sancti eius ex-
ultatione exultabunt.

Illuc producam cornu Da-
vid : * paravi lucernam Christo
meo.

Inimicos eius induam confu-
sione : * super ipsum autem ef-
florabit sanctificatio mea.

Glória Patri.

E Communi Virginum.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his quae di-
cta sunt mihi : * In domum
Dómini ibimus.

Stantes erant pedes no-
stri, * in atriis tuis tuis Jerú-
salem.

Jerúsalem, quae aedificatur ut
civitas : * cujus participatio ejus
in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus,
tribus Dómini : * testimonium
Israel ad confitendum nómini
Dómini.

Quia illic sederunt sedes in

judicio, * sedes super domum
David.

Rogate quae ad pacem sunt
Jerúsalem : * et abundantia
diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua : * et
abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et próxi-
mos meos, * loquebar pacem
de te :

Propter domum Dómini Dei
nostri, * quaesivi bona tibi.

Glória Patri.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus aedificaverit
domum, * in vanum labo-
raverunt qui aedificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civi-
tatem, * frustra vigilat qui cu-
stodit eam.

Vanum est vobis ante lucem
surgere : * surgite postquam
sederitis, qui manducatis panem
doloris.

Cum dederit dilectis suis som-

num : * ecce haereditas Dó-
mini, filii : merces, fructus
ventris.

Sicut sagittae in manu potén-
tis : * ita filii excussorum.

Beatus vir qui implévit desi-
derium suum ex ipsis : * non
confundetur cum loquetur ini-
micis suis in porta.

Glória Patri.

Psalmus 147.

LAuda Jerúsalem Dómi-
num : * lauda Deum tuum
Sion.

Quóniam confortávit seras
portárum tuárum : * benedíxit
filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pa-
cem : * et ádipe fruménti sá-
tiat te.

Emíttet verbum suum, et li-
quefaciet ea : * flabit spíritus
ejus, et fluent aquae.

Qui annúntiat verbum suum
Jacob : * justítias et judi-

Qui emíttet elóquium suum
terrae : * velóciter currit sermo
ejus.

Qui dat nivem sicut la-
nam : * nébulam sicut cínerem
spargit.

Mittit crystállum suam sicut
buccéllas : * ante fáciem frígo-
ris ejus quis sustinébít?
cia sua Israel.

Non fecit táliter omni natió-
ni : * et judícia sua non manife-
stávit eis.

Glória Patri.

In variis Festivitatibus.

Psalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in
toto corde meo : * quóniam
audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psal-
lam tibi : * adorábo ad templum
sanctum tuum, et confitébor
nómini tuo.

Super misericórdia tua et ve-
ritáte tua : * quóniam magni-
ficásti super omne, nomen san-
ctum tuum.

In quacúmque die invocávero
te, exáudi me : * multiplicábis
in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine om-
nes reges terrae : * quia audié-
runt ómnia verba oris tui :

Et content in viis Dómini : *
quóniam magna est glória Dó-
mini.

Quóniam excélsus Dóminus,
et humília réspicit : * et alta
a longue cognóscit.

Si ambulávero in médio tri-
bulatiónis, vivificábis me : †
et super iram inimicórum meó-
rum extendísti manum tuam, *
et salvum me fecit délixtera
tua.

Dóminus retríbuet pro me : †
Dómine misericórdia tua in saé-
culum : * ópera mánuum tuá-
rum ne despicias.

Glória Patri.

ANTIPHONAE ET VERSUS
PRO COMMEMORATIONIBUS SANCTORUM
AD LAUDES ET VESPERAS.


PRO MARTYRIBUS.

Tempore Paschali.

In I Vesperis.

Antiphona.

I.




L UX perpé-tu-a * lu-cé-bit Sanctis tu- is, Dómi-
ne : et ae-térni-tas témpo-rum, al-le-
lú-ia.

℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúia.

℟. Vos elégit Deus in haereditátem sibi, allelúia.


Ad Laudes.

Ant.
I.



F I-li-ae Je-rú-sa-lem, * ve-ní-te, et vi-dé-te Mártý-

In Commemorationibus Sanctorum 577¹²




res cum co-ró- nis quibus co-ro-ná- vit e- os Dómi-
nus in di- e sol- emni-tá- tis et lae- tí- ti- ae,
alle- lú- ia, alle- lú- ia.

∩. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúia.

℞. Mors Sanctórum ejus, allelúia.

In II Vesperis.

Ant.
8.



S Anc- ti et justí * in Dómi- no gaudé- te, alle- lú- ia :

vos e- lé- git De- us in haere- di- tá- tem si- bi, alle- lú- ia :

∩. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúia.


℞. Mors Sanctórum ejus, allelúia.

PRO UNO MARTYRE

Extra Tempus Paschale.


In I Vesperis.

Ant.
8.




I - ste Sanctus * pro le- ge De- i su- i certá- vit

577¹³ In Commemorationibus Sanctorum.



usque ad mortem, et a verbis impi- ó-rum non tímu- it :




fundá- tus e- nim e- rat supra firmam pe- tram.


∇. Glória et honóre coronásti eum, Dómine.

℞. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Laudes.



Q UI o- dit * á- ni- mam su- am in hoc mundo, in




vi- tam ae- térnám custó- dit e- am.


∇. Justus ut palma florébit.

℞. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

In II Vesperis.



Q UI vult ve- ní- re post me, * ábne- get semet- ípsum



et tollat cru- cem su- am, et sequá- tur me.

∇. Justus ut palma florébit.


℞. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

PRO PLURIBUS MARTYRIBUS.

Extra Tempus Paschale.

In I Vesperis.

Ant.
8.



I -stó-rum est e-nim * regnum caeló-rum, qui contempse-

runt vi-tam mundi, et pervené-runt ad praémi- a regni,


et lavé-runt sto-las su- as in sán- gui-ne Agni.

℣. Laetámini in Dómino, et exsultáte justí.

℞. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Laudes.

Ant.
5.



V Estri ca-píl-li cá-pi-tis * omnes nume-rá-ti sunt :


no- lí-te timé-re : multis passé-ri-bus me-li- ó-res estis vos

℣. Exsultábunt Sancti in glória.

℞. Laetabúntur in cubílibus suis.

In II Vesperis.

Ant.
6.



G Audent in cae- lis * ánimae Sanctó- rum, qui Chri-

577¹⁵ In Commemorationibus Sanctorum.

sti ve-stí-gi- a sunt se- cú- ti : et qui- a pro e- jus
amó- re sángui- nem su- um fu- dé- runt, íd- e- o cum

Chri- sto exsúltant · si- ne fi- ne.

℣. Exsultábunt Sancti in glória.

℞. Laetabúntur in cubílibus suis.

PRO CONFESSORE PONTIFICE.

In I Vesperis.

Ant.
I.
S Acér- dos et Pónti- fex, * et virtú- tum ó- pi- fex,
pastor bone in pó- pu- lo : o- ra pro no- bis Dóminum.

T. P. Alle- lú- ia.


℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (*T. P.* Allelúia.)

℞. Stolum glóriæ índuit eum. (*T. P.* Allelúia.)


Ad Laudes.

Ant.
I.
E U- ge, * serve bone et fi- dé- lis, qui- a in

In Commemorationibus Sanctorum 577¹⁶



pauca fu-ísti fi-dé- lis, supra multa te constí-tu- am,



di-cit Dómi-nus. *T. P. Alle- lú- ia.*

∿. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (*T. P. Allelúia*).

℞. Et osténdit illi regnum Dei. (*T. P. Allelúia*).


In II Vesperis.

Ant.

I.



A-mávit e- um Dómi-nus, * et orná-vit e- um :



sto-lam gló-ri- ae índu- it e- um, et ad portas pa-ra-dí-



si co-roná-vit e- um. *T. P. Alle- lú- ia.*

∿. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (*T. P. Allelúia*).

℞. Et osténdit illi regnum Dei. (*T. P. Allelúia*).

PRO SUMMIS PONTIFICIBUS.

In II Vesperis.


Ant.

I.




DUM esset summus Pónti-fex, * ter-ré-na non mé-

577²⁷ In Commemorationibus Sanctorum.



tu- it : sed ad caelésti- a regna glo-ri- ó-sus migrá- vit.



T. P. Alle- lú- ia.


V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (*T. P.* Allelúia).
R. Et osténdit illi regnum Dei. (*T. P.* Allelúia).

PRO DOCTORIBUS.


In utrisque Vesperis.

Ant.
2.


O



Doctor óptime, * Ecclé-si-ae sanctae lu- men,



be- á te *A.*, * di- vínae le- gis a- má- tor : de- pre- cá- ro




pro no- bis Fí- li- um De- i. *T. P.* Alle- lú- ia.

* Nomina Doctorum Ecclesiae.



Bé- da	Al- bér- te	Ba- sí- li	Gregó- ri
Ephraem	Ambró- si	Bernárde	Hi- lá- ri
Le- o	An- sélme	Cy- ríl- le	Jo- ánnes
Pe- tre	An- tó- ni	Francisce	Robér- te
Thoma			


In Commemorationibus Sanctorum. 577¹⁸



Atha-ná-si
Augustí-ne
I-si-dó-re


Hieró-nyme

Bo-na-ventú-ra



Petre Chry-só-lo-ge

Alphónse Ma-rí-a



Jo-ánnes Chry-sóstome

In I Vesperis :

℣. Amavit eum Dóminus, et ornávit eum. (T. P. Allelúia).

℟. Stolam glóriæ índuit eum. (T. P. Allelúia).

In II Vesperis :

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúia).

℟. Et osténdit illi regnum Dei. (T. P. Allelúia).

Ad Laudes.

Ant. et ℣. de Confessore Pontifice vel non Pontifice, pro qualitate Sancti.


PRO CONFESSORE NON PONTIFICE.

In I Vesperis.


Ant.

i.

S



Imi-lábo e-um * ví-ro sa-pi-énti, qui ae-di-



fi-cávit domum su-am supra pe-tram. T. P. Alle-lú-ia.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (T. P. Allelúia).

℟. Stolam glóriæ índuit eum. (T. P. Allelúia).

Ad Laudes.

Ant.
4.




E U- ge* serve bo- ne et fi- dé- lis, qui- a in pauca
fu- isti fi- dé- lis, supra multa te constí- tu- am : [intra in
gáudi- um Dó- mi- ni tu- i. *T. P.* Alle- lú- ia.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (*T. P.* Allelúia.)

R. Et osténdit illi regnum Dei. (*T. P.* Allelúia.)

In II Vesperis.

Ant.
8.



H IC vir, despí- ci- ens mundum * et terré- na, tri- úm-
phans, di- ví- ti- as cae- lo cón- dí- dit o- re, ma- nu.

T. P. Alle- lú- ia.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (*T. P.* Allelúia.)


R. Et osténdit illi regnum Dei. (*T. P.* Allelúia.)

PRO UNA VIRGINE.


In I Vesperis.

Ant.
8.

V



Eni sponsa Christi, * acci-pe co-ró-nam, quam



ti-bi Dómi-nus praepa-rá-vit in aetérnum. *T. P. Alle-lú-ia.*

Ÿ. Spécie tua et pulchritú-dine tua. (*T. P. Allelúia.*)

Ŕ. Inténde, próspere procéde, et regna. (*T. P. Allelúia.*)

Ad Laudes.

Ant. Simile est. 577²¹.


Ÿ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (*T. P. Allelúia.*)

Ŕ. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum. (*T. P. Allelúia.*)


In II Vesperis.

Ant.
7.

V



E-ni sponsa Christi, * acci-pe co-ró-nam, quam ti-bi



Dómi-nus praepa-rá-vit in ae-térnum. *T. P. Alle-lú-ia.*


Ÿ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (*T. P. Allelúia.*)

Ŕ. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum. (*T. P. Allelúia.*)


PRO PLURIBUS VIRGINIBUS.

Ad Laudes et Vesperas.

Ant.
4.
P



Ru-déntes Vírgi-nes, * aptá-te lámpá-des vestras : ec-




ce sponsus ve-nit, ex-í-te óbvi-am e- i. *T. P.* Alle-lú-ia.

∩. Adducéntur Regi Vírgines post eam. (*T. P.* Allelúia).
R̄. Próximae ejus afferéntur tibi. (*T. P.* Allelúia).


PRO UNA MARTYRE NON VIRGINE
ET UNA VEL PLURIBUS
NEC MARTYRIBUS NEC VIRGINIBUS

In I Vesperis.


Ant.
8.
S



Imi-le est * regnum caeló-rum hómi-ni nego-ti-a-




tó-ri quaerénti bonas marga-rí-tas : invénta una pre-ti-ó-



sa, de-dit ómni-a su-a, et compa-rá-vit e-am.

In Commemorationibus Sanctorum. 577²²



T. P. Alle-lú- ia.


∩. Spécie tua et pulchritúdine tua. (*T. P.* Allelúia).

℞. Inténde, próspere procéde, et regna. (*T. P.* Allelúia).

Ad Laudes.


Ant.

7.



D

A-te e- i * de fructu mánu-um su- á-rum, et lau-



dent e-am in portis ópe-ra e-jus. *T. P.* Alle-lú- ia.


∩. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (*T. P.* Allelúia).

℞. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum. (*T. P.* Allelúia).

In II Vesperis.

Ant.

8.




M

Anum su-am * apé-ru- it ín-o- pi, et palmas



su- as exténdit ad páupe-rem : et pa- nem o- ti- ó- sa



non co-mé- dit. *T. P.* Alle-lú- ia.

∩. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (*T. P.* Allelúia).

℞. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum. (*T. P.* Allelúia).

¶ **Pro pluribus Martyribus non Virginibus, ad Laudes et Vesperas,**
Ant. Istárum est enim. 645. ∩. Glória et honóre.



COMMEMORATIONES COMMUNES.

Extra Tempus Paschale

SUFFRAGIUM DE OMNIBUS SANCTIS.

Ad Vesperas et Laudes.

Ant.
2.

B E-á-ta De- i Gé-nitrix, * Virgo Ma-rí-a, Sanctí-

que o-mnes intercédant pro no-bis ad Dómi-num.


∇. Mirificávit Dóminus Sanctos suos.

℞. Et exaudivit eos clamántes ad se.

Orémus.

Oratio.

A cunctis nos, quaesumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : * et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitrice María, cum beáto Joseph, beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto *N.* et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem ; ** ut destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, * Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : * qui tecum.




Tempore Paschali

COMMEMORATIO DE CRUCE.

Ad Vesperas et Laudes.

Ant.
6.



C Ru-ci- fixus * surré-xit a mór-tu- is, et red-



émit nos, alle- lú- ia, alle-lú- ia.

℣. Dícite in natió nibus, allelúia.

℞. Quia Dóminus regnáv it a ligno, allelúia.

Orémus.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem : concéde nobis fámulis tuis; ut resurrecti ónis grátiam consequámur. Per eúndem Dóminum.

VERSUS ET ORATIONES

AD ANTIPHONAS MARIALES

in fine Officii.

A Dominica I Adventus usque ad Purificationem.

*Antiphona Alma.**In Adventu :*

V. Angelus Dómini nuntiávit Maríae.

R̄. Et concépit de Spíritu Sancto.

Orémus.

Oratio.

GRátiam tuam, quaesumus Dómine, méntibus nostris infúnde: †
 ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui Incarnatiónem
 cognóvimus, * per passióem ejus et crucem ad resurrectiós
 glóriam perducámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.
 R̄. Amen.

A primis Vesperis Nativitatis Domini et deinceps :

V. Post partum Virgo invioláta permansísti.

R̄. Dei Génitrix, intercède pro nobis.

Orémus.

Oratio.

DEus, qui salutis aetérnae, beatae Maríae virginitáte fecúnda,
 húmáno géneri praémia praestitísti : † tribue, quaesumus;
 ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus
 auctórem vitae suscipere Dóminum nostrum Jesum Christum
 Fílium tuum. R̄. Amen.

A Purificatione usque ad Pascha.

Antiphona Ave.

V. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

R̄. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Orémus.

Oratio.

Concède, miséricors Deus, fragilitáti nostrae praesídium : † ut
 qui sanctae Dei Genitrícis memóriam ágimus, * intercessiós
 ejus auxílio a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúndem
 Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Tempore Paschali.

Antiphona Regina caeli.

V. Gaude et laetare Virgo Maria, alleluia.

R. Quia surrexit Dominus vere, alleluia.

Orémus.

Oratio.

Deus ,qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum laetificare dignatus es : † praesta quaesumus; ut per ejus Genitricem Virginem Mariam * perpetuae capiamus gaudia vitae. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Per Annum, a Festo SS. Trinitatis usque ad Adventum.

Antiphona Salve.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Orémus.


Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante praeparasti : † da, ut cujus commemoratióne laetamur, * ejus pia intercessióne ab instantibus malis et a morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Post Orationem dicitur :

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.



PROPRIUM SANCTORUM

FESTA NOVEMBRIS.

29. Commem. S. Saturnini Martyris.

Ad Vesperas, Ant. Iste Sanctus. [16]. V. Glória et honóre.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui concédís natalítio pérfrui : * ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum.

De Festis occurrentibus in Adventu non fit Officium, nisi fuerit Duplex vel Semiduplex. Festum Duplex I. classis occurrens in Dominica I. Adventus transfertur; si occurrat in aliis Dominicis, fit de eo cum commem. Dominicae. Festum Duplex II. classis occurrens in Dominica quacumque Adventus transfertur. Quodvis aliud Festum Duplex vel Semiduplex, occurrens in Dominica, commemoratur in Laudibus et utrisque Vesperis. De Simplicibus fit tantum commem. etiam in Feriis.

In Vigilia S. Andreae Apostoli.

Si haec Vigilia venerit in Adventu, nihil fit de ea, nisi in Missa. Si vero non venerit in Adventu, fit Officium de Feria, cum Oratione de Vigilia, ut infra.

Si Festum S. Andreae venerit in Feria II., de Vigilia fit Officium in Sabbato praecedenti, et commemoratio S. Saturnini in Dominica.

Ad Laudes ut in Psalterio, dicuntur Preces feriales flexis genibus, 77.

Oratio.

Quaesumus, omnipotens Deus : † ut beátus Andréas Apóstolus, cujus praevenímus festivitátem, tuum pro nobis implóret auxílium; * ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis étiam periculis eruámur. Per Dóminum.

Pro comm. S. Saturnini. Ant. Qui odit. [19]. V. Justus ut palma.

30. Sancti ANDREAE Apostoli.

Duplex II. classis.

In I. Vesperis

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Ps. ut in I. Vesp. Apostolorum.
Hymnus. Exsúltet orbis. [5]. Ψ. In omnem terram.*

Ad Magnificat, Antiphona. 1. f

-NUS ex du-ó-bus *qui se-cú-ti sunt Dómi-
num, e- rat André- as, fra-ter Sí-mó-nis Pe-tri, alle-

lú- ia. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.**Si venerit in Adventu, fit commemoratio Ferae.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

7. c

S

Alve Crux pre-ti- ó-sa, * súsci-pe discí-pu-lum e-jus


qui pe-péndit in te, magíster me-us Chri-stus. E u o u a e.

2. Ant.


8. G

B

E-á-tus André- as * o-rá-bat di-cens : Dó- mi-ne,




Rex aeternae gló-ri-ae, súsci-pe me pendéntem in pa-tí-




bu-lo. E u o u a e.

3. Ant.
8. G




A Ndré-as Chri-sti fámu-lus,*dignus De-i A-pósto-lus,




germánus Pe-tri, et in passi-ó-ne só-ci-us. E u o u a e.


4. Ant.
8. G



M Aximíl-la Christo amá-bi-lis, * tu-lit corpus A-pó-




sto-li : óptimo lo-co cum a-romá-ti-bus sepe lí-vit.




E u o u a e.


5. Ant.
7. a



Q UI persequebántur justum, * demersísti e-os Dómi-



ne in inférno : et in ligno cru-cis dux ju-sti fu-í-sti.



E u o u a e.


Capitulum.

Rom. 10. b.


FRatres : Corde enim créditur ad justítiam, † ore autem conféssio fit ad salútem. * Dicit enim Scriptúra : Omnis qui credit in illum, non confundétur.

Hymnus. Exsúltet orbis gáudiis. [5]. *V.* Annuntiavérunt. [8].


Ad Benedictus, Antiphona.

7. a
C

Oncé-de no-bis * hómi-nem justum : redde no-bis hó-



mi-nem sanctum : ne interfi-ci- ás hómi-nem De- o ca-rum,



justum, mansu-é-tum et pi- um. E u o u a e.

Oratio.

MAjestátem tuam Dómine suppliciter exorámus : † ut sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxstitit prædicátor et rector; * ita apud te sit pro nobis perpétuus intercésor. Per Dóminum.

Si venerit in Adventu, fit commemoratio Ferie.

Ad Tertiam.

Capit. Fratres : Corde enim. *e Laudibus.* *Rq. br.* In omnem terram. [9].

Ad Sextam.

Capitulum.

Rom. 10. c.

NON enim est distíctio Judaí et Graeci : † nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. * Omnis enim quicúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit.

Rq. br. Constitues eos. [9].

Ad Nonam.

Capitulum.

Rom. 10. c.

ISaias enim dicit : Dómine, quis crédidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. † Sed dico : Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, * et in fines orbis terrae verba eórum.

R. *br.* Nimis honoráti sunt. [10].

In II. Vesperis.


Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesp. Apostolorum, [10].

Capitulum ut ad Laudes. Hymnus. Exsúltet orbis. [5].

V. Annuntiavérunt ópera Dei. *R.* Et facta ejus intellexérunt.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. D



CUM perve-nísset * be-á-tus André-as ad lo-cum
 u-bi crux pa-rá-ta e-rat, exclamávit et di-xit : O
 bo-na crux, di-u de-si-de-rá-ta, et jam concu-piscé-nti
 á-nimo praepa-rá-ta : se-cú-rus et gaudens vé-ni-o ad te :
 i-ta et tu exsúl-tans suscí-pi-as me, discípu-lum e-
 jus qui pe-pén-dit in te. E u o u a e.

Et fit commemoratio Ferae, si venerit in Adventu.



FESTA DECEMBRIS.

2. S. Bibianae Virginis et Martyris.

Semiduplex.

Oratio.

DEus ómnium largítor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore martýrii palmam conjunxísti : † mentes nostras ejus intercessióne tibi caritáte conjúnge; * ut amótiis perículis, praemia consequámur aetérna. Per Dóminum.

*Et fit commemoratio Ferae in Adventu.**Vesp. de seq., comm. praeced. et Ferae.*

3. S. Francisci Xaverii Confessoris.

Duplex majus.

Oratio.

DEus, qui Indiárum gentes beáti Francisci praedicatióne et miraculis Ecclesiae tuae aggregáre voluísti : † concéde propítius; ut cujus gloriósa mérita venerámur, * virtútum quoque ímitémur exéempla. Per Dóminum.

*Comm. S. Bibianae. Ant. Veni sponsa. [96]. V. Diffusa est. Postea Ferae.**In Vesp. comm. seq. et Ferae, ac S. Barbarae Virg. et Mart.*4. S. Petri Chrysologi Episcopi, Confessoris,
et Ecclesiae Doctoris.*Duplex. (m. t. v.)**Ant. O Doctor... beáte Petre Chrysólogo. [66]. V. Amávit eum.*

Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium, divínitus praemonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclesiam tuam éligi voluísti : † praesta, quaesumus; ut quem Doctórem vitae habuimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

Deinde comm. Ferae. Postremo S. Barbarae Virg. et Mart. Ant. Veni sponsa. [86]. V. Spécie tua.

Oratio.

DEus, qui inter cetera potentiae tuae miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti : * concede propitius; ut qui beatae Barbarae Virginis et Martyris tuae natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

In Laud. comm. Ferae et S. Barbarae. Ant. Simile est. [92]. V. Diffusa est.

In II. Vesperis, comm. Ferae et seq.

5. Commemoratio S. Sabbae Abbatis.

Ant. Similabo eum. [73]. V. Amavit.

Oratio.

INtercessio nos, quaesumus Domine, beati Sabbae Abbatis commendet : * ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

In Laud. Ant. Euge serve bone. [82]. V. Justum deduxit.

6. S. Nicolai Episcopi, Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui beatum Nicolaum Pontificem innumeris decorasti miraculis : † tribue, quaesumus; ut ejus meritis et precibus, * a gehennae incendiis liberemur. Per Dominum.

Comm. Ferae.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et Ferae.

7. S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct.

Duplex. (m. t. v.)

Ant. O Doctor optime. [66].

Oratio.

DEus, qui populo tuo aeternae salutis beatum Ambrsium ministrum tribuisti : † praesta, quaesumus; ut quem Doctorem vitae habuimus in terris, * intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum.

Comm. S. Nicolai. Ant. Amavit eum. [65]. V. Justum. Postea Ferae.

De Vigilia Immaculatae Conceptionis B. M. V. nihil fit nisi in Missa.

Vesperae de sequenti, comm. Ferae tantum.



Die 8. Decembris.

IMMACULATAE CONCEPTIONIS

BEATAE MARIAE VIRGINIS.

Duplex I. classis cum Octava communi.

IN I. VESPERIS.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi in Festis B. M. V., [114].


Capitulum ut infra ad Laudes.

Hymnus. Ave maris stella. [117].


∮. Immaculáta Concéptio est hódie sanctae Maríae Vírginis.

℞. Quae serpéntis caput virgíneo pede contrívit.


Ad Magnificat, Antiphona. 8. G



E-ATAM me di-cent * omnes ge-ne-



ra-ti-ónes, qui- a fe-cit mi-hi ma-



gna qui pot-ens est, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit commemoratio Feriae tantum.


Ad Completorium et Horas diei, Hymni cantantur in tono Festorum B. M. V., et in fine dicitur: Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Virgine. Quae duxologia servatur per totam Octavam ad omnes Hymnos ejusdem metri, praeterquam in Officio Dominicae infra Octavam vel in die Octava occurrentis. — Tonus vero assignatus pro Horis et Completorio servatur per totam Octavam ad easdem Horas tantum, etiam in Festis, praeterquam in ipsa Dominica occurrente.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Ant. 1. g 2




OTA pulchra es Ma-rí-a, * et mácu-la o-ri-gi-




ná-lis non est in te. E u o u a e.

2. Ant.

8. G




Estiméntum tu-um * cándidum qua-si nix, et fá-




ci-es tu-a sic-ut sol. E u o u a e.

3. Ant.

8. c



U gló-ri-a Je-rú-sa-lem, * tu lae-tí-ti-a Isra-el, tu



hono-ri-fi-cénti-a pópu-li nostri. E u o u a e.

4. Ant.
7. a**B**

Ene-dí-cta es tu, * Virgo Ma-rí- a, a Dómi-no

De-o excélsio prae ómni-bus mu-li- é-ri-bus super ter-ram.

E u o u a e.

5. Ant.
3. a 2**T**

Ra-he nos * Virgo imma-cu-lá-ta, post te curré-

mus in odó-rem unguentó-rum tu- ó-rum. E u o u a e.

Capitulum.

Prov. 8. c.

Dominus possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípío. † Ab aetérno ordináta sum, et ex antiquis ántequam terra fieret : * nondum erant abýssi, et ego jam concépta eram.

Hymnus. O gloriósa Vírginum. [122].

Ÿ. Immaculáta Concéptio est hódie sanctae Maríae Vírginis.

Ŕ. Quae serpéntis caput virgíneo pede contrívit.


Ad Benedictus, Antiphona.¹

3. a


A

- it Dóminus De- us * ad serpéntem : In-imi-cí-

ti- as po-nam inter te et mu-lí- e-rem, et semen tu- um,



et semen il-lí- us : i- psa cónte-ret caput tu- um, alle-



lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui per Immaculátam Vírginis Conceptionem dignum Fílio tuo habitáculum praeeparásti : † quaesumus ; ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui praevísa, eam ab omni labe praeservásti, * nos quoque mundos ejus intercessióne ad te pervenire concédas. Per eúmdem Dóminum.


Et fit commemoratio Feriae.

Ad Primam.


In R̄. br. ∇. Qui natus es de María Vírgine. 20. Et dicitur per totam Octavam, etiam in Festis occurrentibus, non vero in Dominica quae infra Octavam vel in Octava occurrit.

Ad Tertiam.

Capitulum. Dóminus possédit me. e Laudibus.



DE- us omní-pot-ens * Praecínxit me virtú- te. ∇. Et



pó-su- it immacu- lá- tam vi- am me- am. Gló- ri- a Patri.

∇. In hoc cognóvi quóniam voluísti me.

R̄. Quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Ad Sextam.

Capitulum.

Ezech. 44.

POrta haec clausa erit, non aperiétur, et vir non intrábit per eam, † quóniam Dóminus Deus Israél ingressus est per eam : erítque clausa Príncipi. * Princeps ipse sedébit in ea.

R̄. br.



I N hoc cognó-vi * Quó-ni- am vo- lu- ísti me. V̄. Quó-
ni- am non gaudé-bit in-imí-cus me- us super me. Gló-ri- a

Patri.

V̄. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepisti me.

R̄. Nec delectásti inimícos meos super me.

Ad Nonam.

Capitulum.

Apoc. 12.

Signum magnum apparuit in caelo : † Múlier amícta sole, et luna sub pédibus ejus, * et in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

R̄. br.



EX- altábo te Dómi-ne, * Quóni- am sus- ce- písti
me. V̄. Nec de- lectásti in-imí- cos me- os super me. Gló-

ri- a Patri.

V̄. Immaculáta Concéptio tua, Dei Génitrix Virgo.

R̄. Gáudium annuntiávit univérso mundo.

IN II. VESPERIS.


Omnia ut in primis Vesperis, praeter sequentia.

V̄. Immaculáta Concéptio est hódie sanctae Maríae Vírginis.

R̄. Quae serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

Ad Magnificat, Antiphona.

i. f



H O-di- e * egréssa est virga de ra-dí-ce Jesse :

hó-di- e si-ne ulla peccá-ti labe concépta est Ma-rí- a :

hó- di- e contrí-tum est ab e- a ca- put serpéntis antí-

qui, alle- lú- ia. E u o u a e.

Et fit commemoratio Feriae.

Intra Octavam Officium fit sicut in die.

9. II. Die infra Oct. Immac. Concept. B. M. V.

In Laudibus. comm. Feriae.

In Vesperis, comm. Feriae, et S. Melchiadis Papae, Martyris. Ant. Iste Sanctus. 577¹². ♯. Glória et honóre.

Oratio.

G Regem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Melchiádem Mártirem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totius Ecclésiae praestítisti esse pastórem. Per Dóminum.

10. III. Die infra Oct. Immac. Concept. B. M. V.

In Laud. comm. Feriae, ac S. Melchiadis. Ant. Qui odit. 577¹³. ♯. Justus ut palma. Oratio. Gregem tuum. ut supra.

Vesp. de sequenti, comm. Oct. et Feriae.

11. S. Damasi I. Papae, Confessoris.

Semiduplex.

Oratio.

G Regem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Dámásu[m] Summu[m] Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiæ praestítisti esse pastórem. Per Dóminu[m].

*Comm. Octavae et Ferae in Vesperis et Laudibus.**In Vesperis, comm. Octavae et Ferae.*

12. V. Die infra Oct. Immac. Concept. B. M. V.

*In Laudibus fit comm. Ferae.**Vesp. de seq., comm. Octavae et Ferae.*

13. S. Luciae Virginis et Martyris.

*Duplex.**De Communi Virginum, [86] praeter sequentia.*

In I. Vesperis.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in Communi Virginum : Dixit Dóminus. 577³, Laudáte púeri. 577⁴, Laetátus sum., Nisi Dóminus. 577⁹, Lauda Jerúsalem, 577¹⁰.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. f

I N tu- a pa-ti- énti- a * posse- dísti ánimam tu- am,
 Lú- ci- a sponsa Christi : o- dísti quae in mundo sunt, et
 cor- úscas cum Ange- lis : sánguine própri- o in- imí- cum
 vi- cí- sti. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.**Commem. Octavae et Feriae.*

Ad Laudes.

1. Ant.

7. b

O - rán-te *sancta Lú-ci- a, appá-ru- it e- i be- á-

ta Agatha : conso-labá-tur ancíl-lam Chri-sti. E u o u a e.

2. Ant.

7. a

L U-ci- a Virgo, * quid a me pe- tis quod ipsa pót-e-

ris praestá-re contínu- o matri tu- ae? E u o u a e.

3. Ant.

8. G

P ER te Lú-ci- a Virgo, * cí-vi- tas Sy- racu- sána


de-co-rá-bi-tur a Dómino Je-su Chri-sto. E u o u a e.

4. Ant.

8. G


B E-ne- dí- co te, * Pa- ter Dómi- ni me- i Je- su Chri-

sti : qui- a per Fí- li- um tu- um ignis exstí-ctus est a lá-




te-rè me- o. E u o u a e.

5. Ant.
8. G



S O-ror me- a Lú-ci- a, * Virgo De- o de-vó- ta, quid




a me pe- tis quod ipsa pót-e- ris praestá- re contí- nu- o




matri tu- ae? E u o u a e.

Ad Benedictus, Antiphona.


I. f



C O-lúmna es * immó- bi- lis, Lú-ci- a sponsa



Christi : qui- a omnis plebs te exspéctat, ut accí- pi-



as co-rónam vi- tae, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Lúciae
Virginis et Mártiris tuae festivitáte gaudémus; * ita pie
devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Comm. Octavae et Ferae.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.

Ÿ. Diffusa est.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. c

Anto pónde-re e-am fi-xit * Spí-ri-tus Sanctus, ut

Virgo Dómi-ni immó-bi-lis perma-né-ret. E u o u a e.

Comm. Octavae et Feriae.

14. VII. Die infra Oct. Immac. Concept.

B. Mariae V.

In Laudibus, comm. Feriae.

Ad Vesperas, Duplex majus. Omnia ut in I. Vesperis Festi, 585, cum commem. Feriae.

Si dies Octava Immac. Concept. B. M. V. inciderit in Dominica III. Adventus, fit Officium de Dominica hoc modo. Vesperae in Sabbato praecedenti dicuntur cum Psalmis Sabbati et Antiphonis e Laudibus Domínicae: et fit commem. diei Octavae ut in I. Vesperis Festi. Ad Completorium non dicuntur Preces. Ipsa Dominica fit comm. diei Octavae in Laudibus et Vesperis. Ad Primam dic. Ÿ. Qui venturus es. In Hymnis non mutatur tonus neque doxologia, nec dicuntur Preces ad Primam et Completorium.

15. Octava Immaculatae Concept. B. M. V.

Duplex majus.

Omnia ut in Festo. In Laud. comm. Feriae.

In II. Vesperis, comm. seq. et Feriae.

16. S. Eusebii Episcopi Martyris.

Semiduplex.

Ant. Iste Sanctus. [16]. Ÿ. Glória et honóre.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Eusébbii Mártiris tui atque Pontíficis ánnua solemnitate laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.


Comm. Feriae in Vesperis et Laudibus.

De Vigilia S. Thomae Apost. nihil fit nisi in Missa.

21. In Festo S. THOMAE Apostoli.


Duplex 2. classis.

Ad Magnificat in utrisque Vesp., et ad Bened. Antiphona.



Q

Ui- a vi- dísti me, * Thoma, cre- di- dí- sti : be- á- ti qui



non vi- dé- runt, et cre- di- dé- runt, alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DA nobis, quaesumus Dómine, beáti Apóstoli tui Thomae solemnitatibus gloriári : † ut ejus semper et patrocíniis sublevémur; * et fidem cóngrua devotióne sectémur. Per Dóminum nostrum.

In I. Vesp. pro comm. Adventus, Antiphona O clavis David. 236, vel si transferatur in Feriam II., O Oriens. — In Laudibus, Antiphona Nolite timére. 245, vel si transferatur, Antiphona Dicit Dóminus. 253. — In II. Vesp., Antiphona O Oriens. 236, vel si transferatur, O Rex géntium.

FESTA JANUARIJ.

14. S. Hilarii Episcopi, Conf. et Eccl. Doct.

Duplex. (m. t. v.)

Ant. O Doctor óptime. [66]. ¶. Amávit.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo aetérne salútis beátum Hilárium místrum tribuísti : † praesta, quaesumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

Comm. S. Felicis Presb. Mart. Ant. Iste sanctus. [16]. V̄. Glória.

Oratio.

Concéde, quaesumus omnipotens Deus : * ut ad meliorem vitam Sanctórum tuórum exémpla nos próvocent; quátenus quorum solémnia ágimus, étiam actus imitémur. Per Dóminum.

In Laud. pro comm. S. Felicis, Ant. Qui odit. [19]. V̄. Justus ut palma. Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et S. Mauri Abbatis.

15. S. Pauli Primi Eremitae, Confessoris.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui nos beáti Pauli Confessóris tui ánnua solemnitate laetíficas : † concéde propítius : ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Comm. S. Hilarii. Antiph. O Doctor. [66]. V̄. Justum dedúxit. [65]. Oratio. Deus, qui pópulo tuo. ut supra.

Deinde S. Mauri Abbatis. Ant. Euge serve bone. [82]. V̄. Os justi. [83].

Oratio.

Intercéssio nos, quaesumus Dómine, beáti Mauri Abbátis coméndet : * ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocnio assequámur. Per Dóminum.

In Laudibus, pro comm. S. Mauri, Ant. Similábo. [73]. V̄. Amávit eum.

In II. Vesp. comm. sequentis.

16. S. Marcelli I. Papae, Martyris.

Semiduplex.

Ant. Iste Sanctus. [16]. V̄. Glória et honóre.

Oratio.

Preces pópuli tui, quaesumus Dómine, cleménter exáudi : † ut beáti Marcelli Mártyris tui atque Pontíficis méritis adjuvémur, * cujus passióne laetámur. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. praeced.

17. S. Antonii Abbatis.

Duplex.

Oratio.

Intercéssio nos, quaesumus Dómine, beáti Antónii Abbátis com-
méndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patro-
cínio assequámur. Per Dóminum.

Comm. S. Marcelli. Ant. Qui vult. [21]. V̄. Justus ut palma.

Vesp. de sequenti, comm. ut in infra.

18. Cathedrae S. Petri, qua Romae primum sedit.

Duplex majus.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, [49], praeter sequentia.


In I. Vesperis.

Hymnus. 4.




UODCUMQUE in orbe né-xibus re-vínxe-
ris, E-rit re-vínctum, Petre, in arce sí-de-rum : Et quod
re-sólvit hic pot-éstas trá-di-ta, E-rit so-lú-tum caeli in
al-to vérti-ce : In fi-ne mundi ju-dí-cá-bis saécu-lum.

2. Patri per-énne sit per aevum gló-ri-a, Ti-bíque laudes



conci-námus ínclý-tas, Aetérne Na-te : sit supérne Spí-ri-



tus, Honor ti-bi, de-cúsque : sancta júgi-ter Laudé-tur




omne Trí-ni-tas per saécu-lum. A-men.

℣. Tu es Petrus.


℞. Et super hanc petram aedificábo Ecclésiám meam.

Ad Magnificat, Antiphona.



T

U es pastor ó-vi-um, * Prin-ceps Apo-sto-ló-rum :




ti-bi trá-di-tae sunt cla-ves regni cae-ló-rum. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni caeléstis, ligándi atque solvéndi pontificium tradidísti : † concéde; ut intercessiónis ejus auxílio, * a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Deinde fit commemoratio S. Pauli ante alias quascumque commemoraciones, etiam Festi Duplícis aut Dominicae. Quod et servatur in commem. S. Petri, quae fit in Festis S. Pauli.


Pro commem. S. Pauli Apostoli, Antiphona.




8.

S

Ancte Paule A-pósto-le, * praedi-cá-tor ve-ri-tá-



tis, et Doctor génti- um : intercède pro no-bis ad De- um.



qui te e-lé-git.

∇. Tu es vas electiōnis, sancte Paule Apóstole.

℞. Praedicátor veritátis in univérso mundo.

Oratio.

DEUS, qui multitudinem géntium beáti Pauli Apóstoli praedi-
caciónē docuísti : * da nobis, quaesumus ; ut cujus comme-
moratiōnem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. (Per
Dóminum.)

Deinde comm. S. Antonii Abbatis. Ant. Hic vir. [85]. ∇. Justum deduxit.


*Postremo S. Priscae Virg. et Mart. Ant. Veni sponsa. [86]. ∇. Spé-
cie tua.*

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui beátae Priscae
Virginis et Mártiris tuae natalítia cólimus, et ánnua solem-
nitáte laetémur, et tantae fidei proficiámus exémplo. Per Dóminum.


Ad Laudes.

Hymnus.




4.
B


E- á-te Pastor Petre, cle-mens ácci-pe Vo-ta



pre-cántum, crimi-númque víncu-la Ver-bo re-sólve,



cui pot-é-stas trá-di-ta Ape-rí-re terris caelum, apér-tum




cláude-re. 2. Sit Tri-ni-tá-ti sempi-térna gló-ri-a,
 Honor, pot-éstas, atque ju-bi-lá-ti-o, In u-ni-
 tá-te quae gubérnat ómni-a, Per u-ni-vér-sa aeterni-
 tá-tis saécu-la. A-men.

℣. Exáltent eum in ecclésia plebis.

℞. Et in cáthedra seniórum laudent eum.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



Q Uodcúmque * li-gáve-ris super terram, e-rit li-gá-tum
 et in cae-lis : et quodcúmque sólve-ris super ter-ram,
 e-rit so-lú-tum et in cae-lis : di-cit Dómi-nus Simó-ni

Petro. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui beáto Petro. 598.

Deinde fit comm. S. Pauli, ut in Vesperis, 598.

Postea S. Priscae. Ant. Símile est. [92]. V̄. Diffúsa est. Oratio, 599.

Ad Horas, Antiphonae, Capitula, R̄R̄. brevia et V̄V̄. de Comm. Conf. Pont.

In II. Vesperis.

Antiphonae, Psalmi, et Capitulum de Communi Conf. Pontificis.

Hymnus. Quodcúmque. ut in I. Vesperis.

V̄. Elégit te Dóminus sacerdotem sibi.

R̄. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Ad Magnificat, Ant. Dum esset summus Póntifex. [66].

Postea commem. S. Pauli, 598. Deinde SS. Martyrum et S. Canuti Regis Mart. ut infra.

19. SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum Martyrum.

Simplex.

Ant. Istórum est enim. [40]. V̄. Laetámini.

Oratio.

EXáudi Dómine pópulum tuum cum Sanctórum tuórum patrocinio supplicántem : * ut et temporális vitae nos tríbuas pace gaudére, et aetérnae reperire subsidiúm. Per Dóminum.

Deinde comm. S. Canuti Reg. Mart. Ant. Iste Sanctus. [16]. V̄. Glória et honóre.

Oratio.

DEus, qui ad illustrándam Ecclésiám tuam, beátum Canútum regem martýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es : † concéde propítius; ut sicut ipse Domínicae passiónis imitátor fuit, ita nos per ejus vestígia gradiétes, * ad gáudia sempitérna perveníre mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Laud. pro comm. S. Canuti Ant. Qui odit. [19]. V̄. Justus ut palma. Vesp. de seq.

20. SS. Fabiani Papae et Sebastiani Mm.

Duplex.

Oratio.

Infirmitátem nostram réspice, omnípotens Deus : † et quia pondus própriae actiónis gravat, * beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni intercessio gloriósa nos prótegat. Per Dñum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.

21. S. Agnetis Virginis et Martyris.

Duplex.

In I. Vesperis.

*Si dicuntur integrae, Antiphonae de Laudibus, Psalmi ut in I. Vesperis de Communi Apostolorum.**Capitulum ut infra ad Laudes. Hymnus. Jesu corona Virginum. [89].*

V. Spécie tua et pulchritudine tua.

R̄. Inténde, próspere procéde, et regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

B E-á-ta Agnes, * in mé-di-o flammá-rum, expán-


sis má-ni-bus o-rá-bat : Te dépre-cor, ve-ne-ránde, co-lén-

de, Pa-ter me-tu-én- de : qui-a per sanctum Fí-li-um

tu-um mi-nas e-vá-si sacri-lé-gi ty-ránni, et carnis

spurcí-ti-as imma-cu-lá-to calle transí-vi : et ec-ce vé-

ni-o ad te, quem amá-vi, quem quaesí-vi, quem semper



optá-vi. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.


Comm. SS. Fabiani et Sebastiani. Ant. Gaudent in caelis. [48].
 V. Exsultábunt.

Ad Laudes.


1. Ant.

7. c

I



Ngréssa Agnes * turpi-tú-di-nis lo-cum, Ange-lum




Dómi-ni praepa-rá-tum invé-nit. E u o u a e.


2. Ant.

7. c

M



E-cum e-nim há-be-o * custó-dem córpo-ris me-i,




Ange-lum Dómi-ni. E u o u a e.


3. Ant.

7. c


A



Nnu-lo su-o subarrhá-vit me * Dómi-nus me-us Je-



sus Christus, et tamquam sponsam de-co-rávit me co-ró-na.



E u o u a e.

4. Ant.
8. G

B Ene-dí-co te, * Pa-ter Dómi-ni me- i Je-su Christi,

qui- a per Fí- li- um tu-um ignis exstínctus est a lá-te-

re me- o. E u o u a e.

5. Ant.
8. G

C Ongaudé-te me-cum, * et congra-tu- lámi-ni, qui- a

cum his ómni-bus lú-ci-das sedes accé-pi. E u o u a e.

Capitulum.

Eccli. 51.

Confitebor tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvató-rem meum. † Confitebor nómini tuo : quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, * et liberásti corpus meum a perditíone.


Hymnus. Jesu coróna Virginum. [89]. √. Diffúsa est.

Ad Benedictus, Antiphona.

4. E

E Cce quod concu-pí-vi, * jam ví- de- o : quod spe-rá-

vi, jam té-ne- o : il-li sum juncta in caelis, quem in



E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quaeque confúndas : † concéde propítius; ut qui beátae Agnétis Vírginis et Mártiris tuae solémnia cólimus, * ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Ad Tertiam.

Capit. Confitébor. e Laudibus.

R̄. br. Spécie tua. [93].

Ad Sextam.

Capitulum.

Ecll. 51.

Liberásti me secúndum multitudínem misericórdiae nóminis tui a rugiéntibus, praeparástis ad escam, † de mánibus quae-réntium ánimam meam, * et de multis tribulatió nibus quae circumdedérunt me.

R̄. br. Adjuvábít eam. [94].

Ad Nonam.

Capitulum.

Ecll. 51.

Laudábít usque ad mortem ánima mea Dóminum, † quóniam éruis sustinéntes te, et líberas eos de manu angústiae, * Dómine Deus noster.

R̄. br. Elégit eam Deus. [95].

In II. Vesperis.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi de Dominica, sed loco ultimi, Ps. Lauda Jerúsalem. [116].

Capit. de Laudibus. Hymnus. Jesu coróna Vírginum. [89]. V. Dif-fúsa est.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. f.
S Tans be-á-ta Agnes * in mé-di-o flammae,
 expánsis má-ni-bus, ō-rá-bat ad Dóminum : Omní-pot-
 ens, ado-rán-de, cō-lén-de, treménde : be-ne-dí-co
 te, et glo-rí-fi-co nomen tu-um in ae-térnum. E u o u a e.
Comm. sequentis.

22. SS. Vincentii et Anastasii Martyrum.

*Semiduplex.**Ant.* Istórum est enim. [40]. V. Laetámini in Dómino

Oratio.

A Désto Dómine supplicatióibus nostris : † ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognóscimus, * beatórum Mártyrum tuórum Vincéntii et Anastásii intercessióne liberémur. Per Dóminum nostrum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et S. Emerentianae Virg. et Mart.

23. S. Raymundi de Pennafort Confessoris.

Semiduplex. (m. t. v.)

Oratio.

Deus, qui beátum Raymúndum paeniténtiae sacraménti insígnem místrum elegísti, et per maris undas mirabíliter traduxísti : † concéde; ut ejus intercessióne dignos paeniténtiae fructus fácere, * et ad aetérnae salútis portum perveníre valeámus. Per Dóminum.

Deinde comm. SS. Mart. Vincentii et Anastasii. Ant. Gaudent in caelis. [48]. V. Exsultabunt.

Postea S. Emerentianae Virginis et Martyris. Ant. Veni sponsa. [86]. V. Spécie tua.

Oratio.

Si hoc Festum occurrerit in Dominica Passionis, transferatur in Feriam II. immediate sequentem. Quod si incidat in Hebdomadam Majorem vel Paschalem, in Feriam II. post Dominicam in Albis tamquam in sedem propriam amandetur, servato ritu paschali, ac non nisi Festo primario ejusdem ritus occurrente valeat impediri, quo in casu in sequentem diem similiter non impeditam transferatur.

In I. Vesperis.


Antiphonae de Laudibus, Psalmi ut in Festis B. M. V., [114].

Capitulum. Ecce virgo. ut infra ad Laudes.


Hymnus. Ave maris stella. [117].

∩. Ave María, grátia plena. R̄. Dóminus tecum.


Ad Magnificat, Antiphona. 8. G



PI-RITUS Sanctus * in te descéndet,



Ma-rí- a : et virtus Al-tíssi-mi



ob-umbrá-bit ti- bi. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Commemoratio Feriae.

Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.

Ad Laudes, et per Horas.

i. Ant. 8. G*



ISSUS est ⁂ Gábri- el Ange- lus ad Ma-
rí- am Vírgi-nem desponsá-tam Jo-seph. *T. P.* Alle-lú- ia.

E u o u a e.

2. Ant.

i. g


A - ve Ma- rí- a, ⁂ grá-ti- a plena : Dóminus te-cum :
bene-dícta tu † in mu- li- é-ri-bus. *T. P.* in mu- li- é-ri-bus,
alle- lú- ia. E u o u a e.

3. Ant.

8. G


N E tíme- as, ⁂ Ma- rí- a, inve-nísti grá- ti- am apud
Dóminum : ecce concí- pi- es, et pá-ri- es † fí- li- um.
T. P. fí- li- um, alle- lú- ia. E u o u a e.

4. Ant.
I. f



D Abit e- i Dóminus * se-dem David patris e-jus,
et regná- bit in ae-térnum. *T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

5. Ant.
8. c



E C-ce ancíl-la Dómi-ni : * fi- at mi- hi se-cúndum
verbum tu- um. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum.

Isaiae 7. c.


ECce virgo concípíet, et páriet fílium, † et vocábitur nomen ejus Emmánuel. * Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et eligere bonum.

Hymnus. O gloriósa Virginum. [122].


∇. Ave María, grátia plena. R̄. Dóminus tecum.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



Q Uómo- do fi- et istud, * Ange- le De- i, quó- ni- am
vi- rum non cognó- sco? Audi Ma- rí- a Virgo : Spí- ri- tus
Sanctus supervé- ni- et in te, et virtus Altí-ssimi obum-



brá-bit ti-bi. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. Feriae.

Ad Primam, *in R. br. V.* Qui natus es de María Vírgine.

Ad Tertiam.

Capitulum. Ecce virgo. *e Laudibus. R. br.* Spécie tua. *V.* Adjuvabit eam. [93].

Ad Sextam.

Capitulum.

Luc. I. d.

DAbit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : † et regnabit in domo Jacob in aetérnum. * et regni ejus non erit finis.

R. br. Adjuvabit eam. *V.* Elégit eam. [94].

Ad Nonam.

Capitulum.

Isaiae II.

EGrediétur virga de radíce Jesse, † et flos de radíce ejus ascéndet. * Et requiescet super eum Spíritus Dómini.

R. br. Elégit eam Deus. *V.* Diffúsa est. [95].

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.


V. Ave María, grátia plena. *R.* Dóminus tecum.

Ad Magnificat, Antiphona.

7. d


G

Abri-el Ange-lus * lo-cú-tus est Ma-rí-ae di-



cens : Ave grá-ti- a ple-na : Dómi-nus te-cum : be-ne-dícta

Festa Martii. 27. 28. — Septem Dolor. B. M. V. 671



tu in mu-li-é-ri-bus. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Comm. Feriae.

27. S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct.

Duplex. (m. t. v.)

In utrisque Vesp. Ant. O Doctor... beáte Joáñnes. [66].

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui ad cultum sacrárum imáginum adseréndum, beátum Joáñnem caelésti doctrína et admirábili spíritus fortitúdine imbuísti : † concéde nobis ejus intercessióne et exémplo; ut quorum cólimus imáginés, * virtútes imitémur et patrocinia sentiámus. Per Dóminum.

Comm. Feriae.

In II. Vesp., comm. seq. et Feriae.

28. S. Joannis a Capistrano Confessoris.

Semiduplex. (m. t. v.)

Ant. Similábo eum. [73]. †. Amávit eum.

Oratio.

DEus, qui per beátum Joáñnem fídeles tuos in virtúte sanctíssimí nóminis Jesu de crucis inimícis triumpháre fecísti : † praesta, quaesumus; ut spirituálium hóstium, ejus intercessióne, superátis insídiis, * corónam justítiae a te accípere mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum.

Comm. Feriae.

Feria VI. post Dominicam Passionis.

Septem Dolorum B. Mariae Virginis.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut infra.

Ps. 115. Crédidi, propter quod locútus sum. 99.

Ps. 119. Ad Dóminum cum tribulárer clamávi. 100.

672 Festa Martii. — Septem Dolorum B. M. V.

Ps. 139. Eripe me Dómine ab hómine malo. 181

Ps. 140. Dómine clamávi ad te, exáudi me. 182.

Ps. 141. Voce mea ad Dóminum clamávi. 182.


Capitulum ut infra ad Laudes.

Hymnus. 6.




TABAT Mater do-lo-ró-sa Juxta crucem lacrimósa,
Dum pendé-bat Fí-li-us. 2. Cu-jus á-nimam ge-méntem, Con-
tristá-tam et do-léntem Pertransí-vit glá-di-us. 3. O quam tri-
stis et af-flícta Fu-it il-la be-ne-dícta Ma-ter Uni-gé-ni-ti!
4. Quae moeré-bat et do-lé-bat, Pi-a Ma-ter, dum vi-dé-bat Na-
ti poenas ínclý-ti. 5. Quis est homo qui non fle-ret, Matrem
Christi si vi-dé-ret In tanto supplí-ci-o? 6. Quis non posset
contri-stá-ri, Christi Matrem contemp-lá-ri Do-léntem cum Fí-


Festa Martii. — Septem Dolorum B. M. V. 673




li- o? 7. Pro peccá-tis su-ae gentis, Vi-dit Je-sum in tormén-




tis, Et fla-gél-lis súbdi-tum. 8. Vi-dit su-um dulcem na-tum




Mo-ri- éndo de-so-lá-tum, Dum emí-sit spí-ri-tum. 9. E-ia Ma-



ter, fons a-mó-ris, Me sentí-re vim do-ló-ris Fac, ut te-cum



lú-ge-am. 10. Fac ut ár-de-at cor me-um In amándo Chri-




stum De-um, Ut si-bi complá-ce-am. A-men.


℣. Ora pro nobis Virgo dolorosíssima.

℟. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.



6. F **T** U- am ipsí- us á- nimam * (a- it ad Ma-rí- am




Síme-on) pertransí-bit glá-di-us. E u o u a e...

Oratio ut infra ad Laudes.


Comm. Feriae.

674 Festa Martii. — Septem Dolorum B. M. V.


Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur ut in Tempore Passionis, 397, sed in fine dicitur :



Je-su ti-bi sit gló-ri-a, Qui passus es pro sérvu-lis, Cum



Patre et almo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la.




A-men.

Ad Laudes, et per Horas.




V

Adam * ad montem myrrhae, et ad col-lem thu-ris.




E u o u a e. *Psalmi de Dominica.*




D

I-lé-ctus me-us * cándi-dus et ru-bi-cúndus : comae



cá-pi-tis ē-jus sic-ut púrpu-ra re-gis vin-cta ca-ná-li-bus.



E u o u a e.

Festa Martii. — Septem Dolorum B. M. V. 675

3. Ant.
3. a 2

Q UO áb-i-it * di-lé-ctus tu-us, o pulchér-rima mu-

lí-e-rum? quo di-léctus tu-us decli-ná-vit? E u o u a e.

4. Ant.
4. A*

F Ascí-cu-lus myrrhae * di-léctus me-us mi-hi, inter

úbe-ra me-a commo-rá-bi-tur. E u o u a e.

5. Ant.
I. f

F Ucí-te me fló-ri-bus. * sti-pá-te me ma-lis, qui-a

amó-re lángue-o. E u o u a e.

Capitulum.

Isaiae 53.

Quis creódit audítui nostro? et bráchium Dómini cui revelá-tum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, * et sicut radix de terra sitiénti.

Hymnus.

4.

V Irgo vírginum praeclá-ra, Mi-hi jam non sis amá-

ra, Fac me te-cum plánge-re. 2. Fac ut portem Christi mor-

676 Festa Martii. — Septem Dolorum B. M. V.


tem, Passi- ó-nis fac consórtem, Et plagas re-có-le-re. 3. Fac
 me plagis vulne-rá-ri, Fac me cruce i-nebri- á-ri, Et cru-ó-re
 Fí-li-i. 4. Flammis ne u-rar succénsus, Per te Virgo sim
 de-fénsus In di-e ju-dí-ci-i. 5. Christe, cum sit hinc ex-í-
 re, Da per Matrem me ve-ní-re Ad palmam victó-ri-ae.
 6. Quando corpus mo-ri- é-tur, Fac ut á-nimae doné-tur Pa-ra-
 dí-si gló-ri- a. A-men.

Si hoc Festum habeat tantum II. Vesperas, ad Laudes dicitur Hymnus sequens Sancta Mater. et Hymnus Virgo Virginum. dicitur ad II. Vesperas.

Hymnus.

6. **S**ancta Ma-ter, istud agas, Cru-ci-fí-xi fi-ge plagas :
 cordi me-o vá-li-de. 2. Tu- i na-ti vulne-rá-ti, Tam digná-ti

Festa Martii. — Septem Dolorum B. M. V. 677




pro me pa-ti, Poenas mecum di-vi-de. 3. Fac me te-cum pi-e
fle-re, Cru-ci-fixe con-do-lé-re Donec ego ví-xe-ro. 4. Juxta
cru-cem tecum sta-re Et me ti-bi so-ci-á-re In planctu
de-sí-de-ro. A-men.

V. Ora pro nobis Virgo dolorosíssima.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



CUM vi-dísset Je-sus * Matrem stantem juxta cru-
cem, et discí-pu-lum quem di-li-gé-bat, di-cit Ma-tri su-ae .
Mú-li-er, ecce fi-li-us tu-us. De-ín-de di-cit discí-pu-lo :
Ecce ma-ter tu- a. E u o u a e.

Oratio.


DEus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetiam, dulcíssimam ánimam gloriósae Vírginis et Matris Maríae dolóris gládius petransívit : † concéde propítius; ut qui transfixiónem ejus

678 Festa Martii. — Septem Dolorum B. M. V.

et passionem venerando recolimus, * gloriósis méritis et précibus ómnium Sanctórum crucei fidéliter astántium intercedéntibus, passiónis tuae effectum felícem consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Comm. Períae.


Ad Primam.




In R̄. br. V̄. Qui passus es propter nostram sa-lú-tem.

Ad Tertiam.

Capitulum. Quis crédidit. e Laudibus.



P Osu- it me * De- so- lá- tam. V̄. To- ta di- e moeró-re



conféctam. Gló-ri- a Patri.

V̄. Fácies mea intúmuit a fletu.


R̄. Et pálpebrae meae caligavérunt.

Ad Sextam.


Capitulum.

Isaiae 53. b.

Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. † Disciplína pacis nostrae super eum, * et livóre ejus sanáti sumus.



F Aci- es me- a * Intúmu- it a fle- tu. V̄. Et pálpe-



brae me-ae ca-li-gavé-runt. Gló-ri- a Patri.

V̄. Deus vitam meam annuntiávi tibi.


R̄. Posuísti lácrimas meas in conspéctu tuo.

Ad Nonam.


Capitulum.

Isaiae 53. c.

Generatióem ejus quis enarrábit? quia abscíssus est de terra vivéntium : * propter scelus pópuli mei percússi eum.



DE-us vi-tam me- am * Annunti- á- vi ti- bi. V̄. Po-



su- ísti lácrimas me- as in conspéctu tu- o. Gló-ri- a Patri.

V̄. Ora pro nobis Virgo dolorosíssima.

R̄. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesp. ad Magnif. Ant. Cum vidisset. ut ad Benedictus.

Si ad Laudes dictus fuerit Hymnus Sancta Mater tunc in II. Vesp. dicitur Hymnus Virgo Virginum. 675.

Comm. Ferae.



FESTA APRILIS.

2. S. Francisci de Paula Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEus, humílium celsitúdo, qui beátum Francíscum Confessórem Sanctórum tuórum glória sublimásti : † tríbue, quaesumus; ut ejus méritis et imitatioe, * promíssa humílibus praemia felíciter consequámur. Per Dóminum nostrum.

In Quadrag. comm. Ferae.

4. S. Isidori Episcopi, Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In utrisque Vesperis, Ant. O Doctor óptime. [66].

Oratio.

DEUS, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Isidórum minístrum tribuísti : † praesta, quaesumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

In Quadrag. comm. Feriae.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et Feriae in Quadrag.

5. S. Vincentii Ferrerii Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui Ecclésiám tuam beáti Vincéntii Confessóris tui méritis et praedicatione illustráre dignátus es : † concéde nobis fámulis tuis; ut et ipsíus instruámur exémplic, * et ab ómnibus ejus patrocínio liberémur advérsis. Per Dóminum.

Comm. S. Isidori. Ant. O Doctor. [66]. √. Justum dedúxit.

Postea comm. Feriae in Quadrag.

11. S. Leonis I. Papae, Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In utrisque Vesperis, Ant. O Doctor óptime. [66].

Oratio.

GRegem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Leónem Summum Pontíficem, perpétua protectione custódi; * quem totíus Ecclésiáe praestitísti esse pastórem. Per Dóminum nostrum.

In Quadrag. comm. Feriae.

13. S. Hermenegildi Martyris.

Semiduplex.

In I. Vesperis, Hymnus.

6.



R

Egá-li só-li o fortis I-bé-ri ae, Herme-ne-gílde

ju-bar, gló-ri- a Márty-rum, Christi quos amor almis Cae-li
 coé-ti-bus ínse- rit. 2. Ut perstas pá-ti- ens! pol-lí-ci- tum
 De- o Servans obséquí- um, quo pó-ti- us ti-bi Nil pró-pó-
 nis, et arces Cautus nó-xi- a, quae pla-cent. 3. Ūt mó-tus
 có-hi-bes, pá-bu-la qui pa-rant Surgéntis ví-ti- i, non dú-
 bi- os a-gens Per vestí-gi- a gressus, Quo ve-ri vi- a dí-
 ri-git! 4. Sit re-rum Dómi-no ju-gis ho-nor Pa-tri, Et
 Na-tum cé-lebrent o-ra pre-cánti- um, Di-vi-númque suprē-
 mis Flamen láudi-bus éf-fe- rant. A-men.

Hymnus praecedens dicitur etiam in II. Vesperis, quando integrae sint recitandae.

Oratio.

DEus, qui beátum Hermenegíldum Mártýrem tuum caelésti regno terrénium postpónere docuísti : † da, quaesumus, nobis ejus exémplo cadúca despícere, * atque aetérna sectári. Per Dóminum.

In Quadrag. comm. Feriae.

Ad Laudes.

Hymnus.

6.

N ullis te gé-ni-tor blandí-ti-is tra-hit, Non vi-tae cá-pe-ris dí-vi-tis ó-ti-o, Gemmá-rúm-vé ni-tó-re, Régnan-dí-ve cu-pí-di-ne. 2. Di-ris non á-ci-es te glá-di-i mi-nis, Nec terret pér-imens carní-fi-cis fu-ror : Nam mansú-ra ca-dú-cis Prae-fers gáudi-a caé-li-tum. 3. Nunc nós e Sú-pe-rum pró-te-ge, sé-di-bus -Clemens, atque pre-ces, dum cá-nimus

tu - a Quaesi - tam ne - ce palmam, Pro - nis áuri - bus éxci - pe.

4. Sit re - rum Dómi - no ju - gis ho - nor Pa - tri, Et Na - tum cé -

lebrent o - ra pre - cánti - um, Di - ví - númque suprémis Flamen

láudi - bus éf - fe - rant. A - men.

Vesp. de seq., comm. praeced., Ferae in Quadrag. et SS. Mart. Tiburtii, Valeriani et Maximi.

14. S. Justini Martyris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui per stultitiam crucis, eminentem Jesu Christi scientiam beatum Justinum Martyrem mirabiliter docuisti : † ejus nobis intercessione concede; ut errorum circumventionem depulsa, * fidei firmitatem consequamur. Per eundem Dominum.

Comm. S. Hermenegildi. Ant. Qui vult venire. 577¹³. V. Justus ut palma. Temp. Paschali. Ant. Sancti et justi. 577¹³. V. Pretiosa.

Deinde Ferae in Quadrag. Postea SS. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mart. Ant. Istorum est. 577¹⁴. V. Laetamini. T. P. Ant. Filiae Jerusalem. 577¹¹. V. Lux perpetua.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui sanctorum Martyrum tuorum Tiburtii, Valeriani et Maximi solennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per Dominum.

Ad Laudes, comm. Ferae in Quadrag. Deinde SS. Martyrum. Ant. Vestri capilli. 577¹⁴. V. Exsultabunt. T. P. Ant. Lux perpetua. 577¹¹. V. Sancti et justi.

17. S. Aniceti Papae, Martyris.

Oratio.

G Regem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Anicétum Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiæ praestitísti esse pastórem. Per Dóminum.

21. S. Anselmi Episcopi, Conf. et Eccl. Doct.

*Duplex.**In utrisque Vesperis. Ant. O Doctor óptime. [66].*

Oratio.

D Eus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Anselmum místrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

In II. Vesp., comm. sequentis.

22. SS. Soteris et Caii Pontificum, Mart.

*Semiduplex.**Ant. Lux perpétua. 577¹¹. V. Sancti et justi.*

Oratio.

G Regem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátos Sotérem et Caíum Mártyres tuos atque Summos Pontífices, perpétua protectióne custódi; * quos totíus Ecclésiæ praestitísti esse pastóres. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.

23. S. Georgii Martyris.

Semiduplex.

Oratio.

D Eus, qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis et intercessióne laetíficas : † concéde propítius; ut qui tua per eum beneficia póscimus, * dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

*Comm. SS. Soteris et Caii. Ant. Sancti et justi. 577¹². V. Pretiósá.**Vesp. de seq., comm. praeced.*

24. S. Fidelis a Sigmaringa Martyris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Fidélem seráphico spíritus ardóre succénsus in verae fidei propagatióne martýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es : † ejus, quaésumus, méritis et intercessióne, ita nos per grátiam tuam in fide et caritáte confírma ; * ut in servítio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereámur. Per Dñum.

*Comm. S. Georgii. Ant. Sancti et justi. 577¹². V. Pretiósá.**Vesp. de seq., comm. praeced.*

25. Sancti MARCI Evangelistae.

Duplex 2. classis.

Oratio.

DEus, qui beátum Marcum Evangelístam tuum evangélicae praedicationis grátia sublimásti : † tribue, quaésumus ; ejus nos semper et eruditióné proficere, * et oratióne deféndi. Per Dóminum.

*Comm. S. Fidelis. Ant. Sancti et justi. 577¹². V. Pretiósá.**Si Litaniae Majores occurrant in die Paschalis, transferantur in Feriam III. sequentem. In II. Vesp., comm. sequentis.*

26. SS. Cleti et Marcellini, Pontificum Mart.

*Semiduplex.**Ant. Lux perpétua. 577¹¹. V. Sancti et justi.*

Oratio.

GRegem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátos Cletum et Marcellinum Mártýres tuos atque Summos Pontífices, perpétua protectióne custódi ; * quos totíus Ecelésiae praetitísti esse pastóres. Per Dóminum.

Vesp. de seq., Comm. praeced.

27. S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct.

*Duplex. (m. t. v.)**In utrisque Vesperis. Ant. O Doctor... beáte Petre. [66].*

Oratio.

DEus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum, Confessórem tuum, virtúte et doctrína roborásti : † concéde propítius : ut ejus exémpis et mónitis errántes ad salútem resipiscant, * et fidéles in veritátis confessióne persevérent. Per Dóminum.

Et fit comm. praec. Ant. Sancti et justi. 577¹². V̄. Pretiōsa. Oratio. Gregem tuum, ut supra.

Vesp. a Cap. de seq. Comm. praec.

28. S. Pauli a Cruce Confessoris.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui ad mystérium crucis praedicándum, sanctum Paulum singulári caritáte donásti, et per eum novam in Ecclésia familiam floréscere voluísti : † ipsíus nobis intercessióne concéde; ut passiónem tuam júgiter recoléntes in terris, * ejúsdem fructum cónsequi mereámur in caelis. Qui vivis et regnas cum Deo.

Comm. S. Vitalis Martyris. Ant. Lux perpétua. 577¹¹. V̄. Sancti et justi.

Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui beáti Vitális Mártiris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

In Laud., pro comm. S. Vitalis, Ant. Fíliae Jerúsalem. 577¹¹. V̄. Pretiōsa Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.

29. S. Petri Martyris.

Duplex.

Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut beáti Petri Mártiris tui fidem cógrua devotiōne sectémur ; * qui pro ejúsdem fidei dilatatiōne, mártýrii palmam méruiť obtinére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Comm. S. Pauli a Cruce. Ant. Hic vir. 577¹⁰. V̄. Justum dedúxit. Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.

30. S. Catharinae Senensis Virginis.

Duplex.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui beátae Catharinae Virginis tuae natalítia cólimus ; * et ánnua solemnitate laetémur, et tantae virtútis proficiámus exemplo Per Dóminum.

Comm. S. Petri Martyris. Ant. Sancti et justi. 577¹². V̄. Pretiōsa. Vesp. de SS. Apostolis Philippo et Jacobo, ut infra, 693; comm. praeced.



Feria IV. infra Hebdomadam II. post Octavam Paschae.

IN SOLEMNITATE
S. JOSEPH SPONSI B. M. V.
Confessoris, et Ecclesiae Universalis Patroni.

Duplex I. classis cum Octava communi.

IN I. VESPERIS.


Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apostolorum.

Hymnus. Te Joseph celebrent. 650.

V. Constituit eum dñm domus suae, allelúa.

R. Et principem omnis possessionis suae, allelúa.

Ad Magnificat, Antiphona. 3. a 2



UM esset desponsá-ta * Ma-ter Je-su

Ma-rí- a Jo-seph, ántequam conve-ní- rent,


invénta est in ú-te-ro ha- bens de Spí-ri-tu Sancto,

al-le-lú- ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

AD LAUDES, et per Horas.


I. Ant. I. g



ACOB au-tem * génu- it Jo- seph, vi- rum Ma- rí- ae,



de qua na- tus est Je- sus, qui vo- cá- tur Chri- stus, alle-




lú- ia. E u o u a e.

2. Ant.


I. D 2

M


Issus est * Ange- lus Gábri- el a De- o in ci- vi-



tá- tem Ga- li- laé- ae, cu- i nomen Ná- za- reth, ad Vírgi-



nem desponsá- tam vi- ro, cu- i nomen e- rat Jo- seph, alle-




lú- ia. E u o u a e.


3. Ant.

6. F


A

- scéndit au- tem Jo- seph * a Ga- li- laé- a de ci- vi- tá- te






Ná-za-reth, in Judaé-am in ci-vi-tá-tem Da-vid, quae vo-cá-




tur Béthle-hem, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant.


7. d



ET vené-runt *festi-nántes, et inve-né-runt Ma-rí-am




et Jo-seph, et infántem pó-si-tum in praesé-pi-o, alle-lú-ia.




E u o u a e.

5. Ant.


7. d



ET ipse Je-sus * e-rat incí-pi-ens qua-si annó-rum



tri-gínta, ut pu-tabá-tur fí-li-us Jo-seph, alle-lú-ia.



E u o u a e.

Capitulum.

Gen. 49. d.

Benedictiónes patris tui confortatae sunt benedictiónibus patrum ejus : † donec veniret desidérium cóllium aeternórum : * fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazaraei inter fratres suos.

Hymnus.


I.
C Aéli-tum Jo-seph de-cus, atque nostrae Certa spes
 vi-tae, co-luménque mundi, Quas ti-bi lae-ti cá-nimus,
 be-ní-gnus Sús-ci-pe lau-des. 2. Te Sa-tor re-rum stá-tu-it
 pu-dícae Vírgi-nis spon-sum, vo-lu-ítque Verbi Te patrem
 di-ci, de-dit et mi-ní-strum Es-se sa-lú-tis. 3. Tu Red-
 emptó-rem stá-bu-lo jacéntem, Quem cho-rus Va-tum cé-ci-
 nit fu-túrum, As-pi-cis gaudens, humi-lisque na-tum Nu-
 men adó-ras. 4. Rex De-us re-gum, Domi-ná-tor orbis, Cu-jus
 ad nu-tum tremit infe-ró-rum Tur-ba, cui pronus famu-



lá-tur ae-ther, Se ti-bi subdit. 5. Laus sit excélsae Trí-a-
 di per-énis, Quae ti-bi prae-bens sú-pe-ros honó-res, Det
 tu-is no-bis mé-ri-tis be-á-tae Gáu-di-a vi-tae. A-men.
 V. Dedísti mihi protectiónem salútis tuae, allelúia.
 R. Et déxtera tua suscépit me, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



J oseph fi-li Da-vid, * no-li timé-re accí-pe-re Ma-
 rí-am cónju-gem tu-am : quod e-nim in e-a na-tum est,
 de Spí-ri-tu Sancto est, alle-lú-ia. E u o u a e.


Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimae Genitrícis tuae sponsum elígere dignátus es : † praesta, quaesumus; ut quem protectórem venerámur in terris, * interces-sórem habére mereámur in caelis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Tertiam.

Capitulum. Benedictiones. e Laudibus.


R. br.



C onstí-tu-it e-um dómimum domus su-ae : * Alle-



lú-ia, alle-lú-ia. *V.* Et prínci-pem omnis possessi- ó-nis su-ae.



Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

V. Confitébor nómini tuo, allelúia.

R. Quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, allelúia.


Ad Sextam.

Capitulum.


Gen. 49. c.

Deus patris tui erit adjútor tuus, † et Omnípotens benedícet tibi * benedictiónibus caeli désuper.

R. br.



Confi-tébor nómi-ni tu- o : * Al-le- lú-ia, alle-lú-ia.



V. Quó-ni- am adjú- tor et pro- téctor factus es mi- hi. Gló-ri- a.

V. Justus germinábit sicut lílium, allelúia.

R. Et florébit in aetérnum ante Dóminum. allelúia.


Ad Nonam.

Capitulum.


Gen. 49. c.

Filius accrésens Joseph, † fílius accrésens, et decórus aspé- ctu : * filiae discurrérunt super murum.

R. br.



Justus germi- ná- bit sic- ut lí- li- um : * Alle- lú-ia, alle-



lú-ia. *V.* Et flo- ré- bit in aetérnum ante Dómi- num. Gló-ri- a.

V. Plantátus in domo Dómini, allelúia.

R. In átriis domus Dei nostri, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.

∇. Sub umbra illius quem desideraveram sedi, allelúia.

R̄. Et fructus ejus dulcis gútturi meo, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

3. b

F I-li, * quid fe-císti no-bis sic? Ecce pa-ter tu-us
 et e-go do-lén-tes quaere-bámus te, al-le-lú-ia.

E u o u a e.

Infra Octavam et in die Octava Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas de occurrenti Hebdomadae die ut in Psalterio; reliqua ut in Festo.

Sabbato infra Oct. Solemn. S. Joseph, Vesperae dicuntur de sequenti Dominica cum commemoratione praec. diei infr. Octavam. Sequenti item die Officium dicitur de Dominica III. post Pascha cum commem. Octavae; et in II. Vesperis pro commem. diei infra Oct. sumitur Ant. Cum esset desponsata et ∇. Constituit e I. Vesp. Festi. Si tamen sequenti die faciendum non sit Officium de Octava, dicitur Antiphona Fili, quid et ∇. Sub umbra e II. Vesp. Festi.

FESTA MAII.

I. SS. PHILIPPI et JACOBI Apostolorum.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi, Capitulum, Hymnus et ∇. de Comuni Apostolorum Tempore Paschali, [22].

Ad Magnificat, Antiphona. 6. F



DON turbé-tur * cor vestrum, ne-que formí-
 det : cré- di- tis in De- um, et in me cré- di- te : in
 domo Patris me- i mansi- ó- nes multae sunt, al- le- lú- ia,
 al- le- lú- ia. E u o u a e.


Oratio ut infra ad Laudes.

Comm. S. Catharinae. Ant. Veni sponsa. [96]. √. Diffúsa est. Oratio, 686.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.


7. c 2



DOmi- ne, * osténde no- bis Patrem, et súf- fi- cit no-
 bis, al- le- lú- ia. E u o u a e.

2. Ant.


7. a



PHil- íppe, * qui vi- det me, vi- det et Pa- trem me- um,
 al- le- lú- ia. E u o u a e.

3. Ant.
3. a**T**

Anto t mpo-re * vo-b scum, sum, et non cogno-vi-




stis me? Phil-  ppe, qui vi-det me, vi-det et Patrem me- um,




al-le-l - ia. E u o u a e.

4. Ant.
7. a**S**

I cogno- viss -tis me. * et Patrem me-um  -tique



cogno-viss - tis, et  mo-do cognosc - tis e- um, et vi-d stis



e- um, al-le-l - ia, al-le-l - ia, al-le-l - ia. E u o u a e.

5. Ant.
3. a**S**

I di-l -gi-tis me, * mand -ta me- a serv -te, al-



le-l -ia, al-le-l -ia, al-le-l -ia. E u o u a e.


Capitulum, Hymnus et  . de Communi, [22].


Ad Benedictus, Antiphona.

7. c 2

E

-go sum vi- a, * v -ri-tas et vi-ta : nemo ve-nit ad





Pa-trem. ni-si per me, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua Apostolórum tuórum Philíppi et Jacóbi solemnitate laetíficas : † praesta, quaesumus; ut quorum gaudemus méritis, * instruámur exémpis. Per Dóminum.


Ad Horas, *Ant. de Laudibus, Capitula et R̄R̄. brevia de Communi.*

In II. Vesperis.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in II. Vesperis Apostolorum, [10]. Capitulum, Hymnus et V̄. de Communi, [22].


Ad Magnificat, Antiphona.

7. a




S

I mansé-ri-tis in me, * et verba me-a in vo-bis



mánse-rint, quodcúmque pe-ti-é-ri-tis, fi-et vo-bis, al-le-



lú-ia, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Comm. sequentis.

2. S. Athanasii Episc., Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

Ant. O Doctor óptime. [66]. V̄. Amávit eum.

Oratio.

EXáudi, quaesumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Athanasii Confessoris tui atque Pontíficis solemnitate deférimus : † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, * ab ómnibus non absólve peccátis. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. praeced



Die 3. Maii.


In Inventione Sanctae Crucis.

Duplex 2. classis.


In I. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. de Comuni Apostolorum.


Hymnus.




EXILLA Re- gis pród- e-unt : Fulget Cru-cis



mysté-ri- um, Qua vi-ta mor-tem pér-tu-lit, Et mor- te vi-




tam pró-tu-lit. 2. Quae vul-ne-rá- ta lán-ce-ae Mucrónē



di-ro, crími-num Ut nos lavá-ret sórdi-bus, Ma-ná- vit



unda et sán-gui-ne. 3. Implé- ta sunt quae cón-ci-nit Da-



vid fi-dé- li cármi-ne, Di-céndo na- ti- ó- ni- bus : Regná-

vit a ligno De- us. 4. Arbor de-có-ra et fúl-gi-da, Orná-ta
 Re-gis púrpu-ra, E-lécta digno stí-pi-te Tam san-cta
 membra tänge-re. 5. Be-á-ta, cu- jus brá-chi-is Pré-ti-um
 pe-péndit saécu-li : Sta-té-ra facta córpo-ris, Tu- lít-que
 praedam tárta-ri. 6. O Crux ave, spes ú-ni-ca, Paschá-le
Post Tempus Paschale : In hac tri-
 quae fers gáudi-um : Pi-is adáuge grá-ti-am, Re-ís-que
 úmphi gló-ri-a :
 de- le crími-na. 7. Te, fons sa-lú-tis Trí-ni-tas, Colláudet
 omnis spí-ri-tus : Quibus Cru-cis victó-ri-am Largí- ris,
 adde praémi-um. A-men.

∇. Hoc signum Crucis erit in caelo. Allelúia.
 ⚡. Cum Dóminus ad iudicándum vénerit. Allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.

i. D

O Crux,* splendí-di or cunctis astris, mundo cé-le-
 bris, ho-mí-ni-bus multum amá-bi-lis, sán-cti-or
 u-ni-vér-sis : quae so-la fu-í-sti di-gna portá-re
 ta-léntum mundi : dulce lignum, dulces clavos, dúl-
 ci-a fe-rens pón-de-ra : sal-va praeséntem ca-tér-vam,
 in tu-is hó-di-e láudi-bus congre-gá-tam. T. P. Alle-
 lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Comm. S. Athanasii. Ant. O Doctor. [66]. ∇. Justum dedúxit.

Ad Completorium et ad Horas, Tonus et Doxología Hymnorum pro Tempore vel Octava currente.



Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

7. c

O

magnum * pi- e-tá-tis opus! mors mórtu- a tunc

est, in li- gno quando mórtu- a vi- ta fu- it. *T.P.* Alle-lú- ia.


E u o u a e.

2. Ant.

3. a

S

Alva nos, * Christe Salvá- tor, per virtú- tem Cru- cis :

qui salvásti Petrum in ma- ri, mi- se- ré- re no- bis. *T.P.* Al-


le- lú- ia. E u o u a e.

3. Ant.


1. f

E

Cce Cru- cem Dómi- ni, * fú- gi- te partes advér-



sae : vi- cit Ie- o de tri- bu Ju- da, ra- dix David, alle-




lú- ia. E u o u a e.

4. Ant.

7. c

N

OS autem * glo-ri- á-ri o-pór-tet in cru-ce Dó-



mi-ni nostri Je-su Chri-sti. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

5. Ant.

8. c

P

ER signum Cru- cis * de in-ím- cis nostris lí-



be-ra nos De- us no-ster. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

Capitulum.

Philipp. 2.

Fratres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequálem Deo : † sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hómínium factus, * et hábitu invéntus ut homo.

Hymnus. Lustra sex. 400.

∇. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi. Allelúia.


∇. Quia per Crucem tuam redemísti mundum. Allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.


1 D 2

S

Úper ómni- a * ligna cedrór-um tu so-la excél-



si- or, in qua vi- ta mundi pe-pén-dit, in qua Christus



tri-umphá-vit : et mors mor-tem supe-rá-vit in ae-tér-
num. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui in praeclára salutíferae Crucis inventióne, passiónis tuae mirácula suscitásti : † concéde; ut vitális ligni prétio, * aetérnae vitae suffrágia consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Comm. SS. Alexandri I. Papae et Soc. Martyrum, ac S. Juvenalis Episc. et Conf. in Laudibus tantum. Ant. Filiae Jerúsalem. [33].
∇. Pretiósá.


Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui sanctorum tuorum Alexandri, Evéntii, Theodúli atque Juvenális natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus liberémur. Per Dóminum.

Ad Tertiam.

Capitulum. Fratres : Hoc enim. e Laudibus.

T. Pasch.
Rz. br.



HOC signum Cru-cis e-rit in caelo : * Alle-lú-ia,
alle-lú-ia. ∇. Cum Dómi-nus ad ju-di-cándum vé-ne-rit.

Gló-ri- a Patri.

∇. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi, allelúia.
Rz. Quia per Crucem tuam redemísti mundum, allelúia

Extra T. P.
Ry. br.

H OC signum Cru-cis * E-rit in cae-lo. √. Cum

Dómi-nus ad ju-di-cándum vé-ne-rit. Gló-ri- a Patri.

√. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi.

Ry. Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

Ad Sextam.

Capitulum.

Gal. 6. d.

Mihi autem absit gloriári, † nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi : * per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

T. Pasch.
Ry. br.

A D-o-rámus te Christe, et be-ne-dí-cimus ti-bi :

* Aile-lú-ia, al-le-lú-ia. √. Qui-a per Cru-cem tu-am red-

mí-sti mundum. Gló-ri- a Patri.

√. Omnis terra adóret te, et psallat tibi, allelúia.

Ry. Psalmum dicat nómini tuo Dómine, allelúia.

Extra T. P.
Ry. br.

A D-o-rámus te Christe, * Et be-ne-dí-ci-mus ti-

bi. √. Qui-a per Cru-cem tu-am red-emí-sti mundum.

Gló-ri- a Patri.

∇. Omnis terra adoret te, et psallat tibi.
 R̄. Psalmum dicat nōmini tuo Dōmine.

Ad Nonam.

Capitulum.

Philipp. 2.

HUmiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem,
 mortem autem crucis. † Propter quod et Deus exaltávit
 illum, * et donávit illi nomen quod est super omne nomen.

T. Pasch.

R̄. br.

O-mnis terra ad-ó-ret te, et psal-lat ti-bi:

* Alle-lú-ia, al-le-lú-ia. ∇. Psalmum di-cat nōmi-ni tu-o

Dómi-ne. Gló-ri-à Patri.

∇. Hoc signum Crucis erit in caelo, allelúia.

R̄. Cum Dóminus ad iudicándum vénerit, allelúia.

Extra T. P.

R̄. br.

O-mnis terra ad-ó-ret te, * Et psal- lat ti- bi.

∇. Psalmum di-cat nōmi-ni tu-o Dómi-ne. Gló-ri- a Patri.

∇. Hoc signum Crucis erit in caelo.

R̄. Cum Dóminus ad iudicándum vénerit.

In II. Vesperis.


Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.

Ad Magnificat, Antiphona.


2. D

C

Ru-cem sanctam súb-i- it, * qui inférnum confré-



git : accínctus est pot-én-ti- a, surré-xit di- e tér-ti- a,



al-le- lú-ia. E u o u a e.

Comm. sequentis.

4. S. Monicæ Viduæ.

Duplex.

Ant. Simile est. [97]. Ψ . Spécie tua.

Oratio.

Deus, moeréntium consolátor, et in te sperántium salus, qui beátæ Monicæ piás lácrimas in conversióne filii sui Augustíni misericórditer suscepisti : † da nobis utriúsque intervéntu peccáta nostra deploráre, * et grátiae tuæ indulgéntiam inveníre. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. præced.

5. S. Pii V. Papæ Confessoris.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

Deus, qui ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes, et ad divínium cultum reparándum, beátum Pium Pontíficem Máximum elígere dignátus es : † fac nos ipsíus deféndi præsídiis, et ita tuis inhaerére obséquiis; * ut ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace laetémur. Per Dóminum.

Comm. S. Monicæ. Ant. Manum suam. [103]. Ψ . Diffúsa est.

Vesp. de seq., comm. præced.

6. S. Joannis ante Portam Latinam.

Duplex majus.

Omnia de Communi Apostolorum Tempore Paschali, [22], præter seq.

(Si celebretur post Tempus Paschale, omnia de Communi Apost. per annum, præter seq.)

- In utrisque Vesperis, ad Magnificat, Antiphona.

4. E

I N fervéntis * ó-le-i dó-li-um missus, Jo- ánnes

A-pósto-lus, di-ví-na se pro-te-gén-te grá-ti-a, illaé-

sus ex-í-vit. Alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui cónspicis quia nos úndique mala nostra pertúrbant: † praesta, quaésumus; * ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelistae intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Comm. S. Pii V. Ant. Dum esset. [66]. ∇. Justum dedúxit.

In II. Vesp., comm. sequentis.

7. S. Stanislai Episcopi, Martyris.

Duplex.

Ant. Lux perpétua. [28]. ∇. Sancti et justi.

Oratio.

DEus, pro cujus honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum occúbuit: † praesta, quaésumus; ut omnes qui ejus implórant auxílium, * petitiónis suae salutárem consequántur efféctum. Per Dóminum.

Vesp. de seq., comm. praeced.


8. In Apparitione S. Michaelis Archangeli.


Duplex majus.


Officium fit ut in ejus Dedicat., die 29. Septembris; sed Temp. Pasch. additur Allelúia ubi non est, juxta ritum paschalem, et Hymnus cantatur ut infra.


Hymnus. 4.






 E splendor et vir-tus Patris, Te vi-ta, Je-su,



 córdi-um, Ab o-re qui pendent tu-o, Laudámus inter



 Ange-los. 2. Ti-bi mil-le den-sa míl-li-um Ducum co-ró-


 na mí-li-tat : Sed éxpli-cat vi-ctor crucem Mícha-el sa-lú-



 tis sígni-fer. 3. Dra-có-nis hic di-rum caput In ima


 pel-lit tárta-ra, Du-cémque cum re-bél-li-bus Cae-léstí ab


 arce fúlmi-nat. 4. Con-tra du-cem su-pérbi-ae Sequámur


 hunc nos prínci-pem, Ut de-tur ex Agni throno No-bis

Sequens conclusio nunquam mutatur.



co-ró-na gló-ri- ae. 5. De- o Patri sit gló-ri- a, Qui quos
red-émit Fí- li- us, Et Sanctus un- xit Spí- ri- tus, Per An-
ge-los cu- stó- di- at. A- men.

*In I. Vesp., comm. S. Stanislai. Ant. Sancti et justi. [36]. V. Pretiósá.
In II. Vesp., comm. sequentis.*

9. S. Gregorii Nazianzeni Episcopi, Conf. et Ecclesiae Doctoris.

Duplex.

Ant. O Doctor... beáte Gregóri. [66]. V. Amávit eum.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Gregórium mí-
strum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem
vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in
caelis. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et SS. Martyrum ut infra.

10. S. Antonini Episcopi, Confessoris.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

Sancti Antoníni, Dómine, Confessóris tui atque Pontíficis méritis
adjuvémur : † ut sicut te in illo mirábilem praedicámus, * ita
in nos misericórdem fuisse gloriémur. Per Dóminum.

Comm. S. Gregorii Nazianzeni. Ant. O Doctor. 577¹⁷. V̄. Justum.

Deinde SS. Gordiani et Epimachi Martyrum. Ant. Lux perpetua. 577¹¹. Sancti et justi.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui beatorum Martyrum tuorum Gordiani et Epimachi solennia colimus, eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

In Laud., pro comm. SS. Martyrum, Ant. Filiae Jerusalem. 577¹¹. V̄. Pretiosa.

12. SS. Nerei, Achillei et Domitillae Virginis atque Pancratii Martyrum.

Semiduplex.

Oratio.

Semper nos, Domine, Martyrum tuorum Nerei, Achillei, Domitillae atque Pancratii foveat, quaesumus, beata sollemnitas : * et tuo dignos reddat obsequio. Per Dominum.

Vesp. de seq., Comm. praeced.

13. S. Roberti Bellarmino Episcopi, Conf. et Ecclesiae Doctoris.

Ant. O Doctor,.. beate Roberte. [66] V̄. Amavit eum.

Oratio.

Deus, qui ad errorum insidias repellendas et Apostolicae Sedis jura propugnanda, beatum Robertum Pontificem tuum atque Doctorem mira eruditione et virtute decorasti : † ejus meritis et intercessionem concede : * ut nos in veritatis amore crescamus et errantium corda ad Ecclesiae tuae redeant unitatem. Per Dominum.

Et fit comm. praec. Ant. Sancti et justi. 577¹². V̄. Pretiosa. Oratio. Semper ut supra.

In II Vesp. Ant. O Doctor. ut supra. V̄. Justum. Et fit comm. seq.

14. S. Bonifatii Martyris.

Simplex

Ant. Lux perpetua. 577¹¹. V̄. Sancti et justi.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui beati Bonifatii Martyris tui solennia colimus, * ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

15. S. Joannis Baptistae de la Salle Conf.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui ad christianam pauperum eruditionem, et ad juventam in via veritatis firmendam, sanctum Joannem Baptistam Confessorem excitasti, et novam per eum in Ecclesia familiam collegisti : † concede propitius; ut ejus intercessione et exemplo, studio gloriae tuae in animarum salute ferventes, * ejus in caelis coronae participes fieri valeamus. Per Dominum.

In Vesp., comm. seq.

16. S. Ubaldi Episcopi, Confessoris.

*Semiduplex.**Ant. Sacrdos et Pontifex. 577¹⁵. V̄. Amavit eum.*

Oratio.

Auxilium tuum nobis, Domine quaesumus, placatus impende: † et intercessione beati Ubaldi Confessoris tui atque Pontificis, * contra omnes diaboli nequitas dexteram super nos tuae propitiationis extende. Per Dominum.

Vesp. de seq., comm. praeced.

17. S. Paschalis Baylon Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui beatum Paschalem Confessorem tuum mirifica erga Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti : † concede propitius; ut quam ille ex hoc divino convivio spiritus percipit pinguedinem, * eandem et nos percipere mereamur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Comm. S. Ubaldi. Ant. Amavit eum. 577¹⁶. V̄. Justum deduxit.**Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.*

18. S. Venantii Martyris.

Duplex.

(*Si celebretur post Tempus Paschale, sequentes Hymni cantantur in tono Deus tuorum militum per annum.*)


In I. Vesperis. Hymnus.

3.


M Artyr De- i Ve-nánti- us, Lux et decus Camér-
 ti- um, Tor-tó-re vi-cto et jú-di-ce, Laetus tri- úmphum
 cón- cí-nit. 2. Annis pu-er, post víncu- la, Post cárce-
 res, post vérbe- ra, Longa fame fre-ménti- bus, Ci- bus
 da- tur le- ó- ni- bus. 3. Sed e- jus inno- cén- ti- ae Par-
 cit le- ónum immá- ni- tas, Pe- désque lam bunt Márty- ris,
 Irae famís- que immé- mo- res. 4. Ver- so de- órsum vér-
 ti- ce, Hau- rí- re fumum có- gi- tur : Co- stas u- trímque
 et vísce- ra Succénsa lam- pas ú- stu- lat. 5. Sit laus

Sequens con-

clauso, etiam ad Laudes, nunquam mutatur.



Patri, sit Fí-li- o, Ti- bíque Sancte Spí- ri-tus : Da per



pre-ces Ve-nánti- i Be- á-ta no- bis gáu- di- a. A- men.


Oratio.

DEus, qui hunc diem beáti Venántii Mártyris tui triúmpho consecrásti : † exáudi preces pópuli tui, et praesta; ut qui ejus mérita venerámur, * fidei constántiam imitémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.


Comm. S. Paschalis. Ant. Hic vir. 577¹⁹. V̄. Justum dedúxit.

Ad Laudes, Hymnus.


I.




DUM no-cte pulsa lú-ci-fer Di- em pro-pínquam



nún-ti- at, No- bis re- fert Ve- nánti- us Lu- cis be- á- tae



mú- ne- ra. 2. Nam crí-mi-num ca- lí-gi-nem, Sty- gísque



noctem dé- pu- lit : Ve- róque ci- ves lúmi- ne Di- vi- ni-



tá- tis ím- bu- it. 3. Aquis sacri ba-ptísma- tis Lu-

strá-vit il-le pá-tri-am : Quos tinxit un-da mí-li-tes, In
 astra mi- sit Már- ty-res. 4. Nunc Ange-ló-rum párti-
 ceps Ad- ésto vo-tis súpli-cum : Pro-cul re-pél- le crí-
 mi-na, Tu-úmque lu-men ín- ge-re. 5. Sit laus Patri, sit
 Fí-li- o, Ti- bíque Sancte Spí- ri-tus : Da per pre-ces
 Ve-nánti- i Be- á-ta no- bis gáu- di- a. A-men.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et S. Pudentianae Virginis.

19. S. Petri Caelestini Papae, Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Petrum Caelestinum ad summi pontificátus ápicem sublimásti, quique illum humilitáti postpónere docuísti : † concéde propítius; ut ejus exémplo cuncta mundi despícere, * et ad promíssa humílibus praemia perveníre feliciter mereámur. Per Dóminum.

Comm. S. Venantii. Ant. Sancti et justi. 577¹². Ψ. Pretiósá. Extra Temp. Pasch. Ant. Qui vult. 577¹³. Ψ. Justus ut palma.

Postea S. Pudentianae Virginis. Ant. Veni sponsa. 577²⁰. Ψ. Spécie tua.

Oratio.

EXáudi nos, Deus salutáris noster : * ut sicut de beátae Pudentiánae Vírginis tuae festivitáte gaudémus; ita pia devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

In Laud., pro comm. S. Pudentianae, Ant. Simile est. 577²⁰. V̄. Diffúsa est. In II. Vesp., Ant. Dum esset. [66]. Comm. sequentiis.

20. S. Bernardini Senensis Confessoris.

Semiduplex.

Ant. Similábo eum. 577¹⁸. V̄. Amávit eum.

Oratio.

Domine Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti Nóminis tui amórem tribuísti : † ejus, quaesumus, méritis et intercessiône, * spiritum nobis tuae dilectiúnis benignus infúnde. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus.

25. S. Gregorii VII. Papae, Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEus in te sperántium fortitúdo, qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiæ libertáte virtúte constántiae roborásti : † da nobis ejus exémplo et intercessiône, * ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dóminum.

Comm. S. Urbani I. Papae, Martyris. Ant. Lux perpétua. 577¹¹. V̄. Sancti et justi. Extra Temp. Pasch. Ant. Iste Sanctus. 577¹². V̄. Glória et honóre.

Oratio.

Gregem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Urbánum Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectiône custódi; * quem totíus Ecclésiæ praestitísti esse pastórem. Per Dóminum.

In Laud., pro S. Urbano, Ant. Fíliae Jerúsalem. 577¹¹. V̄. Pretiósá. Extra Temp. Pasch. Ant. Qui odit. 577¹³. V̄. Justus ut palma.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et S. Eleutherii Papae, Martyris.

26. S. Philippi Nerii Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Philíppum Confessórem tuum Sanctórum tuórum glória sublimásti : † concéde propítius; ut cujus solemnitáte laetámur, * ejus virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Comm. S. Gregorii VII. Ant. Dum esset. 577¹⁶. V̄. Justum dedúxit.

*Postea. S. Eleutherii Papae, Martyris. Ant. Lux perpétua. 577¹¹.
V̄. Sancti et justi. Extra Temp. Pasch. Ant. Iste Sanctus. 577¹².
V̄. Glória et honore.*

Oratio.

G Regem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Eleuthérium Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiae praestitísti esse pastórem. Per Dóminum.

In Laud., pro S. Eleutherio, Ant. Fíliae Jerúsalem. 577¹¹. V̄. Pretiósá. Extra Temp. Pasch. Ant. Qui odit. 577¹³. V̄. Justus ut palma.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced, ac S. Joannis Papae, Martyris.

27. S. Bedae Venerabilis Conf. et Eccl. Doct.

Duplex. (m. t. v.)

Ant. O Doctor... beáte Beda. [66]. V̄. Amávit eum Dóminus.

Oratio.

D Eus, qui Ecclésiam tuam beáti Bedae Confessóris tui atque Doctóris eruditíone claríficas : † concéde propítius fámulis tuis; * ejus semper illustrári sapiéntia et méritis adjuvári. Per Dóminum.

Comm. S. Philippi. Ant. Hic vir 577¹⁹. V̄. Justum dedúxit.

*Deinde S. Joannis I. Papae, Mart. Ant. Lux perpétua. 577¹¹.
V̄. Sancti et justi. Extra Temp. Pasch. Ant. Iste sanctus. 577¹².
V̄. Glória et honore.*

Oratio.

G Regem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Joánnem Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiae praestitísti esse pastórem. Per Dóminum.

In Laudibus, pro S. Joanne, Ant. Fíliae Jerúsalem. 577¹¹. V̄. Pretiósá. Extra Temp. Pasch. Ant. Qui odit. 577¹³. V̄. Justus ut palma.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.

28. S. Augustini Cantuar. Episc., Conf.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

D Eus, qui Anglórum gentes, praedicatíone et miráculis beáti Augustíni Confessóris tui atque Pontíficis, verae fidei luce illustráre dignátus es : † concéde; ut ipso interveniénte, errántium

corda ad veritatis tuae rédeant unitátem, * et nos in tua simus voluntáte concórdes. Per Dóminum.

Comm. S. Bedae, Ant. O Doctor. [66]. V̄. Justum dedúxit.

In II. Vesp., comm. seq.

29. S. Mariae Magdalенаe de Pazzis Virginis.

Semiduplex.

Ant. Veni sponsa. 577²⁰. V̄. Spécie tua.

Oratio.

DEus virginitatis amátor, qui beátam Mariám Magdalénam Virgínem, tuo amóre succénsam, caeléstibus donis decorásti : † da, ut quam festíva celebritáte venerámur, * puritáte et caritáte imitémur. Per Dóminum.

In II. Vesp., comm. seq.

30. S. Felicis I. Papae, Martyris.

Ant. Lux perpétua. 577¹¹. V̄. Sancti et justi. Extra Temp. Pasch.
Ant. Iste sanctus. 577¹². V̄. Glória et hónore.

Oratio.

GRegem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Felícem Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiae praestitísti esse pastórem. Per Dóminum.

31. S. Angelae Mericiae Virginis.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui novum per beátam Angelam sacrárum vírginum collégium in Ecclésia tua floréscere voluísti : † da nobis ejus intercessióne angélicis móribus vívere; * ut terrénis ómnibus abdícáti, gáudiis pérfrui mereámur aetérnis. Per Dóminum.

Comm. S. Petronillae Virginis. Ant. Símile est. 577²⁰. V̄. Diffúsa est.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris nóster : * ut sicut de beátae Petroníllae Virgínis tuae festivitáte gaudémus; ita piae devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

In Laud., pro S. Petronilla, Ant. Veni sponsa. 577²⁰. V̄. Spécie tua.

FESTA JUNII.

2. SS. Marcellini, Petri atque Erasmi Mm.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni, Petrí atque Erásmi solemnitate laetificas : † praesta, quaesumus; ut quorum gaudemus méritis, * accendámur exémp-
lis. Per Dóminum.

4. S. Francisci Caracciolo Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Franciscum, novi órdinis institutórem, orándi stúdio et paeniténtiae amóre decorásti : † da fámulis tuis in ejus imitatióne ita proficere; ut semper orántes, et corpus in servitútem redigéntes, * ad caeléstem glóriam perveníre mereántur. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.

5. S. Bonifatii Episcopi, Martyris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui multitudínem populórum, beáti Bonifátii Mártyris tui atque Pontíficis zelo, ad agnitiónem tui nóminis vocáre dignátus es : † concéde propítius, ut cujus solémnia cólimus. * étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

*Comm. S. Francisci Caracciolo. Ant. Hic vir. 577¹⁹. V. Justum dedúxit.**Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.*

6. S. Norberti Episcopi, Confessoris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui beátum Norbértum Confessórem tuum atque Pontíficem, verbi tui praecónem exímium effecísti, et per eum Ecclésiám tuam nova prole foecundásti : † praesta, quaesumus;

ut ejúsdem suffragántibus méritis, * quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.

Comm. S. Bonifatii. Temp. Pasch. Ant. Sancti et justi. 577¹². ¶. Pre-tiósá. Extra Temp. Pasch. Ant. Qui vult. 577¹³. ¶. Justus ut palma.

9. SS. Primi et Feliciani, Martyrum.

Oratio.

FAC nos, quaesumus Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Primi et Feliciáni semper festa sectári : * quorum suffrágiis protectiónis tuae dona sentiámus. Per Dóminum.

10. S. Margaritae Reginae Scotiae, Viduae.

Semiduplex.

Oratio.

DEus, qui beátam Margarítam regínam exímia in páuperes caritáte mirábilem effecisti : † da, ut ejus intercessiône et exémplo, * tua in córdibus nostris caritas júgiter augeátur. Per Dñum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.

11. S. Barnabae, Apostoli.

Duplex majus.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Bárnabae Apóstoli tui méritis et interces-siône laetíficas : † concéde propítius ; ut qui tua per eum bene-ficia póscimus, * dono tuae grátiae consequámur. Per Dóminum.

Comm. S. Margaritae Ant. Manum suam. 577²². ¶. Diffúsa est.

In II. Vesp., comm. seq. ac SS. Basilidis et Soc. Martyrum.

12. S. Joannis a S. Facundo, Confessoris.

Duplex.

Ant. Similábo. 577¹⁸. ¶. Amávit eum.

Oratio.

DEus auctor pacis et amátor caritátis, qui beátum Joánnem Confessórem tuum mirífica dissidentes componéndi grátia decorásti : † ejus méritis et intercessiône concéde ; ut in tua

caritate firmati, * nullis a te tentationibus separeremur. Per Dominum nostrum.

Deinde comm. SS. Basilidis et Sociorum Martyrum. Temp. Pasch. Ant. Lux perpetua. 577¹¹. V. Sancti et justi. Extra Temp. Pasch. Ant. Istorum est. 577¹⁴. V. Laetamini.

Oratio.

Sanctorum Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris atque Nazarii, quaesumus Domine, natalitia nobis votiva resplendeant : * et quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostrae devotionis accrescat. Per Dominum.

In Laud., pro SS. Martyribus, Temp. Pasch. Ant. Filiae Jerusalem. 577¹¹. V. Pretiosa. Extra T. P. Ant. Vestri capilli. 577¹⁴. V. Exsultabunt. Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.

13. S. Antonii de Padua, Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In I. Vesp. Ant. O Doctor... beate Antoni. [66]. V. Amavit.

Oratio.

 unguénti. E u o u a e.

Oratio.

BEátae Maríae Magdalénae, quaésumus Dómine, suffrágiis adjuvémur : † cujus précibus exorátus, * quatríduánum fratrem Lázarus vivum ab ínferis resuscitásti. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et S. Liborii Episc., Conf.

¶ *Si II. Vesperae dicendae sunt integrae de S. Maria Magdalena, Hymnus Pater supérni lúminis, ut supra. ¶. Elégit eam. Ant. ad Magnificat. Múlier. ut infra.*

23. S. Apollinaris Episcopi, Martyris.

Duplex.


Oratio.

DEus, fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollínáris Sacerdótis tui martýrio consecrásti : † tríbe nobis, quaésumus, fámulis tuis; ut cujus venerándam celebrámus festivitátem, * précibus ejus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.


Pro comm. S. Mariae Magdalena, Antiphona.

8. G


M U-li-er, * quae e-rat in ci-vi-tá-te peccátrix, áttu-



lit a-la-bástrum unguénti : et stans secus pe-des Dómi-ni,



lá-crimis coepit ri-gá-re pedes e- jus, et ca-píl-lis cápi-tis



su- i tergé-bat. E u o u a e.

∇. Elégit eam Deus, et praelégit eam.

℞. In tabernáculo suo habitare facit eam.

Postea comm. S. Liborii Episcopi, Confessoris. Ant. Sacérdos. [55].
∇. Amávit eum.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : * ut beati Liborii Confessoris tui atque Pontificis veneranda sollemnitas, et devotio-nem nobis áugeat et salutem. Per Dóminum.

In Laudibus, pro S. Liborio, Ant. Euge serve bone. [61]. ∇. Justum dedúxit.

Si vero hodie fuerit Sabbatum, fit comm. Vigiliae S. Jacobi Apostoli, et tunc pro comm. S. Liborii dicatur Oratio :

EXáudi, quaesumus Dómine, preces nostras, quas in beati Liborii Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deféri-mus : * et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

In II. Vesperis, comm. S. Christinae Virginis et Martyris. Ant. Veni sponsa. [86]. ∇. Spécie tua.

Oratio.

Indulgéntiam nobis, quaesumus Dómine, beata Christína Virgo et Martyr implóret : * quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuae professione virtútis. Per Dóminum.

24. In Vigilia S. Jacobi Apostoli.

Ad Laudes ut in Psalterio, et dicuntur Preces feriales flexis genibus.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : † ut beati Jacobi Apostoli tui, quam praevenimus, veneranda sollemnitas, * et devotio-nem nobis augeat et salutem. Per Dominum.

Comm. S. Christinae. Ant. Simile est. [92]. V. Diffusa est.

25. S. JACOBI Apostoli.

Duplex 2. classis.

Oratio.

ESto Domine plebi tuae sanctificator et custos : † ut Apostoli tui Jacobi munita praesidiis, * et conversatio-ne tibi placeat, et secura mente deserviat. Per Dominum.

In Laudibus tantum comm. S. Christophori Martyris. Ant. Qui odit. [19]. V. Justus ut palma.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui beati Christo-phori Martyris tui natalitia colimus, intercessio-ne ejus in tui nominis amore roborer-mur. Per Dominum.

In II. Vesperis, comm. sequentis.

26. S. ANNAE Matris B. Mariae Virginis.

Duplex 2. classis.

Omnia de Communi nec Virginis nec Martyris.

Ant. Simile est. [97]. V. Specie tua.

Oratio.

DEus, qui beatae Annae gratiam conferre dignatus es, ut Genitricis unigeniti Filii tui mater effici mereretur : † concede propitius ; ut cujus sollemnia celebramus, * ejus apud te patrociniis adjuvemur. Per eundem Dominum.

In II. Vesperis, non fit comm. sequentis.

27. S. Pantaleonis Martyris.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut intercedente beato Pantaleone Martyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, * et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

28. SS. Nazarii et Celsi Martyrum,

Victoris I. Papae, Mart., ac Innocentii I. Papae, Conf.

Semiduplex.

Oratio.

Sanctorum tuorum nos, Domine, Nazarii, Celsi, Victoris et Innocentii confessio beata communiat : * et fragilitati nostrae subsidium dignanter exoret. Per Dominum.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et SS. Martyrum ut infra.

29. S. Marthae Virginis.

Semiduplex.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster : † ut sicut de beatae Marthae Virginis tuae festivitate gaudemus ; * ita piae devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

*Comm. SS. Nazarii et Soc. Ant. Gaudet. [48]. V. Exsultabunt.**Deinde SS. Felicis II. Papae, Simplicii, Faustini et Beatricis Martyrum. Ant. Istorum est. [40]. V. Laetamini.*

Oratio.

Praesta, quaesumus Domine : ut sicut populus christianus Martyrum tuorum Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis temporali solemnitate congruet, ita perfruatur aeterna ; * et quod votis celebrat, comprehendat effectu. Per Dominum.

*In Laud. pro SS. Martyribus. Ant. Vestri capilli. [44]. V. Exsultabunt.**In II. Vesp., comm. sequentis.*

30. SS. Abdon et Sennen Martyrum.

Ant. Istorum est. [40]. V. Laetamini.

Oratio.

Deus, qui sanctis tuis Abdon et Sennen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratiae contulisti : † da famulis tuis suorum veniam peccatorum ; * ut Sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereantur adversitatibus liberari. Per Dominum.

31. S. Ignatii Confessoris.

Duplex majus.

Oratio.

DEus, qui ad majorem tui nóm̄inis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsidió militántem Ecclésiám roborásti : † concéde ; ut ejus auxilió et imitatióne certántes in terris, * coronári cum ipso mereámur in caelis. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti cum commem. assignatis.

FESTA AUGUSTI.


1. Festum Sancti Petri ad Vincula

Duplex majus.


In I. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis de Communi Apostolorum.


Hymnus. 4.




IRIS mo-dis re-pén-te li-ber, férre-a,




Christo ju-bén-te, vin-cula Petrus éx-u-it : Oví-lis il-le



pastor et re-ctor gre-gis, Vi-tae reclú-dit páscu-a et fon-



tes sa-cros, Ovésque servat cré-di-tas, ar-cet lu-pos. 2. Pa-




tri per-énne sit per aevum gló-ri- a, Ti- bíque laudes
 concí-námus ínclý-tas, Aetérne Na- te : sit, su-pérne Spí-
 ri-tus, Ho-nor ti-bi de-cúsque : sancta jú-gi- ter Laudé-tur

omne Trí ni- tas per saécu- lum. A- men.

∮. Tu es Petrus.

R̄. Et super hanc petram aedificábo Ecclésiam meam.

Ad Magnificat, Antiphona.



T U es pastor ó- vi- um, * Prin- ceps Apo- sto- ló- rum :

ti- bi trá- di- tae sunt cla- ves regni cae- ló- rum. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Deinde comm. S. Pauli, ut supra, 599.

Comm. S. Ignatii. Ant. Hic vir. [85]. ∮. Justum dedúxit.

Postea SS. Mart. Machabaeorum. Ant. Istórum est. [40]. ∮. Laetámini.


Oratio.

F Ratérna nos Dómine Mártyrum tuórum coróna laetíficet : *
 quae et fidei nostrae praébeat increménta virtútum, et mul-
 típlici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.


Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.


8. G



H E-ró-des rex * appó-su-it ut appre-hénde-ret et





Petrum : quem cum appre-hendísset, mi-sit in cárce-rem,




E u o u a e.

2. Ant.


3. g



P Etrus qui-dem * serva-bá-tur in cárce-re : o-rá-ti-o





autem fi-é-bat si-ne intermissi-ó-ne ab Ecclé-si-a



ad De-um pro e-o. E u o u a e.

3. Ant.

8. c




D I-xit Ange-lus ad Petrum : * Circúmda ti-bi ve-



stíméntum tu-um, et séque-re me. E u o u a e.

4. Ant.
7. c 2

me de má-nu He-ró-dis, al-le- lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.
7. c

cá-bo Ecclé-si-am me-am E u o u a e.

Capitulum.

Act. 12.

Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. † Occídít autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. * Videns autem quia placéret Judaéis, appósuit ut apprehénderet et Petrum.

Hymnus. Beáte pastor Petre. *ut supra*, 599.

℣. Tu es Petrus.

℞. Et super hanc petram aedificábo Ecclésiám meam.

Ad Benedictus, Antiphona. Quodcúmque ligáveris. 600.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Apóstolum, a vínculis aösolutum, illaésu abíre fecísti : † nostrórum, quaésuimus, absólve víncula peccatórum; * et ómnia mala a nobis propitiátus exclúde. Per Dóminum.

Comm. S. Pauli, ut supra, 599. *Deinde SS. Machabaeorum. Ant.* Vestri capilli. [44]. ℣. Exsultábunt. *Oratio*, 798.

Ad Tertiam.

Capit. Misit Heródes. *e Laudibus.* ℞. *br.* In omnem terram. [9]. ℣. Constitues.

Ad Sextam.

Capitulum.

Act. 12.

Petrus quidem servabátur in cárcere. † Orátio autem fiébat sine intermissióne * ab Ecclésia ad Deum pro eo.

℞. *br.* Constitues eos. [9]. ℣. Nimis.

Ad Nonam.

Capitulum.

Act. 12. b.

ET Petrus ad se revérsum, dixit : Nunc scio vere quia misit Dóminus Angelum suum, † et erípuit me de manu Heródis, * et de omni exspectatióne plebis Judaeórum.

R̄. *br.* Nimis honoráti sunt. [10]. *Ÿ.* Annuntiavérunt.

In II. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi Dixit Dóminus, 577⁸, Laudáte púeri, 577⁴, Crédidi, 577⁶, In converténdo, Dómine probásti me, 577⁷.

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E

Solve, * jubénte De- o, terrá-rum Petre ca-té-nas :
 qui fa- cis ut pá-te-ant cae- lésti- a regna be- á- tis.

E u o u a e.

Deinde fit comm. S. Pauli, ut supra, 599.

Postea comm. sequentis et S. Stephani Papae, Martyris.

2. S. Alphonsi Mariae de Ligorio Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Goctoris.

Duplex.

Ant. O Doctor... beáte Alphónse María, 577¹⁷. *Ÿ.* Amávit eum.

Oratio.

DEus, qui per beátum Alphónsum Mariám Confessórem tuum atque Pontíficem, animárum zelo succénsus, Ecclésiám tuam nova prole foecundásti : † quaésumus ; ut ejus salutáribus mónitis edócti et exémplic roboráti, * ad te perveníre feliciter valeámus. Per Dóminum.

Deinde comm. S. Stephani I. Papae, Martyris. Ant. Iste Sanctus. 577¹². V̄. Glória et honóre.

Oratio.

G Regem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Stéphanum Mártirem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiae praestitisti esse pastórem. Per Dóminum.

*In Laud., pro S. Stephano, Ant. Qui odit. 577¹³. V̄. Justus ut palma.
In II. Vesp., Ant. O Doctor. [66]. Comm. sequentis.*

3. In Inventione Corporis S. Stephani Prot.

Semiduplex.

*Omnia ut in Festo S. Stephani, 273, praeter sequentia.
Ant. Stéphanus autem. 276. V̄. Glória et honóre. 273.*

Oratio.

DA nobis, quaesumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discamus et inimícos dilígere : † quia ejus Inventiónem celebrámus, * qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat...

Ad Completorium et ad Horas minores Antiph. et Psalmi de Feria.

Ad Laudes, Hymnus. Invicte Martyr. [17].

Vesp. de seq., comm. praeced.

¶ *Si I. vel II. Vesperae dicendae sint integrae, Antiphonae et Capitulum de Laudibus Festi, 273. Psalmi, et Hymnus de Communi unius Martyris. Reliqua ut hic ponuntur.*

4. S. Dominici Confessoris.

Duplex majus. (m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici Confessóris tui illumináre dignátus es méritis et doctrínis : † concéde; ut ejus intercessióne temporálibus non destituátur auxiliis, * et spirituálibus semper proficiat incrementis. Per Dóminum.

Comm. S. Stephani. Ant. Sepeliérunt Stéphanum. 278.

V̄. Stéphanus vidit caelos apértos.


R̄. Vidit et introívit : beátus homo, cui caeli patébant.

Vesp. de sequenti, comm. praecedentis.

5. Festum S. Mariae ad Nives.

Duplex majus.

*Omnia ut in Festis B. M. V. per annum, [114]. Oratio. Concède. [123].
In I. Vesp., comm. S. Dominici. Ant. Hic vir. [85]. √. Justum dedúxit.
Vesp. de seq., comm. præced.*



Die 6. Augusti.

In Transfiguratione D. N. J. C.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis de Com-
muni Apostolorum.*

Hymnus. 4.



UICUMQUE Chri-stum quaé-ri-tis, Ocu-los in
al-tum tól-li-te : Il-lic li-cé-bit ví-se-re Signum per-én-
nis gló-ri-ae. 2. Il-lústre quiddam cér-nimus, Quod nésci-at
fi-nem pa-ti . Sublíme, celsum, intérmí-num, Antíqui-us
caelo et cha-o. 3. Hic il-le Rex est gén-ti-um, Popu-lique

Rex Judá- i-ci, Prómíssus Abra-hae patri, E-júsque in
 aevum sé-mi-ni. 4. Hunc et prophé- tis té-sti-bus, ísdémque
 signa-tó-ri-bus, Testá-tor et Pa-ter jubet Audí-re nos
 et cré-de-re. 5. Je-su ti-bi sit gló-ri-a, Qui te revé-las
 párvu-lis, Cūm Patre et almo Spí-ri-tu, In sempi-tér-
 na saé-cu-la. A-men.


∇. Gloriósus apparuísti in conspéctu Dómini.

Ɀ. Proptérea decórem índuit te Dóminus

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E

Christus Je-sus * splendor Patris, et figú-ra substán-
 ti-ae e-jus, portans ómni-a verbo virtú- tis su- ae, pur-
 gá-ti- ónem pecca-to-rum fá-ci- ens, in monte excélsio



glo-ri- ó-sus appa-ré- re hó- di- e di- gná- tus est.

E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Comm. B. M. V. ad Nives. Ant. Beátam me dicent. [125]. V. Dignáre me. Oratio. Concéde nos. [123].

Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur sicut Hymnus ad Vesperas.


Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

I. g

A

S-súmpsit Je- sus * Petrum, et Ja-có-bum, et Jo- ánnem



fratrem e-jus, et du-xit e- os in montem excélsu- m se- ór-


sum, et transfi-gu-rá-tus est an-te e- os. E u o u a e.

2. Ant.

8. G

R

Espléndu- it * fá- ci- es e- jus sic- ut sol, vestimén-




ta autem e- jus facta sunt alba sic- ut nix, alle- lú- ia.

E u o u a e.

3. Ant.
4. E




E T ecce * appa-ru- é-runt e- is Mó- y-ses et




E- lí- as, loquéntes cum Je-su. E u o u a e.

4. Ant.
6. F




R Espóndens autem Petrus, * di-xit ad Je-sum : Dó-




mi-ne, bo-num est nos hic es-se. E u o u a e.

5. Ant.
3. g



A Dhuc e- o loquénte, * ecce nu-bes lú-ci-da ob-



umbrá-vit e- os. E u o u a e.

Capitulum.

Philipp. 3. d.


Salvatórem exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, † qui reformábit corpus humilitátis nostrae, * configurátum córpori claritátis suae.

Hymnus.

8.



L UX al- ma Je- su ménti- um, Dum corda nostra



ré-cre- as, Culpae fu-gas ca-lí- gi-nem, Et nos reple- dul-cé-



di-ne. 2. Quam lae- tus est quem ví-si-tas! Consors pa-tér-
 nae délixte-rae, Tu dulce lumen pá-tri-ae, Carnis ne-gá-tum
 sénsi-bus. 3. Splendor pa-térnae gló-ri-ae, Incompre-hén-
 sa cá-ri-tas, No-bis amó-ris có-pi-am Largí-re per prae-
 sénti-am. 4. Je-su ti-bi sit gló-ri-a, Qui te re-vé-las
 párvu-lis, Cum Patre et almo Spí-ri-tu, In sempi-térna
 saécu-la. A-men.

∇. Coróna áurea super caput ejus.


℞. Expréssa signo sanctitátis, gló-ri-ae et honó-ris.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a



E T ec-ce * vox de nu-be di-cens : Hic est Fí-
 li-us me-us di-lé-ctus, in quo mi-hi complá-cu-i : ipsum



Oratio.

DEus, qui fidei sacramenta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrum testimónio roborásti, et adoptiónem filiórum perfectam, voce delápsa in nube lúcida, mirabíliter praesignásti : † concéde propítius; ut ipsíus Regis glóriæ nos cohaerédes efficias, * et ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

Et fit commem. SS. Xysti II. Papae, Felicissimi et Agapiti Martyrum. Ant. Vestri capilli. [44]. V. Exsultábunt.



Oratio.

DEus, qui nos concédís sanctórum Mártyrum tuórum Xysti, Felicissimi et Agapíti natalítia cólere : * da nobis in aetérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.


Ad Primam, *in Rq. br.* Qui apparuísti hódie. 20.

Ad Tertiam.

Capitulum. Salvatórem. e Laudibus.



* Alle-lú-ia, al-le-lú-ia. V. Proptér-e-a de-có-rem índu-it



te Dómi-nus. Gló-ri-a Patri.

V. Glória et honóre coronásti eum Dómine, allelúia.


Rq. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, allelúia.

Ad Sextam.


Capitulum.

2. Cor. 3. d.


NOS omnes, reveláta fácie glóriam Dómini speculántes, † in eámdem imáginem transformámur a claritáte in claritátem, * tamquam a Dómini Spíritu.

Ry. br. 

G Ló-ri- a et ho-nó-re co-ro-násti e- um Dómi-ne :



* Alle- lú- ia, al-le-lú- ia. ∇. Et consti- tu- ísti e- um su- per



ó-pe- ra má- nu- um tu- á- rum. Gló- ri- a Patri.

∇. Magna est glória ejus in salutári tuo, allelúia.


Ry. Glóriam et magnum decórem impónes super eum, allelúia

Ad Nonam.


Capitulum.

Apoc. 21. c.


Sustulit me in spíritu in montem magnum et altum, † et osténdit mihi civitátem sanctam Jerúsalem, descendéntem de caelo a Deo, habéntem claritátem Dei : * et lucérna ejus est Agnus.

Ry. br. 

Magna est gló- ri- a e- jus in sa- lu- tá- ri tu- o :



* Alle- lú- ia, al-le-lú- ia. ∇. Gló- ri- am et magnum de- có- rem



impó- nes su- per e- um. Gló- ri- a Patri.


∇. Coróna áurea super caput ejus, allelúia.

Ry. Exprésa signo sanctitátis, glóriæ et honóris, allelúia.


In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.


Ad Magnificat, Antiphona.

8. G 


E T audi- éntes * discí- pu- li, ce- ci- dé- runt in fá- ci- em



su- am, et timu- é-runt valde : et accéssit Je-sus, et



té-ti-git e- os, di-xítque e- is : Súr-gi-te, et no-lí-te



timé-re, alle-lú- ia. E u o u a e.


Comm. sequentis tantum.

7. S. Cajetani Confessoris.

Duplex.


In utrisque Vesp. ad Magnificat, Antiphona.

I. g



Q

Uaéri-te pri-mum * regnum De- i, et justí-ti- am



e-jus : et haec ómni- a adjí- ci- éntur vo-bis. E u o u a e.


∇. Amávit eum.

Oratio.

DEus, qui beáto Cajetáno Confessóri tuo apostólicam vivéndi formam imitári tribuísti : † da nobis ejus intercessióne et exémplo in te semper confídere, * et sola caeléstia desideráre. Per Dóminum.


Ad Benedictus, Antiphona.

8. G




N

O-lí-te * sol-lí-ci-ti esse di-céntes : Quid mandu-cá-



bimus, aut quid bi-bémus? Scit e-nim Pa-ter vester cae-lé-



stis quid vo-bis ne-cesse sit. E u o u a e.

Comm. S. Donati. Ant. Qui odit. 577¹³. ∇. Justus ut palma.

Oratio.

DEus, tuórum glória Sacerdótum : * praesta, quaésumus; ut sancti Mártyris tui et Epíscopi Donáti, cujus festa gérimus, sentiámus auxiliúm. Per Dóminum.

In II. Vesp. Antiphona ad Magnificat. Quaérite. Et fit comm. sequentis.

8. SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi Martyrum.

Semiduplex.

Ant. Istórum est. 577¹⁴. ∇. Laetámini.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctorum Mártyrum tuórum Cyriaci, Largi et Smaragdi solemnitate laetificas : † concéde propitius; ut quorum natalítia cólimus, * virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

Vesperae de seq., Comm. praeced et S. Romani Mart.

9. S. Joannis Mariae Vianney Conf.

Duplex (m. t. v.)

Oratio.

OMnípotens et miséricors Deus, qui sanctum Joánnem Mariám pastoráli stúdio et jugi oratiónis ac poeniténtiae ardóre mirábilém effecísti : † da, quaésumus; ut, ejus exémplo et intercessióne, ánimas fratrum lucrári Christo, * et cum eis aetérnam glóriám cónsequi valeámus. Per eúmdem Dóminum.

Et fit comm. praeced. Ant. Gaudent in caelis. 577¹⁴.

℣. Exsultábunt. Oratio. Deus qui nos ut supra.

Deinde comm. S. Romani, Mart. Ant. Iste sanctus. 577¹². ℣. Glória et honóre.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : * ut intercedente beato Romano Mártire tuo, et a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dóminum.

Ad Laudes fit comm. Vigiliae S. Laurentii. Ant. et ℣. de Feria occurrenti, ut in Psalterio.

Oratio.

ADesto Dómine supplicationibus nostris : † et intercessióne beati Lauréntii Martyris tui, cujus praevenimus festivitátem,* perpétuam nobis misericórdiam benignus impénde. Per Dóminum.

Deinde pro S. Romano : Ant. Qui odit. 577¹³. ℣. Justus ut palma.

Vesperae de sequenti, Comm. praec.





Die 10. Augusti.

Sancti Laurentii Martyris.

Duplex 2. classis cum Octava simplici.

In I. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 577³, sed loco ultimi, dicitur Ps. Laudate Dóminum, 577⁶. Hymnus et V. de Comuni, [17].

Ad Magnificat, Antiphona. 8. G



EVITA Laurén-ti-us * bo-num opus o-pe-rá-tus
est, qui per signum cru-cis caecos il-luminá-vit, et the-
sáuros Ecclé-si-ae dē-dit paupé-ri-bus. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.


Et fit comm. praeced. Ant. Hic vir. 577¹⁹. V. Justum. Oratio. Omnipotens. 811.

Ad Laudes, et per Horas.


i. Ant.

i. f


Laurénti-us * ingrēssus est: mártýres confēssi sunt
nomen Dómi-ni Je-su Chri-sti. E u o u a e.




L Aurénti- us * bonum opus o-pe-rá-tus est, qui per si-




gnum cru- cis caecos illumi-ná-vit. E u o u a e.




A Dhaé-sit * á-ni-ma me- a post te, qui- a ca-ro me- a




igne cremá-ta est pro te, De-us me- us. E u o u a e.




M I-sit Dómi-nus * Ange-lum su- um, et li-be-rávit me




de mé-di- o ignis, et non sum aestu- á- tus. E u o u a e.



B E- á- tus Laurénti- us * o- rábat di- cens : Grá- ti- as



ti- bi ago Dómine, qui- a jánu- as tu- as íngre- di mé- ru- i.



E u o u a e.

Capitulum.

.2. Cor. 9. b.

FRatres : Qui parce séminat, parce et metet : † et qui séminat in benedictiónibus, * de benedictiónibus et metet.

Hymnus. Invicte Martyr. [17].

∩. Dispérsit, dedit paupéribus.

R̄. Justítia ejus manet in saéculum saéculi.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. D 2

IN cra-tí-cu-la * te De-um non ne-gávi, et ad ignem
 appli-cá-tus te Christum conféssus sum : pro-básti cor
 me-um, et vi-si-tá-sti nocte : igne me exami-násti, et
 non est invén-ta in me in-íqui-tas. E u o u a e.

Oratio.

DA nobis, quaésumus omnipotens Deus, † vitiórum nostrórum flammam exstinguere : * qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum.

Ad Tertiam.

Capit. Fratres : Qui parce séminat. *e Laudibus.* R̄. *br.* Glória et honóre. [20]. ∩. Posuísti.

Ad Sextam.

Capitulum.

.2. Cor. 9. b.

UNusquisque prout destinávit in corde suo, † non ex tristítia, aut ex necessítate : * hílarem enim datórem díligit Deus.

R̄. *br.* Posuísti Dómine. [20]. ∩. Magna est.

Ad Nonam.

Capitulum.

2. Cor. 9. c.

POtens est autem Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis : † ut in ómnibus semper omnem sufficiéntiam habéntes, abundéti in omne opus bonum, sicut scriptum est : Dispérsit, dedit paupéribus : * justítia ejus manet iu saéculum saéculi.

R̄. br. Magna est. [21]. V̄. Justus ut palma.

IN II. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 577^a, sed loco ultimi, dicitur Ps. Crédidi, 577^b.

Hymnus. Deus tuórum mílitum. [13].

V̄. Levíta Lauréntius bonum opus operátus est.


R̄. Qui per signum crucis caecos illuminávit.

Ad Magnificat, Antiphona.


8. G

B


E-á-tus Laurén-ti-us, * dum in cra-tí-cu-la superpó-




si-tus u-re-ré-tur, ad impi-íssimum ty-ránnum di-xit :



Assá-tum est, jam versa et mandú-ca : nam facultá-tes Ec-



clé-si-ae, quas requí-ris, in caeléstes the-sáu-ros manus



páu-pe-rum deportavé-runt. E u o u a e.

Et non fit commem. sequentis.

De Octava S. Laurentii fit tantum commem. in die ipsa Octava, ut suo loco notatur.

11. SS. Tiburtii et Susannae Virg. Mm.

Simplex.

Oratio.

Sanctorum Martyrum tuorum Tiburtii et Susannae nos, Domine, foveant continuata praesidia : * quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adjuvare. Per Dominum.

Vesperae de sequenti.

12. S. Clarae Virginis.

Duplex.

Oratio.

Exaudi nos, Deus salutaris noster : † ut sicut de beatae Clarae Virginis tuae festivitate gaudemus ; * ita piae devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

In II. Vesp., comm. sequentis.

13. SS. Hippolyti et Cassiani Mm.

*Simplex.**Ant. Istorum est. 577¹⁴. Ψ. Laetamini.*

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : * ut beatorum Martyrum tuorum Hippolyti et Cassiani veneranda solemnitas, et devotionem nobis augeat et salutem. Per Dominum.

*Si hodie fuerit Sabbatum, fit de Vigilia anticipata Assumptionis, ut die sequenti notatur, cum commem. SS. Martyrum.**Vesperae de Feria, commem. S. Eusebii Conf. Ant. Similabo eum. 577¹⁸. Ψ. Amavit eum.*

Oratio.

Deus, qui nos beati Eusebii Confessoris tui annua solemnitate laetificas : * concede propitius ; ut cujus natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

14. Vigilia Assumptionis B. Mariae V.

Officium fit de Feria ut in Ordinario et in Psalterio praeter Orationem. Ad Laudes Antiphonae et Psalmi sumuntur de 2 loco; ad Primam additur quartus Psalmus, ut in Psalterio notatur, et ad omnes Horas. dicuntur Preces feriales, ut in Ordinario.

Oratio.

Deus, qui virginâlem aulam beatae Marïae, in qua habitâres, elîgere dignâtus es: * da, quaesumus; ut sua nos defensione munîtos, jucundos fâcias suae interesse festivitâti. Qui vivis.

*Ad Laudes commem, S. Eusebii Conf. Ant. Euge serve bone. 577¹⁹.
V. Justum deduxit. Oratio. Deus, qui nos. ut supra, 817.*

Vesp. de sequenti.





Die 15. Augusti.


IN ASSUMPTIONE B. M. V.

Duplex I. classis cum Octava communi.


IN I. VESPERIS.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [114].


Hymnus 2.




Pri-ma, Virgo, pró-di-ta E




Condi-tó-ris spí-ri-tu, Praedesti-




náta Al-tís-si-mi Ge-stá-re in alvo Fí-li-um.




2. Tu perpes hostis fé-mi-na Praenunti-á-ta daémo-nis,




Opplé-ris u-na grá-ti-a In-tami-náta o-rí-gi-ne.




3. Tu ventre Vi-tam cónci-pis, Vi-támque ab A-dam pér-




di-tam, Di-ae li-tándae Ví-ctimae Carnem mi-nístrans,




ín-tegras. 4. Merces pi-áclo dé-bi-ta, De-vícta mors Te



dé-se-rit, Almíque consors Fí-li-i Ad astra fer-ris



córpo-re. 5. Tanta co-rúscans gló-ri-a, Na-tú-ra cun-



cta extól-li-tur; In Te vo-cá-ta vér-ti-cem De-có-ris



omnis tánge-re. 6. Ad nos, tri-úmphans, éxsu-les, Re-



gí-na, ver-te lúmi-na, Caeli ut be- á-tam pá-tri- am, Te,
 consequámur, áuspi-ce. 7. Je-su, ti-bi sit gló-ri-a, Qui
 na-tus es de Vírgi-ne, Cum Patre et almo Spí-ri-tu,

In sempi-térna saécu-la. A-men.

∇. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.

℞. Super choros Angelórum ad caeléstia regna.

(In tono solemni, ut infra in II. Vesperis, 823).

Ad Magnificat, Antiphona.



I. f.
V Irgo pru-dentíssima, * quo progré- de- ris,
 qua-si au-ró- ra valde rú-ti- lans? Fí-li- a Si- on, to- ta
 formó- sa et su- á- vis es : pulchra ut lu- na, e- lé-




cta ut sol. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.


Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V., per totam Octavam etiam in Festis occurrentibus. Eadem Doxologia etiam in Hymnis ejusdem metri ad Laudes et Vesperas Festorum.

AD LAUDES, et per Horas.

i. Ant. 7. a



-SSUMPTA est Ma-rí-a in cae-lum : * gau-




dent Ange-li, laudántes be-ne-dí-cunt Dómi-num. E u o u a e.

2. Ant.


8. G

M

A-rí-a Vir-go assúmpta est * ad aethé-re-um



thá-lamum, in quo Rex regum stellá-to se-det só-li-o.




E u o u a e.


3. Ant.

4. A*

I

N odó-rem * unguentó-rum tu-ó-rum cúrrimus :






a-do-lescén-tu-lae di-le-xé-runt te ni-mis. E u o u a e.

4. Ant.
7. c²




B E-ne-dí-cta * fí-li-a tu a Dómi-no : qui-a




per te fru-ctum vi-tae commu-ni-cávimus. E u o u a e.

5. Ant.
i. g²



P Ulchra es * et de-có-ra, fí-li-a Je-rú-sa-lem : terrí-



bi-lis ut castró-rum á-ci-es ordi-ná-ta. E u o u a e.


Capitulum.

Judith 13, 22.


Benedíxit te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros. † Benedícta es tu, fíli-a, a Dómino Deo excélsó, * prae ómnibus muliéribus super terram.

Hymnus.

4.
S





O-lis, o Vir-go, rá-di-is amí-cta, Bis caput




se-nis re-di-mí-ta stel-lis, Luna cui prae-bet pé-di-bus


scabél-lum Incl-i-ta ful-ges. 2. Mortis, infér-ni domi-
 tríxque no-xae, Assi-des Chri-sto stu-di-ó-sa nostri,
 Teque Re-gí-nam cé-lebrat po-tén-tem Terra po-lúsque.
 3. Damna sed perstat só-bo-li mi-ná-ri Cré-di-tae quondam
 ti-bi di-rus anguis; Ma-ter, huc cle-mens a-des, et ma-lí-
 gni Cón-te-re col-lum. 4. Asseclas di-ae fí-de-i tu-é-re,
 Tránsfugas adduc ad o-ví-le sa-crum, Quas dí-u gen-tes
 te-git umbra mor-tis Undique co-ge. 5. Són-ti-bus mi-tis
 vé-ni-am pre-cá-re, Adjuva flen-tes, í-nopes et aegros,



6. Laus sit excél-sae Trí-a-di per-én-nis, Quae Ti-bi, Vir-go,



trí-bu-it co-ró-nam. Atque Re-gí-nam sta-tu-ítque nostram



Pró-vi-da ma-trem. A-men.


℣. Exaltáta est sancta Dei Génitrix.

℟. Super choro Angelórum ad caeléstia regna.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. g

Q Uae est ista, * quae ascéndit sic-ut auró-ra consúr-



gens? pulchra ut lu-na, e-lécta ut sol, ter-rí-



bi-lis ut castró-rum á-ci-és ordi-ná-ta. E u o u a e.

Oratio.


OMnípotens sempitérne Deus, qui Immaculátam Vírginem Maíam, Filii tui Genitricem, córpore et ánima ad caeléstem glóriam assumpsísti : † concéde, quaésumus; ut ad supérna


semper intéti, * ipsíus glóriæ mereámur esse consórtes. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam. *In R̄. br. ∇.* Qui natus es de María Virgine. *per totam Octavam.*


Ad Tertiam.

Capitulum. Benedixit te. e Laudibus.

R̄. br.  **E** X-altá-ta est * Sancta De- i Gé-nitrix. ∇. Super



cho-ros Ange-ló-rum ad cae-lésti-a regna. Gló-ri-a Patri,



et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

∇. Assúpta est María in caelum, gaudent Angeli.


R̄. Laudántes benedícunt Dóminum.


Ad Sextam.

Capitulum.


Judith 13, 24-25.

Benedíctus Dóminus, † quia hódie nomen tuum ita magnificávit, * ut non recédât laus tua de ore hóminum.

R̄. br.  **A** S-súmpta est Ma-rí-a in cae-lum, * Gau-dent An-



ge-li. ∇. Laudántes be-ne-dí-cunt Dómi-num. Gló-ri-a Patri,



et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

℣. María Virgo assúmpta est ad aethéreum thálamum.


℞. In quo Rex regum stelláto sedet sólio.

Ad Nonam.

Capitulum.

Judith 15, 10.


TU glória Jerúsalem, † tu laetítia Israël, * tu honorificéntia pópuli nostri.




℞. br.

M

A-rí-a Virgo assúmpta est * Ad aethé-re-um



thá-lamum. ℣. In quo Rex regum stel-lá-to se-det só-li-o.




Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

℣. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.


℞. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.




℣. Exaltá-ta est sancta De-i Gé-nitrix.




℞. Super cho-ros Ange-ló-rum ad caelésti-a regna.

(Sic cantatur in I. et II. Vesperis Festi tantum; alias in tono solito).

Ad Magnificat, Antiphona.



H O-di-e* Ma-rí-a Virgo caelos ascéndit: gaudé-te,



qui-a cum Christo regnat in aetérnum. E u o u a e.

Et fit commem. sequentis.

Infra Octavam et in die Octava, Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas de occurrenti Hebdomadae die, ut in Psalterio; reliqua ut in Festo.



Die 16. Augusti.

S. Joachim Conf., Patris B. M. V.

Duplex 2. classis. (m. t. v.)


Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, [68], praeter sequentia.

In I. Vesperis.


∇. Potens in terra erit semen ejus.

℞. Generatio rectórum benedicétur.


Ad Magnificat, Antiphona. 8. G




AUDÉMUS* vi-rum glo-ri-ó-sum in ge-ne-ra-



ti-ó-ne su-a: qui-a be-ne-dicti-ó-nem ómni-um gén-ti-um



de-dit il-li Dómi-nus, et testaméntum su-um confirmávit



su-per caput e- jus. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui prae ómnibus Sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Fílii tui patrem esse voluísti : † concéde, quaésumus; ut cujus festa venerámur, * ejus quoque perpétuo patrocínia sentiámus Per eúmdem Dóminum.

In Laudibus.

∩. et Antiphona ad Benedictus, ut supra in Vesperis.

In II. Vesperis.

Omnia dicuntur ut in I. Vesperis.

Et fit commem. sequentis.

17. S. Hyacinthi Confessoris.

Duplex. (m. t. v.)

Ant. Similábo eum. 577¹⁸. ∩. Amávit eum.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Hyacinthi Confessorís tui ánnua solemnitate laetíficas : † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, * étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

In Laud., comm. Octavae Assumptionis, 821, et diei Octavae S. Laurentii.

Ant. In craticula. ∩. Dispérsit. 815.

Oratio.

EXcita Dómine in Ecclésia tua spíritum, cui beátus Lauréntius Levíta servívit : † ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, * et ópere exercére quod dócuit. Per Dóminum nostrum... in unitáte Spíritus Sancti Deus.

In Vesperis, commem. seq. diei infra Oct. et S. Agapiti Mart.

18. De IV. Die infra Oct. Assumptionis.

Semiduplex.

Ant. Virgo prudentissima. ∩. Exaltáta est. 819.

Pro commem. S. Agapiti Mart. Ant. Iste Sanctus. 577¹⁸. ∩. Glória et honóre.

Oratio.

L Aetétur Ecclésia tua Deus beáti Agapíti Mártiris tui confisa suffrágiis : * atque ejus précibus gloriósis, et devóta permáneat, et secúra consistat. Per Dóminum.

In Laud., comm. S. Agapiti Martyris, Ant. Qui odit. 577¹⁸. V̄. Justus. Vesperae de sequenti. Commem. Octavae.

19. S. Joannis Eudes Confessoris.

Oratio.

D Eus, qui beátum Joánnem Confessórem tuum, ad cultum sacrórum Córdium Jesu et Maríae rite promovéndum, mirabiliter inflammásti, et per eum novas in Ecclésia tua famílias congregáre voluísti : † praesta quaésumus; ut cujus pia mérita venerámur, * virtútum quoque instruámur exémpis. Per eúndem.

Comm. Octavae Assumptionis. Item in Laudibus. Vesp. a Cap. de seq. Comm. praec. et Oct.

20. S. Bernardi Abbatis et Ecclesiae Doct.

Duplex.

In utrisque Vesperis, Ant. O Doctor óptime. V̄. [66].

Oratio.

D Eus, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum Bernárdum místrum tribuísti : † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.

Comm. praec. Ant. Hic vir. 577¹⁹. V̄. Justum. Oratio ut supra. Deinde Comm. Octavae. In Laudibus comm. Octavae. Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced. et Octavae.

21. S. Joannae Franciscae
Fremiot de Chantal Viduae.

Duplex.

Oratio.

O Mnípotens et miséricors Deus, qui beátam Joánnam Francíscam tuo amóre succénsam, admirábili spíritus fortitúdine per omnes vitae sémitas in via perfectiónis donásti, quique per illam illustráre Ecclésiám tuam nova prole voluísti : † ejus méritis et précibus concéde; ut qui infirmitátis nostrae cónscii de tua

virtúte confídimus, * caeléstis grátiae auxílio cuncta nobis ad-
sántia vincámus. Per Dóminum.

Comm. S. Bernardi. Ant. O Doctor. 577¹⁷. V. Justum dedúxit.

Postea Octavae Assumptionis, 824. Item in Laudibus, 821.

Vesp. de sequenti. Comm. praeced. tantum.

Die 22. Augusti.

Festum Immaculati Cordis B. M. V.

Duplex 2. classis.

Omnia ut in Festis B. M. V., [114]. praeter sequentia :

In I. Vesperis.

V. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

R̄. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona. i. g.



XSULTA-VIT *cor me- um in Dómi- no, et exal-
tá-tum est cornu me- um in Dé- o me- o, qui- a laetá- ta
sum in sa-lu- tá-ri tu- o. E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui in Corde beáte Maríae
Virginis dignum Spíritus Sancti habitáculum praeparásti : †
concéde propítius; ut ejúsdem immaculáti Cordis festivitátem
devóta mente recoléntes, * secúndum Cor tuum vívere valeámus.
Per Dóminum... in unitáte ejúsdem.

Comm. praeced. Ant. Manum suam. 577²². V. Diffúsa est.

Oratio. Omnípotens. 826.

Ad Laudes.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. f.

O be-á-ta * Virgo Ma-rí- a : tu grá-ti- ae Ma-ter,
tu spes mún-di, exáu- di nos fí- li- os tú- os clamántes
ad te. E u o u a e.

*Oratio ut supra.**Comm. SS. Timothei, Hippolyti et Symphoriani Martyrum.**Ant. Vestri capilli. 577¹⁴. Ψ. Exsultábunt.*

Oratio.

Auxílium tuum nobis, Dómine, quaésumus, placátus impénde : *
et intercedéntibus beáteis Martýribus tuis Timótheo, Hippólyto
et Symphoriáno, déxteram super nos tuae propitiatiónis exténde.
Per Dóminum.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis Comm. sequentis.

23. S. Philippi Benitii Confessoris

*Duplex.**Ant. Similábo eum. 577¹⁸. Ψ. Amávit eum.*

Oratio.

Deus, qui per beátum Philíppum Confessórem tuum, exímium
nobis humilitátis exémplum tribuísti : † da fámulis tuis pró-
spera mundi ex ejus imitatióne despícere, * et caeléstia semper
inquírerere. Per Dóminum.

In Laud. com. Vigiliae S. Bartholomaei. Ant. et Ψ. de Feria occurrenti.

Oratio.

DA quaésumus omnipotens Deus : † ut beáti Bartholomaei
Apóstoli tui quam praevenímus veneránda solémnitas, * et
devotióne nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti, comm. praeced.

24. S. BARTHOLOMAEI Apostoli.

Duplex 2. classis.

Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam sanctámque laetítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomaei festiuitate tribuísti : † da Ecclésiae tuae, quaesumus, et amáre quod credidit, * et praedicáre quod dócuit. Per Dóminum.

In II. Vesp., comm. sequentis.

25. S. Ludovici Francorum Regis, Conf.

*Semiduplex.**Ant. Similábo. 577¹⁸. V. Amávit eum Dóminus.*

Oratio.

DEus, qui beátum Ludovicum Confessórem tuum de terréno regno ad caeléstis regni glóriam transtulísti : † ejus, quaesumus, méritis et intercessióne, * Regis regum Jesu Christi Filii tui fácias nos esse consórtes. Qui tecum vivit et regnat in unitate.

In II. Vesp., comm. sequentis.

26. S. Zephyrini Papae, Martyris.

*Simplex.**Ant. Iste sanctus. 577¹⁹. V. Glória et honóre.*

Oratio.

GRegem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Zephyrinum Mártyrem tuum atque Summun Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totius Ecclésiae praestitísti esse pastórem. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti.

27. S. Josephi Calasanctii Confessoris.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui per sanctum Joséphum Confessórem tuum, ad erudiéndam spírиту intelligéntiae ac pietátis juventútem, novum Ecclésiae tuae subsidium providére dignátus es : † praesta, quaesumus; nos ejus exémplo et intercessióne ita fácere et docére, * ut praémia consequámur aetérna. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. praeced. et S. Hermetis Martyris.

28. S. Augustini Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris.

Duplex.

In utrisque Vesperis, Ant. O Doctor óptime. [66].

Oratio.

A Desto supplicatióibus nostris, omnípotens Deus : † et quibus fidúciám sperándaē pietátis indúlges, intercedénte beáto Augustíno Confessóre tuo atque Pontífice, * consuétae misericórdiae tríbue benignus efféctum. Per Dóminum.

Comm. S. Josephi Calasancii. Ant. Hic vir. 577¹⁹. Ψ. Justum.

Deinde S. Hermetis Mart. Ant. Iste Sanctus. 577¹². Ψ. Glória.

Oratio.

D Eus, qui beátum Hermétem Mártirem tuum virtúte constántiae in passióne roborásti : * ex ejus nobis imitatióne tríbue pro amóre tuo próspéra mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

In Laud., pro comm. S. Hermetis, Ant. Qui odit. 577¹³. Ψ. Justus.

Vesp. de sequenti, comm. praeced. et S. Sabinae Martyris.

29. In Decollatione S. Joannis Baptistae.

Duplex majus.

In I. Vesperis.


Antiphonae de Laudibus. Psalmi de Dominica, 577³, sed loco ultimi, dicitur Ps. Laudáte Dóminum. 577⁶.

Capitulum, Hymnum et Ψ. de Communi unius Martyris, [13].

Ad Magnificat, Antiphona. I. g



ISSO He-ró-des * spi-cu-la-tó-re, praecé-pit am
pu-tá-ri caput Jo-ánnis in cárce-re : quo audí-to,
discí-pu-li e-jus vené-runt, et tu-lé-runt corpus e-jus,










Oratio ut infra ad Laudes.


Comm. S. Augustini. Ant. O Doctor. 577¹⁷. √. Justum dedúxit.

Postea S. Sabinae Martyris. Ant. Símile est. 577²¹. √. Spécie tua.

Oratio ut infra ad Laudes.

Ad Laudes, et per Horas.






dí- a- dem, quam tú-le- rat fratri su- o Phil- íppo u-xó- rem.

E u o u a e.

5. Ant.

4. A



DA mi- hi in disco * caput Jo- ánnis Baptístae : et

contristá- tus est rex propter jusju- rándum. E u o u a e.

Capitulum, Hymnus et V. de Communi, [17].

Ad Benedictus, Antiphona. Misso Heródes. ut in I. Vesperis.

Oratio.

Sancti Joánnis Baptístae Praecursóris et Mártiris tui, quaésumus Dómine, veneránda festívitás, * salutáris auxilií nobis praestet efféctum. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Pro comm. S. Sabinae Mártiris. Ant. Date ei. [101]. V. Diffúsa est.

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula étiam in sexu frágili victóriam mártýrii contulísti : * concéde propítius ; ut qui beátae Sabínae Mártiris tuae natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Ad Horas, Antiphonae de Laud., Capitula et R̄R̄. brevia de Communi, [20].

In II. Vesperis.


Antiphonae de Laudibus. Psalmi de Dominica, 577^s, sed loco ultimi, dicitur Ps. Crédidi, 577^a. Capitulum, Hymnus et V. de Communi, [13].

Ad Magnificat, Antiphona.



8. G

MI- sit rex incrédú- lus * mi- nístros de- te- stá- bi- les :



E u o u a e.

Comm. sequentis, et SS. Felicis et Adaucti Martyrum.

30. S. Rosae a S. Maria Virginis Limanae.

*Duplex.**Ant.* Veni sponsa Christi. [86]. *Ÿ.* Spécie tua.**Oratio.**

BOnórum ómnium largítor, omnípotens Deus, qui beátam Rosam, caeléstis grátiae rore praevéntam, virginitátis et patiéntiae decóre Indis floréscere voluísti : † da nobis fámulis tuis ; ut in odórem suavitátis ejus currétes, * Christi bonus odor éffici mereámur. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Postea comm. SS. Felicis et Adaucti Mart. Ant. Istórum est. [40]. *Ÿ.* Laetámuni.

Oratio.

MAjestátem tuam Dómine súpplices exorámus : * ut sicut nos júgiter Sanctórum tuórum commemoratióne laetíficas ; ita semper supplicatióne deféndas. Per Dóminum.

In Laud., pro SS. Martyribus, Ant. Vestri capilli. [44]. *Ÿ.* Exsulábunt.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. praeced.

31. S. Raymundi Nonnati Confessoris.

*Duplex. (m. t. v.)***Oratio.**

DEus, qui in liberándis fidélibus tuis ab impiórum captivitáte beátum Raymúndum Confessórem tuum mirábilem effecísti : † ejus nobis intercessióne concéde ; ut a peccatórum vínculis absolúti, * quae tibi sunt plácita, líberis méntibus exsequámur, Per Dóminum.

Comm. S. Rosae. Ant. Veni sponsa. [96]. *Ÿ.* Diffúsa est.

In II. Vesperis, comm. sequentis ac SS. XII. Fratrum Martyrum.



FESTA SEPTEMBRIS.

1. S. Aegidii Abbatis.

Ant. Similábo eum. [73]. *Ÿ.* Amávit eum Dóminus.

Oratio.

Intercéssio nos, quaésumus Dómine, beáti Aegídii Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Deinde comm. SS. Duodecim Fratrum. Ant. Istórum est. [40]. *Ÿ.* Laetámini in Dómino.

Oratio.

Fratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna laetíficet : * quae et fidei nostrae praébeat increménta virtútum, et múltiplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

In Laud., pro SS. Martyribus, Ant. Vestri capílli. [44]. *Ÿ.* Exsultábunt.

2. S. Stephani Hungariae Regis, Conf.

Semiduplex. (m. t. v.)

Oratio.

Concéde, quaésumus, Ecclésiæ tuæ, omnípotens Deus : † ut beátum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem hábuit, * propugnatórem habére mereátur gloriósum in caelis. Per Dóminum.

5. S. Laurentii Justiniani Episc., Conf.

Semiduplex. (m. t. v.)

Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : † ut beáti Lauréntii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.





Die 8. Septembris.

In Nativitate B. Mariae Virginis.

Duplex 2. classis cum Octava simplici.

In I. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [114].

Hymnus. Ave maris stella. [117].

∇. Nativitas est hodie sanctae Mariae Virginis.

⚔. Cujus vita inclyta cunctas illustrat ecclesias

Ad Magnificat, Antiphona. 1. D 2



LORI- O- SAE * Virgi- nis Ma- ri- ae
ortum digníssi- mum re- co- lá- mus, quae

et Ge- nitrí- cis digni- tá- tem obtí- nu- it, et virgi- ná-


lem pu- di- cí- ti- am non a- mí- sit. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.


Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V., per totam Octavam, etiam in Festis occurrentibus. Eadem Doxologia etiam in Hymnis ejusdem metri ad Laudes et Vesperas Festorum.

Ad Laudes, et per Horas.


I. Ant. 8. G



ATIVITAS glo-ri- ósae * Vírgi-nis Ma-rí- ae,




ex sémi-ne A- bra-hae, ortae de tri-bu Ju-da, cla-ra



ex stirpe Da-vid. E u o u a e.

2. Ant.


7. c



A tí-vi-tas est hó-di- e * sanctae Ma-rí-ae Vírgi-nis,




cujus vi-ta ínclý-ta cunctas il-lústrat ecclé-si- as.




E u o u a e.

3. Ant.

6. F




Ega-li ex progé-ni- e * Ma-rí- a ex-ór- ta re-




fúlget : cujus pré-ci-bus nos adjuvá-ri, men-te et spí-




ri-tu devo-tís-sime póscimus. E u o u a e.




C Or- de et á-nimo * Christo canámus glõ- ri- am




in hac sacra sol-emni-tá-te prae-cél- sae Ge-nitrí-cis




De-i Ma-rí- ae. E u o u a e.



C UM jucundi-tá-te * Na-ti-vi-tá-tem be-átae Ma-rí-ae



ce-lebrémus, ut ipsa pro no-bis intercéd-at ad Domintum



Je-sum Chri-stum. E u o u a e.

Capitulum.

Eccli. 24. b.

AB iníto et ante saécula creáta sum, † et usque ad futúrum saéculum non désinam, * et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus. O gloriósa Virginum. [122].

∿. Nátivitas est hódie sanctae Maríae Vírginis.

℞. Cujus vita ínclýta cunctas illústrat ecclé-sias.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G

N A-ti-vi-tá-tem ho- di- érnám * perpé- tu- ae Vírgi-
 nis Ge- ni-trí-cis De- i Ma- rí- ae sol-émni- ter ce-lebré-
 mus : qua celsi- túdo thro- ni pro- cés- sit, alle- lú- ia.

E u o u a e.

Oratio.

FAmulis tuis, quaesumus. Dómine, caeléstis grátiae munus impertíre : † ut quibus beátae Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, * Nativitátis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat incrementum. Per Dóminum.

Comm. S. Hadriani Martyris, in Laudibus tantum. Ant. Qui odit. [19].
 †. Justus ut palma.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui beáti Hadriáni Mártiris tui natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Ad Horas. *Antiphonae de Laudibus, Capit. et R̄R̄. brevia ut in Festis B. M. V.*

Ad Primam, †. Qui natus es. per totam Octavam.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.

†. Nativitas est hódie sanctae Maríae Vírginis.

R̄. Cujus vita ínclýta cunctas illústrat eccléasias.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. f

N A-tí-vi-tas tu- a, * De- i Gé-nitrix Vir-go, gáudi- um
 annunti- ávit uni- vérsó mundo : ex te e- nim ortus
 est Sol justí-ti- ae, Christus De- us no- ster : qui solvens
 ma- le- dicti- ónem, de- dit bene- dicti- ó- nem : et confúndens
 mortem, do- návit no- bis vi- tam sempi- tértam.

E u o u a e.

Et non fit commem. sequentis.

De Octava Nativ. B. M. V. nihil fit nec in ipsa die Octava, nisi in ea celebretur aliquod Officium duplex II. cl. quod non sit de eadem B. Maria, ut suo loco notatur.

Sabbato post Festum Nativitatis B. M. V., quod non fuerit impeditum juxta Rubricas, fit Officium S. Mariae in Sabbato; in eo tamen omnia quae ex Ordinario et Psalterio accipienda non sunt, sumuntur de ipso Festo Nativitatis.

9. S. Gorgonii Martyris.

Simplex.

Oratio.

Sanctus tuus Dómine Gorgónius sua nos intercessióne laetificet : * et pia fáciat solemnitate gaudere. Per Dóminum,
Vesperae de sequenti.

10. S. Nicolai de Tolentino Confessoris.

Duplex.

Oratio.

Adéstó Dómine supplicatióne nostris, quas in beáti Nicolái Confessóris tui solemnitate deférimus . † ut qui nostrae justitiae fidúciam non habémus, * ejus qui tibi plácuít précibus adjuvémur. Per Dóminum.

In Vesperis commemoratio sequentis.

11. SS. Proti et Hyacinthi Martyrum.

Simplex.

Oratio.

Beatórum Mártyrum tuórum Proti et Hyacínthi nos, Dómine, fóveat pretiósá conféssio · * et pia júgiter intercésio tueátur. Per Dóminum.

Vesperae de sequenti.

12. Festum Sanctissimi Nominis B. M. V.

*Duplex majus.**Omnia ut in Festis B. M. V., [114], praeter sequentia.*

In I. Vesperis, ad Magnificat, Ant. Sancta Maria. [121], in cujus fine dicitur : quicúmque celebrant tui sancti Nómínis commemoratióne. *ut ibidem notatur.*

Oratio.

Concède, quaesumus omnipotens Deus : † ut fideles tui, qui sub sanctíssimae Vírginis Mariae Nómíne et protectióne laetántur ; ejus pia intercessióne a cunctis malis liberéntur in terris, * et ad gáudia aetérna perveníre mereántur in caelis. Per Dóminum.

14. In Exaltatione Sanctae Crucis.

*Duplex majus.**Officium fit ut in Inventione, die 3. Maii, 697, praeter ea quae hic notantur propria.**In fine Antiphonarum, VV. et RR. brevium non dicitur Allelúia, excepta tertia Antiphona, Ecce Crucem Dómini.**Hymnus Vexilla Regis. cantatur in tono proprio et cum propria doxologia, et in 6. strophá dicitur : O Crux ave... In hac triúmphí glória.*

Oratio.

DEus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctae Crucis ánnua solemnitate laetíficas : † praesta, quaesumus; ut cujus mystérium in terra cognóvimus, * ejus redemptiόνis praemia in caelo mereámur. Per eúmdem Dóminum.

*Vesperae de sequenti, commem. praecedentis.**Sicubi tamen hoc Festum habeat II. Vesperas integras, omnia dicuntur ut in I. Vesp. praeter Antiphonam ad Magnificat, ut infra.*

In II. Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona. I. D 2



Crux * be-ne- dí- cta! quae so-

la fu- í- sti digna portá- re Regem cae-

ló- rum et Dómi-num, al- le-

lú- ia. E u o u a e.



Die 15. Septembris.

Festum Septem Dolorum B. M. V.






Duplex 2. classis.


De die Octava Nativitatis B. M. V. nil fit in Officio Septem Dolorum. Sicubi tamen hac die celebretur aliquod Festum nobilius Duplex 2. classis, quod non sit B. Mariae V. de ipsa die Octava fit comm. in Laud. per Antiphonam et Ψ . de die Festo, 836, ante commem. S. Nicomedis.

In I. Vesperis.


Antiphonae et Capit. de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [114].

In I. et II. Vesperis. Hymnus 4.






tus, atró-ci-bus Sectus verbé-ri-bus, Na-tus hi- ánti-bus Fos-




sus vulné-ri-bus, quot pe-netránti-bus Te confí-xit a-cú-




le-is! 4. Heu! spu-ta, á-lapae, vérbe-ra, vúlne-ra, Cla-vi,




fel, á-lo-e, Spóngi-a, lánce-a, Si-tis, spi-na, cru-or, quem




vá-ri-a pi-um Cor pressé-re ty-ránni-de! 5. Cunctis intér-




e-a stat ge-ne-ró-si-or Virgo Martí-ri-bus : pro-dí-gi-o




novo, In tantis mó-ri-ens non mó-re-ris, Pa-rens, Di-ris




fi-xa do-ló-ri-bus. 6. Sit summae Trí-a-di gló-ri-a, laus,



ho-nor : A qua supplí-ci-ter sol-lí-ci-ta pre-ce, Póscó vir-



gí-ne i róbo-ris aému-las Vi-res rebus in áspe-ris.




A-men.

℣. Regína Mártyrum, ora pro nobis.


℞. Quae juxta crucem Jesu constitisti.

Ad Magnificat, Antiphona.

i. D



O-lí-te * me consi-de-rá-re, quod fusca sim, qui a



de-co-lo-rá-vit me sol : fi-li-i matris me-ae pugna-vé-runt




contra me. E u o u a e.


Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit commemoratio praecedentis. Ant. O Crux benedicta. 839. ℣. Hoc signum. 699.

Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur ut in Tempore Passionis, 397, et in fine dicitur :



Je-su ti-bi sit gló-ri-a, Qui passus es pro sérvu-lis, Cum



Patre et almo Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. A-men.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

6. F

Q

UO áb- i- it * di- léctus tu- us, o pulchér-ri-ma mu-

lí- e- rum? quo decli- ná- vit di- léctus tu- us? et quaeré- mus

e- um te- cum. E u o u a e.

2. Ant.

1. g

R

E- cé- di- te a me, * amá- re fle- bo : no- lí- te

incúmbe- re ut conso- lé- mi- ni me. E u o u a e.

3. Ant.

4. A *

N

ON est e- i * spé- ci- es neque de- cor : et ví- dimus

e- um, et non e- rat aspé- ctus. E u o u a e.

4. Ant.

2. D

A

planta pe- dis * usque ad vérti- cem cá- pi- tis,

non est in e- o sá- ni- tas. E u o u a e.

5. Ant.

i. f

F

Ulcí-te me fló-ri-bus,* sti-pá-te me ma-lis, qui- a

amó-re lán-gue-o. E u o u a e.

Capitulum.

Thren. 2. d.

CUI comparábo te? vel cui assimilábo te fília Jerúsalem? cui exaequábo te, et consolábor te, virgo fília Sion? magna est velut mare contrítio tua.

Hymnus.

2.

S

Um-mae De-us cle-ménti-ae, Septem do-ló-res Vír-


gi-nis, Plagásque Je-su Fí-li-i, Fac ri-te nos re-vólve-

re. 2. No-bis sa-lú-tem cónfe-rant De-í-parae tot lácrimae,


Quibus lavá-re súf-fi-cis To-tí-us orbis crími-na. 3. Sit quin-

que Je-su vúl-ne-rum Amá-ra contem-plá-ti-o, Sínt et do-

lô-res Vír-gi-nis Aetérna cunctis gáudi-a. 4. Jesu ti-bi sit



gló-ri-a, Qui passus es pro sérvu-lis, Cum Patre et almo



Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. A-men.


℣. María Virgo, per virtútem tot dolórum.

℞. Fac nos gaudére in regno caelórum.


Ad Benedictus, Antiphona.

8. c

V



E-ní-te, * ascendámus ad montem Dómi-ni, et vi-



dé-te si est do-lor sic-ut do-lor me-us. E u o u a e.

Oratio.


Deus, in cujus passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósae Vírginis et Matris Maríae dolóris gládus pertransívit : † concéde propítius ; ut qui dolóres ejus venerádo recólimus, * passiónis tuae efféctum felicem consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Post commem. Ferae in Quatuor Temp. fit commem. S. Nicomedis.
Ant. Qui odit. [19]. ℣. Justus ut palma.

Oratio.

Adésto Dómine pópulo tuo : * ut beáti Nicomédis Mártiris tui mérita praeclára suscípiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper ejus patrocíniis adjuvétur. Per Dóminum.


Ad Primam.



In ℞. br. ℣. Qui passus es propter nostram sa-lú-tem.

Ad Tertiam.

Capitulum. Cui comparábo te. e Laudibus.

Ry. br. 

O vos omnes, * Qui transí-tis per vi- am. V. At-tén-
di-te et vidé-te, si est do-lor sic-ut do-lor me- us. Gló-
ri- a Patri.


V. Defecérunt prae lácrimis óculi mei.

Ry. Conturbáta sunt ómnia víscera mea.

Ad Sextam.

*Capitulum.**Thren. 1.*

Plorans plorávit in nocte, † et lácrimae ejus in maxíllis ejus : *
non est qui consolétur eam ex ómnibus caris ejus.

Ry. br. 

DE-fe-cé-runt * Prae lácrimis ócu- li me- i. V. Contur-
bá-ta sunt ómni- a vísce-ra me- a. Gló-ri- a Patri.


V. Fascículus myrrhae diléctus meus mihi.

Ry. Inter úbera mea commorábitur.


Ad Nonam.

*Capitulum.**Thren. 2. f.*

Deduc quasi torréntem lácrimas per diem et noctem : † non
des réquiem tibi, * neque táceat pupílla óculi tui.

Ry. br. 

FAscí-cu-lus myrrhae * Di-léctus me- us mi- hi.



∿. Inter úbe-ra me-a commo-rá-bi-tur. Gló-ri-a Patri.

∿. Anima mea liquefácta est. R̄. Ut diléctus locútus est.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.

∿. Regína Mártyrum ora pro nobis.

R̄: Quae juxta crucem Jesu constitísti.

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D

O ppréssit me do-lor, * et fá-ci-es me-a intú-
mu-it a fle-tu, et pálpebrae me-ae ca-li-gavé-runt.

E u o u a e.

Et fit commemoratio sequentis tantum.

Completorium de Dominica.

16. SS. Cornelii et Cypriani Pontif., Mart.

Semiduplex.

Ant. Istórum est enim. [40]. ∿. Laetámini.

Oratio.

Beatórum Mártyrum paritérque Pontíficum Cornélii et Cypriáni nos, quaésumus Dómine, festa tueántur : * et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Ad Laudes, post comm. Ferae in Quatuor Temp., fit comm. SS. Euphemiae, Luciae et Geminiani Mart. Ant. Istórum est. [40]. ∿. Laetámini.

Oratio.

Praesta Dómine précibus nostris cum exsultatióne provéntum : * ut sanctórum Mártyrum Euphémiae, Lúciae et Geminiani, quorum diem passiónis ánnua devotióne recólimus, étiam fidei constántiam subsequámur. Per Dóminum.


Vesp. de sequenti, comm. praeced.

17. Impressionis Sacrorum Stigmatum in corpore S. Francisci Confessoris.

Duplex.

De Communi Confessoris non Pontificis, praeter sequentia.

Ad Vesperas, in Hymno Iste confessor. dicatur :



Hac di- e laetus mé-ru- it be- á- ta Vúlne- ra Chri- sti.

∇. Signásti Dómine servum tuum Francíscum.

℞. Signis redemptiónis nostrae.

Ad Magnificat, Ant. Similábo eum. [73].


Oratio.

Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passionis tuae sacra stigmata renovasti : † concede propitius; ut ejus méritis et precibus crucem júgiter ferámus, * et dignos fructus paenitentiae faciámus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.


Comm. SS. Cornelii et Cypriani. Ant. Gaudent in caelis. [48].

∇. Exsultábunt.

Ad Laudes, in Hymno Jesu coróna célsior. tertia strophá sic dicatur :



3. Anni réverso témpo- re, Di- es re- fúlsit lúmi- ne, Quo San-




ctus hic de córpo- re Christi re- cé- pit stíma- ta. 4. Hic vana...

Vesperae de sequenti, comm. praeced.

18. S. Josephi a Cupertino Confessoris.


Duplex.

In I. Vesperis, ad Magnificat, Antiphona.



M

Ortu- us sum, * et vi- ta me- a est abscondi-




Oratio.

DEus, qui ad unigénitum Fílium tuum exaltátum a terra ómnia tráhere disposuísti : † pérofice propítius; ut méritis et exémplo seráphici Confessóris tui Joséphi supra terrénas omnes cupiditátes eleváti, * ad eum pervenire mereámur. Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

Comm. SS. Stigmatum S. Francisci. Ant. Hic vir. [85]. 7. Signásti. 848.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. g



In Quatuor Temporibus fit comm. Feriae ad Laudes tantum.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. praeced.

19. SS. Januarii Episc. et Sociorum Mm.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Januárii et Sociórum ejus solemnitáte laetíficas : † concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, * accendámur exémpilis. Per Dómi- num nostrum.


Pro comm. S. Josephi a Cupertino.

Ant.

4. E

E

X- ístimo * ómni- a detriméntum esse propter



emi-nentem sci- énti- am Je-su Christi Dómi-ni me- i.

E u o u a e.

∇. Justum dedúxit.

*Si venerit in Quat. Temporibus, fit comm. Ferae ad Laudes tantum.
Vesp. a Capit. de sequenti, comm. praeced.*

20. SS. Eustachii et Sociorum Martyrum.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui nos concédís sanctórum Mártyrum tuórum Eustá-
chii et Sociórum ejus natalítia cólere : † da nobis in aetérna
beatitúdine * de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

Comm. SS. Januarii et Sociorum. Ant. Gaudent. [48]. ∇. Exsultábunt.

*In Laudibus, pro commem. Vigiliae S. Matthaei, Antiphona et ∇. de
Feria occurrente.*

Oratio.

DA, quaésumus omnípotens Deus : * ut beáti Matthaei Apó-
stoli tui et Evangelístae, quam praevenímus, veneránda
solémnitas, et devotiómem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

*In Quatuor Temporibus fit comm. Ferae in Laudibus tantum. De Vigilia
autem nihil fit nisi in Missa.*

Vesp. de sequenti, comm. praeced.

21. S. MATTHAEI Apostoli et Evangelistae.

Duplex 2. classis.

Oratio.

BEáti Apóstoli et Evangelístae Matthaei, Dómine, précibus
adjuvémur : † ut quod possibilitas nostra non óbtinet, * ejus
nobis intercessiómne donétur. Per Dóminum.

*Comm. SS. Eustachii et Soc. Mart. Ant. Gaudent. [48]. ∇. Exsul-
tábunt.*


In II. Vesp., comm. sequentis tantum.

22. S. Thomae de Villanova Episc., Conf.


Duplex. (m. t. v.)

In utrisque Vesperis, ad Magnificat, Antiphona.

8. G



Dispérsit, * de-dit paupé-ri-bus : justí-ti-a e-jus



ma-net in saécu-lum saécu-li. E u o u a e.


∩. Amávit eum.

Oratio.


DEus, qui beátum Thomam Pontíficem insignis in páuperes misericórdiae virtúte decorásti : † quaésumus; ut ejus intercessióne, in omnes qui te deprecántur, * divítias misericórdiae tuae benígnus effúndas. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. f



E-le-emó-synas il-lí-us * e-narrá-bit omnis



ecclé-si-a sanctó-rum. E u o u a e.

Pro comm. SS. Maurítii et Sociorum Mart. Ant. Vestri capilli. [44].
∩. Exsultábunt.

Oratio.

ANnue, quaésumus omnipotens Deus, ut sanctórum Mártyrum tuórum Maurítii et Sociórum ejus nos laetíficet festíva solémnitas : * ut quorum suffrágiis nítimur, eórum natalítiis gloriémur. Per Dóminum.

In II. Vesperis, ad Magnificat, Ant. Dispérsit. ut supra.

Comm. sequentis et S. Theclae Virginis et Martyris.

23. S. Lini Papae, Martyris.

*Semiduplex.**Ant. Iste Sanctus. 577¹². V̄. Glória et honóre.*

Oratio.

G Regem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Linum Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiæ praestitísti esse pastórem. Per Dóminum.

Deinde comm. S. Theclæ Virginis et Martyris. Ant. Veni sponsa. 577²⁰. V̄. Spécie tua.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui beatae Theclae Virginitatis et Martyris tuae natalitia colimus, et annua solémitate laetémur, et tantae fidei proficiámus exémplo. Per Dóminum nostrum.

In Laud., pro comm. S. Theclae, Ant. Simile est. 577²⁰. V̄. Diffusa est. Vesp. de sequenti, comm. praeced.

24. Festum B. Mariae Virginis de Mercede.

*Duplex majus.**Omnia ut in Festis B. M. V., [114], praeter Orationem.*

Oratio.

DEus, qui per gloriosíssimam Fílii tui Matrem, ad liberándos Christifidéles a potestáte paganórum, nova Ecclésiám tuam prole amplificáre dignátus es : † praesta, quaesumus; ut quam pie venerámur tanti óperis institutricem, ejus páriter méritis et intercessióne, * a peccátis omnibus et captivitate daémonis liberémur. Per eúmdem Dóminum.

Comm. S. Lini. Ant. Qui vult. 577¹³. V̄. Justus ut palma.

26. SS. Cypriani et Justinae Martyrum.

Oratio.

BEatorum Mártyrum Cypriáni et Justinae nos Dómine fóveant continuáta praesídia : † quia non désinis propítius intuéri, * quos tálibus auxiliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

27. SS. Cosmae et Damiani Martyrum.

*Semiduplex.***Oratio.**

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui sanctorum Martyrum tuorum Cosmae et Damiani natalitia colimus, * a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. praeced.

28. S. Wenceslai Ducis, Martyris.

*Semiduplex.***Oratio.**

DEus, qui beatum Wenceslaum per martyrii palmam a terreno principatu ad caelestem gloriam transtulisti : † ejus precibus nos ab omni adversitate custodi, * et ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dominum.

Comm. SS. Cosmae et Damiani. Ant. Gaudent in caelis. [48]. V. Exsultabunt.

Vesp. de sequenti, sine comm. praeced



Die 29. Septembris.


In Dedicat. S. Michaelis Archang.

Duplex 1. classis.


In I. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis de Comuni Apostolorum.


Hymnus. 2.




E splendor et vir-tus Patris, Te vi-ta Je-su




córdi-um, Ab o-re qui pen-dent tu-o, Laudámus inter An-




ge-los. 2. Ti-bi mil-le densa míl-li-um Ducum co-ró-na



mí-li-tat : Sed éxpli-cat vi-ctor cru-cem Mícha-el sa-lú-tis



sígni-fer. 3. Dra-có-nis hic dí-rum caput In ima pel-lit



tárta-ra, Du-cém-que cum re-bél-li-bus Cae-léstí ab arce



fúlmi-nat. 4. Contra du-cem su- pérbi-ae Sequámur hunc nos
 prínci-pem, Ut de-tur ex A-gni thro-no No-bis co-ró-na gló-
 ri-ae. 5. De- o Patri sit gló-ri- a, Qui quos re-démit Fí-
 li- us, Et Sanctus unxit Spí-ri- tus, Per Ange-los cu-stó-
 di- at. A-men.

∇. Stetit Angelus juxta aram templi.

℞. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat, Antiphona.




8. G
DUM sacrum mysté-ri- um * cérne-ret Jo- ánnes, Ar-
 chánge- lus Mícha- el tu-ba cé-ci-nit : Ignósce Dómi-ne
 De- us noster, qui á-pe- ris librum, et solvis signá-cu-la e- jus,
 alle-lú- ia. E u o u a e.



Oratio ut infra ad Laudes

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant. 4. A*



TETIT Ange-lus * juxta a-ram templi, habens

thu-rí-bu-lum áure-um in manu su- a. *T. P.* Alle-lú- ia.


E u o u a e.

2. Ant.

7. a

D

UM prae-li- a-ré- tur * Mícha- el Archánge-lus cum



dra-có-ne, audí- ta est vox di-cénti- um : Sa-lus De- o





nostro, alle-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant.

8. G

A

Rchánge-le Mícha- el, * constí-tu- i te prínci-pem

super omnes á-nimas su-sci-pi- éndas. *T. P.* Alle-lú- ia.

E u o u a e.

4. Ant.
T. per.

A Nge-li Dómi-ni, * Dómi-num bene-dí-ci-te in aetér-num. *T.P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.
7. c

A Nge-li, Archánge-li, * Throni et Domina-ti-ónes, Princi-pá-tus et Pot-está-tes, Vir-tú-tes caeló-rum, laudá-te Dóminum de cae-lis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum.

Apoc. i.


Significávit Deus quae opórtet fieri cito, † loquens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, * et testimónium Jesu Christi, quaecúmque vidit.

Hymnus.

I.

C Hriste, sanctó-rum de-cus Ange-ló-rum, Gentis humá-nae sa-tor ac redémptor. Caé-li-tum no-bis trí-bu-as be-á-tas Scánde-re se-des. 2. Ange-lus pa-cis Mícha-el in aedes Caé-


li-tus nostras vé-ni-at, se-rénae Auctor ut pa-cis lacrimó-
 sa in orcum Bella re-lé-get. 3. Ange-lus for-tis Gábri-el, ut
 hostes Pellat antíquos, et amí-ca cae-lo, Quae tri-umphá-tor
 stá-tu-it per orbem Templa re-ví-sat. 4. Ange-lus nostrae
 mé-di-cus sa-lú-tis, Adsit e cae-lo Rápha-el, ut omnes Sa-
 net aegró-tos, du-bi-ósque ví-tae Dí-ri-gat actus. 5. Virgo
 dux pa-cis, Ge-nitrixque lu-cis, Et sa-cer no-bis cho-rus An-
 ge-ló-rum Semper assí-stat, simul et mi-cán-tis Ré-gi-a cae-
 li. 6. Praestet hoc no-bis Dé-i-tas be-á-ta Patris, ac Na-ti,
 pa-ri-térque Sancti Spí-ri-tus, cu-jus ré-sonat per omnem



∇. Stetit Angelus juxta aram templi.

℞. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiphona.





Oratio.

DEus, qui miro ordine Angelórum ministéria hominúmque dispensas : † concede propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in caelo semper assístitur, * ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum.

Ad Tertiam.

Capitulum. Significávit. e Laudibus.



∇. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini.

℞. De manu Angeli.

T. Pasch.
R̄. br.

S

Te-tit Ange-lus juxta a-ram templi : * Alle-

lú-ia, alle-lú-ia. V̄. Habens thu-ríbu-lum áure-um in manu

su-a. Gló-ri-a Patri.

V̄. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini, allelúia.

R̄. De manu Angeli, allelúia.

Ad Sextam.

Capitulum.

-1^{po}. 5. c.

A Udívi vocem Angelórum multórum in circúitu throni, et ani-má-lium, et seniórum : † et erat númerus eórum míllia míl-lium, * voce magna dicéntium : Salus Deo nostro.

R̄. br.

A

-scéndit fumus a-róma-tum * In conspé- ctu Dómi-

ni. V̄. De manu Ange-li. Gló-ri-a Patri.

V̄. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.

R̄. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo

T. Pasch.
R̄. br.

A

-scéndit fumus a-róma-tum in conspéctu Dómi-

ni. * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. V̄. De manu Ange-li. Gló-ri-a.

V̄. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus, allelúia.

R̄. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo, allelúia.


Ad Nonam.

Capitulum.


Apoc. 12. b.

Factum est prælium magnum in caelo : † Mícheal et Angeli ejus præliabántur cum dracóne, et draco pugnábat, et ángeli ejus : * et non praevaluérunt, neque locus invéntus est eórum ámplius in caelo.


R̄. br.



I N conspéctu Ange-ló-rum * Psallam ti-bi De- us



me- us. V̄. Ado-rábo ad templum sanctum tu-um, et confi-



tébor nómi-ni tu- o. Gló-ri- a Patri.

V̄. Adoráte Deum. R̄. Omnes Angeli ejus.

T. Pasch.

R̄. br.



I N conspéctu Ange-ló-rum psallam ti-bi De- us



me- us : * Alle-lú- ia, alle-lú- ia. V̄. Ado-rábo ad templum san-



ctum tu- um, et confi-tébor nómi-ni tu- o. Gló-ri- a Patri.

V̄. Adoráte Deum, allelúia. R̄. Omnes Angeli ejus, allelúia.

In II. Vesperis.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apostolorum, sed loco ultimi :

Psalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo :

Super misericórdia tua et veritate tua : * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terrae : * quia audierunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit : * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : † et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam. * et salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : † Dómine, misericórdia tua in saéculum : * ópera mánuum tuárum ne despicias

Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis.

V. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.

Ry. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. D 2

P Rinceps glo-ri- o- síssi-me, * Mícha- el Archánge-
le, e-sto me-mor nostri : hic et u- bíque semper pre-
cá- re pro no-bis Fí- li- um De- i, alle- lú- ia,
al-le- lú- ia. E u o u a e.

Comm. sequentis.

30. S. Hieronymi Presbyteri, Confessoris
et Ecclesiae Doctoris.

Duplex.

In utrisque Vesperis, Ant. O Doctor óptime. [66].

∓. Amávit eum.

Oratio.

DEUS, qui Ecclésiae tuae in exponéndis sacris Scriptúris beátum Hierónymum Confessórem tuum, Doctórem máximum providere dignátus es : † praesta, quaesumus ; ut ejus suffragántibus méritis, * quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte exercére valeámus. Per Dóminum.

In II. Vesp., comm. sequentis.



FESTA OCTOBRIS.

1. S. Remigii Episcopi, Confessoris.

Simplex. (m. t. v.)

Ant. Sacérdos et Póntifex. [55]. ∓. Amávit eum.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : † ut beáti Remígii Confessoris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotíonem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti.


2. Sanctorum Angelorum Custodum.

Duplex majus.

In I. Vesperis.


Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apostolorum.

Hymnus. 3.



USTODES hóminum psállimus Ange-los, Na-tú-

rae frági-li quos Pa-ter áddi-dit Cae-léstis cómi-tes, insi-
 di-ánti-bus Ne succúm-be-ret hó-stibus. 2. Nam quod cor-
 rú-e-rit pródi-tor Ange-lus, Concéssis mé-ri-to pulsus honó-
 ri-bus, Ardens inví-di-a, pél-le-re ní-ti-tur Quos caelo
 De-us ádvo-cat. 3. Huc custos í-gi-tur pèrvi-gil ádvo-la,
 Avértens pátri-a de ti-bi cré-di-ta Tam morbos áni-
 mi, quam requi-ésce-re Quidquid non si-nit ínco-las.
 4. Sanctae sit Trí-a-di laus pi-a júgi-ter, Cu-jus perpé-tu-o
 númine máchina Tri-plex haec ré-gi-tur, cu-jus in ómni-a



Regnat gló- ri a saécu-la. A-men.

∇. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.


℞. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.


8. G

O

-mnes sunt * admi-nistra-tó-ri i spí-ri-tus, in mi-



nisté-ri- um missi propter e- os qui haere-di- tá-tem cá-



pi- unt sa- lú- tis. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.


Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

8. G

A

Nge- lis su- is * De- us mandá- vit de te, ut custó-




di- ant te in ómnibus vi- is tu- is. E u o u a e.

2 Ant.


2. D

L

Audémus Dómi- num, * quem laudant Ange- li,



quem Ché-ru-bim et Séraphim Sanctus, Sanctus, Sanctus pro-




clámant. E u o u a e.

3. Ant.

1. g

A Nge-li e-ó-rum * semper vi-dent fá-ci-em Patris




me-i, qui est in cae-lis. E u o u a e.

4. Ant.

5. a

B Ene-díctus De-us, * qui mi-sit Ange-lum su-um,



et é-ru-it servos su-os, qui cre-di-dē-runt in e-um.




E u o u a e.

5. Ant.

3. a2

L Audá-te De-um * omnes Ange-li e-jus, laudá-te



e-um omnes Virtú-tes e-jus. E u o u a e.

Capitulum.

Exodi 23. d.

ECce ego mittam Angelum meum, † qui praecedat te, et custódiat in via, et introducat in locum quem parávi. * Obsérva eum, et audi vocem ejus.

Hymnus.

5.

A

E-térne Rector sí-de-rum, Qui quidquid est pot- én-

ti-a Magna cre-á-sti, nec re-gis Mi-nó-re pro-vi-dén-

ti-a : 2. Adésto suppli-cánti-um Ti-bi re-ó-rum coétu-i :


Lu-cisque sub cre-púscu-lum Lu-cem no-vam da ménti-bus.

3. Tu-úsque no-bis Ange-lus E-léctus ad cu-stó-di-am,

Hic adsit, a contá-gi-o Ut crí-mi-num nos pró-te-gat.


4. No-bis dra-có-nis aému-li Versú-ti-as ex-térmi-net, Ne

re-te fraudu-lénti-ae Incáu-ta nectat pécto-ra. 5. Me-tum




re-péllat hósti- um Nostris pro-cul de fí-nibus : Pa-cem pro-


Sequens conclusio



cú-ret cí-vi- um, Fu-gétque pesti- lénti- am. 6. De- o Patri
nunquam mutatur.



sit gló-ri- a, Qui quos redé-mit Fí-li- us, Et Sanctus un-



xit Spí-ri-tus, Per Ange- los cu-stó-di- at. A-men.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Benedictus, Antiphona.


i. g

R

E-vérsus est * Ange- lus qui loquebá-tur in me :



et susci-tá-vit me qua-si vi-rum qui susci-tá-tur a somno



su- o. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui ineffabili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiám mittere dignáris : † largire supplicibus tuis; et eórum semper protectióne deféndi, * et aetérna societáte gaudére. Per Dóminum.

Ad Tertiam.

Capitulum. Ecce ego. e Laudibus.

R̄. br. Stetit Angelus. ut supra, 859. V̄. Ascéndit fumus.

Ad Sextam.

Capitulum.

Exodi 23. d.

NEC contemnéndum putes, † quia non dimittet cum peccáveris : * et est nomen meum in illo.

R̄. br. Ascéndit fumus arómatum. 860. V̄. In conspéctu.

Ad Nonam.

Capitulum.

Exodi 23. e.

Quod si audíeris vocem ejus, et féceris ómnia quae loquor, † inimicus ero inimicis tuis, et affligam affligéntes te. * Praecedétque te Angelus meus.

R̄. br. In conspéctu Angelórum. 861. V̄. Adoráte.

In II. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 577^a, sed loco ultimi, Ps. Confitébor tibi... quóniam audísti. 577¹⁰.

Hymnus ut in I. Vesperis.

V̄. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.


R̄. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

S Ancti Ange-li * Custódes nostri, de-férndi-te nos

in praé-li- o, ut non per-e-á- mus in tre-méndo ju-dí-



ci- o. E u o u a e.

Et fit comm. sequentis.

3. S. Teresiae a Jesu Infante Virg.

Duplex.

Ant. Veni sponsa. 577²⁰. *Ÿ.* Spécie tua.

Oratio.

Domine, qui dixísti : Nisi efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum caelórum : † da nobis, quaésumus ; ita sanctae Terésiae Virgínis in humilitáte et simplicitáte cordis vestígia sectári, * ut praémia consequámur aetérna : Qui vivis.

Vesperae de seq., comm. praeced.

4. S. Francisci Confessoris.

Duplex maior.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiám tuam beáti Francisci méritis foetu novae prolis amplíficas : † tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, * et caeléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

In II. Vesp., comm. sequentis.

5. SS. Placidi et Sociorum Martyrum.

Ant. Istórum est enim. 577¹⁴. *Ÿ.* Laetámini.

Oratio.

Deus, qui nos concédís sanctórum Mártyrum tuórum Plácidi et Sociórum ejus natalítia cólere : † da nobis in aetérna beatitúdine * de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

6. S. Brunonis Confessoris.

Duplex.

Oratio.

Sancti Brunónis Confessóris tui, quaésumus Dómine, intercessiónibus adjuvémur : † ut qui majestátem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, * ejus méritis et précibus nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dóminum.

Vesperae de sequenti, commem. praecedentis.




Die 7. Octobris.

Sacratissimi Rosarii B. M. V.


Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.


I. Antiphona. 8. G



UAE est ista, * spe-ci-ó- sa sic-ut co-lúm-



ba, qua- si ro- sa plantá- ta super ri- vos aquá- rum?




E u o u a e.

Psalmi ut in Festis B. M. V., [114].


2. Ant.

6. F




V

Irgo pot-ens * sic-ut turris Da-vid : mil-le clý-pe- i



pen- dent ex e- a, omnis arma-tú- ra fór- ti- um.



E u o u a e.

3. Ant.
1. g

A -vé Ma- rí- a, *grá-ti- a plena : Dóminus te-cum :

be-ne-dícta tu in mu-li- é-ribus. E u o u a e.

4. Ant.
7. a

B Ene-dí-xit te Dóminus * in virtú-te su- a : qui- a

per te ad ní-hi-lum red-é-git in-imí- cos nostros.

E u o u a e.

5. Ant.
3. a

V I-dé-runt e- am * fí-li-ae Si- on vernántem in fló-

ri-bus ro-sá- rum, et be- a-tíssimam prae- dí- ca- vé- runt.

E u o u a e.

Capitulum.


Eccli. 24. 39.

IN me grátia omnis víae et veritátis, † in me omnis spes vitae et virtútis : * ego quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificávi.

Hymnus.

2.

C Aeléstis aulae Núnti-us, Arcána pandens Númi-
 nis, Plenam sa-lú-tat grá-ti-a De-i Pa-réntem Vír-gi-
 nem. 2. Virgo pro-pínquam sángui-ne Matrem Jo-ánnis ví-
 si-tat, Qui clausus alvo gé-sti-ens Ad-ésse Chri-stum nún-
 ti-at. 3. Verbum, quod ante saécu-la E mente Pa-tris pró-
 di-it, E Matris alvo Vír-gi-nis Mortá-lis in-fans ná-
 sci-tur. 4. Templo pu-éllus sí-sti-tur, Le-gíque pa-ret Ié-
 gi-fer: Hic se Re-démptor páupe-re Pré-ti-o re-démptus ím-
 mo-lat. 5. Quem jam do-lébat pér-di-tum, Mox laeta Ma-ter



inve-nit Ignó-ta doctis mén-ti-bus E-disse-réntem Fí-
 li-um. 6. Je-su ti-bi sit gló-ri-a, Qui na-tus es de Vír-
 gi-ne, Cum Patre et almo Spí-ri-tu, In sempi-térna
 saécu-la. A-men.

V. Regína sacratíssimi Rosárii, ora pro nobis.

R̄. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

i. D



B E-á-ta es * Virgo Ma-rí-a, De-i Gé-ni-trix, quae
 cre-dí-dí-sti Dómi-no : perfécta sunt in te quae dicta sunt
 ti-bi : intercé-de pro no-bis ad Dóminum De-um
 nostrum. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit commem. praecedentis, Ant. Hic vir. V. Justum dedúxit. [85].

Oratio ut supra.

Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

7. c

L

Aetá-re * Virgo Ma-ter, alle-lú-ia : surré-xit Chri-




2. Ant.

4. A

A

-scéndit De- us * in ju-bi-la- ti- óne, et Dóminus




3. Ant.

8. G

S

Pí-ri- tus Dómi-ni * replévit orbem terrá-rum, al-





4. Ant.

7. a

A

S-súmpta est Ma-rí- a in cae- lum : * gaudent An-



5. Ant.

8. G

EX-altá-ta est * Virgo Ma-rí-a super cho-ros An-ge-ló-rum : et in cá-pi-te e-jus co-ró-na stellá-rum du-ó-

de-cim, alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum.


Ecll. 24. 39.

IN me grátia omnis viae et veritátis, † in me omnis spes vitæ et virtútis : * ego quasi rosa plantáta super rivus aquárum fructificávi.

Hymnus.

JAM moi-te victor óbru-ta Ab ínfe-ris Christus red-it : Fractísque culpæ víncu-lis, Cae-li reclú-dit lí-mi-na. 2. Vi-sus sa-tis mortá-li-bus Ascéndit ad caelé-sti-a, Dextraéque Patris ás-si-det Consors pa-térnae gló-ri-ae.


3. Quem jam su- is promí-se-rat, Sanctum da-tú-rus Spí-ri-tum,



Linguis amó-ris ígne-is Moestis a-lúmnis ímplu-it.




4. So-lú-ta carnis pón-de-re Ad astra Vir-go tól-li-tur,




Excépta cae-li jú-bi-lo Et Ange-ló-rum cánti-cis.




5. Bis se-na cingunt sí-de-ra Almae Pa-rén-tis vér-ti-cem :




Throno pro-pínqua Fí-li-i Cunctis cre-á-tis ímpe-rat.



6. Je-su tí-bi sit gló-ri-a, Qui na-tus es de Vír-gi-ne, Cum



Patre et almo Spí-ri-tu, In sempi-térna saé-cu-la.



A-men.


∇. Elégit eam Deus et praeelégit eam.

Ry. Et habitáre eam fecit in tabernáculo suo


Ad Benedictus, Antiphona.

8. G


S




Oí-omni-tá-tem ho-di-érnam *sanctís-simi Ro-sá-



ri i Ge-nitri-cis De-i Ma-ri-ae devó-te ce-lebrémus,



ut ipsa pro no-bis intercéd-at ad Dómi-num Je-sum



Chri-stum. E u o u a e.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit : † concéde, quaesumus; ut haec mystéria sanctíssimo beatae Mariae Virginis Rosário recolentes, * et imitémur quod contém, et quod promittunt assequámur. Per eúndem Dóminum.

Et fit commem. S. Marci Papae, Conf. Ant. Euge serve bone. V̄. Justum dedúxit. 577¹⁵.

Oratio.

Gregem tuum, Pastor aeternae, placátus intende : † et per beátum Marcum Summum Pontíficem, perpétua protectione custódi; * quem totíus Ecclesiae praestitisti esse pastórem. (Per Dóminum).

Deinde comm. SS. Sergii, Bacchi, Marcelli et Apuleji Martyrum. Ant. Vestri capilli. 577¹⁴. V̄. Exsultábunt.


Oratio.

Sanctórum Mártyrum tuórum nos, Dómine, Sérgii, Bacchi, Marcélli et Apuléji beáta mérita prosequántur; * et tuo semper fácient amóre fervéntes. Per Dóminum.


Ad Primam, in R̄. br. V̄. Qui natus es de María Virgine.

Ad Tertiam.


Capitulum. In me grátia. e Laudibus.



Sancta De-i Gé-ni-trix, * Semper Virgo Ma-ri- a.



V. Intercé-de pro nobis ad Dóminum De- um nostrum. Gló-



ri- a Patri.

V. Post partum Virgo invioláta permansísti.

R̄. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Ad Sextam.

Capitulum.


Ecli. 39. b.

FLoréte flores quasi lílium, † et date odórem, et frondéte in grátiam : * collaudáte cánticum, et benedicíte Dóminum in opéribus suis.

R̄. br.

P

Ost partum Virgo * Invi- o-lá-ta permansí-sti.



V. De- i Gé-nitrix intercé-de pro no-bis. Gló-ri- a Patri.

V. Speciósá facta es et suávis.

R̄. In delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Ad Nonam.

Capitulum.

Ecli. 24. b.

QUasi cedrus exaltáta sum in Líbano, et quasi cyprésus in monte Sion : † quasi palma exaltáta sum in Cades, * et quasi plantátio rosae in Jéricho.

R̄. br.

S

Pe-ci- ó-sa facta es * Et su- á- vis. V. In de- lí- ci- is



tu- is, sancta De- i Gé-ni-trix. Gló-ri- a Patri.

V. Elégit eam Deus et praeelégit eam.

R̄. Et habitáre eam fecit in tabernáculo suo.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.

Hymnus.

2.

T E ge-sti-éntem gáudi- is, Te sáuci- am do-ló-ri-
 bus, Te ju-gi amíctam gló-ri- a, O Virgo Ma-ter, pán-
 gimus. 2. Ave red-úndans gáudi- o, Dum cónci-pis, dum ví-
 si-tas, Et e-dis of-fers, ínve-nis, Ma-ter be-á- ta, Fí-
 li- um. 3. Ave do- lens, et ín-timo In corde a-gó-nem, vér-
 be- ra, Spi- nas, cru- cémque Fí- li- i Perpéssa, princeps
 Mártý-rum. 4. Ave in tri- úmphis Fí- li- i, In ígni- bus
 Pa- rá- cli- ti, In regní honó- re et lú- mi- ne, Re- gí- na




fulgens gló-ri-a. 5. Ve-ní-te gentes, cárpi-te Ex his ro-
 sas mysté-ri-is, Et pulchrí amó-ris ínclytæ Ma-tri
 co-ró-nas né-cti-te. 6. Je-su ti-bi sit gló-ri-a, Qui na-tus
 es de Vír-gi-ne, Cum Patre et almo Spí-ri-tu, In
 sempi-térna saécu-la. A-men.

V. Regína sacratíssimi Rosárii, ora pro nobis.

Ry. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



B E-á-ta Ma-ter * et intácta Vir-go, glo-ri-ó-sa
 Re-gí-na mundi, sénti-ant o-mnes tu-um ju-vá-men,
 qui-cúm-que cé-lebrant tu-am sanctíssimi Ro-sá-ri-i sol-e-
 mni-tá-tem. E u o u a e.

Et fit commem. sequentis.

8. S. Birgittae Viduae.

Duplex.

Oratio.

Domine Deus noster, qui beatae Birgittae per Filium tuum unigénitum secréta caeléstia revelásti : † ipsíus pia intercessióne da nobis fámulis tuis, * in revelatióne sempitérnae gló-riae tuae gaudére laetántes. Per Dóminum.

Vesp. a Cap. de seq., Comm. praec.

9. S. Joannis Leonardi Confessoris.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui beátum Joánnem Confessórem tuum, ad fidem in géntibus propagándam mirábiliter excitáre dignátus es, ac per eum in erudiéndis fidélibus novam in Ecclésia tua famíliam congregásti : † da nobis fámulis tuis; * ita ejus institútis proficere, ut praemia consequámur aetérna. Per Dóminum nostrum.

*Comm. S. Birgittae. Ant. Manum suam. 577²². V. Diffusa est.**Deinde SS. Dionysii Ep. Rustici et Eleutherii Mart.**Ant. Istórum est enim. 577¹⁴. V. Laetámini.*

Oratio.

Deus, qui hodiérna die beátum Dionýsium Mártyrem tuum atque Pontíficem virtúte constántiae in passióne roborásti, quique illi, ad praedicándum géntibus glóriam tuam, Rústicum et Eleuthérium sociáre dignátus es : † tríbue nobis, quaesumus, eórum imitatióne pro amóre tuo próspéra mundi despícere, * et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.


*Ad Laudes Comm. SS. Martyrum Ant. Vestri capílli cápitis. 577¹⁴. V. Exsultábunt.**In II. Vesperis, Comm. seq.*

10. S. Francisci Borgiae Confessoris.

Semiduplex. (m. t. v.)

Oratio.

Domine Jesu Christe, verae humilitatis et exemplar et praemium : † quaesumus; ut sicut beatum Franciscum in terreni honoris contemptu imitorem tui gloriosum effecisti, * ita nos ejusdem imitationis et gloriae tribuas esse consortes. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate.

Vesperae de sequenti.



Die 11 Octobris.

Maternitatis B. Mariae Virginis.

Duplex II. Classis.

In I. Vesperis.


Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi et Hymnus ut in Festis B. M. V. [114].

∇. Benedicta tu in mulieribus.


✠. Et benedictus fructus ventris tui.



Ad Magnificat, Antiphona. 7. a



UM ju-cundi-tá-te * Ma-terni-tá-tem be-átae



Ma-rí-ae semper Vírgi-nis ce-lebré-mus. E u o u a e.


Oratio ut infra ad Laudes.

Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.

Ad Laudes.


I. Ant.

8. c




B

E-á-ta es * Virgo Ma-rí-a, quae ómni- um por-




tá-sti Cre-a-tó-rem. E u o u a e.

2. Ant.
6. F




G E-nu-ísti * qui te fe- cit, et in aetérnum pér-




manes Virgo. E u o u a e.

3. Ant.
i. f




C UM essem párvu-la, * plá-cu- i Altíssi- mo et de




me- is viscé ri-bus gé-nu- i De- um et hómi-nem, E u o u a e.

4. Ant.
7. c 2




B E-ne-dí- cta * fí- li- a tu a Dómi- no : qui- a per



te fru-ctum vi-tae commu-ni-cá-vimus. E u o u a e.

5. Ant.
7. a



V I-dé-runt e- am * fí- li- ae Si- on, et be- á- tam



di-xé-runt, et re-gí-nae lauda-vé-runt e- am. E u o u a e.

Capitulum.


Ecll. 24, 12-13.

Q UI creávit me, requiévít in tabernáculo meo, † et dixit mihi :
In Jacob inhábíta, * et in eléctis meis mitte radíces.

Hymnus.

I.

T E Ma-ter alma Nú-mi-nis, O-rá-mus omnes súpli-
ces, A fraude nos ut daémo-nis Tu- a sub umbra pró-
te-gas. 2. Ob pér-di-tum nostrum ge-nus Primi pa-réntis crí-
mi-ne, Ad ín-cly-tum Ma-tris de-cus Te Rex supré-mus
éxtu-lit. 3. Cleménter ergo próspi-ce Lapsis Adá-mi pó-
ste-ris : A te rogá-tus Fí-li-us De-pó-nat i-ram vín-
di-cem. 4. Je-su, tí-bi sit gló-ri-a, Qui na-tus es de Vír-
gi-ne, Cum Patre et almo Spí-ri-tu, In sempí-térna



saécu-la. A-men.

∿. Germinávit radix Jesse, orta est stella ex Jacob.

℞. Virgo péperit Salvatórem, te laudámus Deus noster.

Ad Benedictus, Antiphona.

4. E
S Ancta Ma-rí-a, * succú-re mí-se-ris, juva pu-

sil-lá-nimes, ré-fo-ve flé-bi-les : o-ra pro pó-pu-lo,

intér-ve-ni pro clè-ro, intercède pro de-vó-to fe-

mí-ne-o se-xu : sénti-ant omnes tu-um juvá-men, qui-

cúmque cé-lebrant tu-am admi-rá-bi-lem Ma-terni-tá-tem.

Oratio.

Deus, qui de beátae Máriae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † praesta supplicibus tuis; ut, qui vere eam Genitricem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Horas, Antiphonae de Laudibus. Capit. et R7R7. brevia ut in Festis B. M. V., [124]. Sed ad Tertiam dicitur Capit. Qui creávit me, e Laudibus.

In II. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi et Hymnus ut in Festis B. M. V. [114].

∇. *Benedicta tu in mulieribus.*

℞. *Et benedictus fructus ventris tui.*

Ad Magnificat, Antiphona.

4. E

M A-térni-tas tu- a, * De- i Gé-nitrix Virgo, gáu-
 di- um annunti- ávit u-ni-vérso mundo : ex te e-nim or-
 tus est sol justí-ti-ae, Christus De- us no-ster. E u o u a e.

13. S. Eduardi Regis, Confessoris

Semiduplex. (m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui beátum regem Eduárdum Confessórem tuum aeter-
 nitátis glória coronásti : † fac nos, quaésumus, ita eum
 venerári in terris, * ut cum eo regnâre possimus in caelis. Per
 Dóminum.

Vesp. de seq., comm. praeced.

14. S. Callisti I. Papae, Martyris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte deficere : * ad
 amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum
 exémpla restáura. Per Dóminum nostrum.

Comm. S. Eduardi. Ant. Hic vir. 577¹⁹. ∇. Justum dedúxit.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. praeced.

15. S. Teresiae Virginis.

Duplex.

In utrisque Vesperis, Hymnus.

8.

R

E-gis su-pér-ni núnti-a, Domum pa-térnam dé-se-

ris, Terris Te-ré-sa bárba-ris Christum da-tú-ra aut sângui-

nem. 2. Sed te ma-net su-â-vi-or Mors, poena poscit dúl-

ci-or: Di-ví-ni amó-ris cúspi-de In vulnus i-cta cónci-

des. 3. O ca-ri-tá-tis víctima! Tu corda nostra cóncrema.

Ti-bíque gentes cré-di-tas Avérni ab igne lí-be-ra. †. Sit

laus Patri cum Fí-li-o, Et Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Ti-bí-

que sancta Trí-ni-tas, Nunc et per omne saécu-lum. A-men.

Oratio.

EXáudi nos Deus salutáris noster : † ut sicut de beátae Terésiae Vírginis tuae festivitáte gaudémus; ita caeléstis ejus doctrínae pábuló nutriámur, * et piae devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

Comm. S. Callisti. Ant. Qui vult venire. 577¹³. V. Justus ut palma.

Ad Laudes.

Hymnus.

8.

Haec est di- es qua cándidae Instar co-lúmbae, cae-
 li- tum, Ad sacra templa spí- ri- tus, Se tránstu- lit Te- ré-
 si- ae. 2. Sponsíque vo- ccs áudi- it : Ve ni, so-ror, de vér-ti-
 ce. Carmé-*li* ad Agni núpti- *as* : Ve-*ni* ad co-ró-nam gló-
Sequens conclusio nunquam mutatur.
 ri- ae. 3. Te, sponse Jé-su Vírgi-num, Be- á-ti adó-rent órdi-
 nes, Et nupti- á-li cánti-có, Laudent per omne saécu-lum.

A-men.

In II Vesp. comm. sequentis.

16. S. Hedwigis Viduae.

*Semiduplex.**Ant.* Simile est. 577²³. Spécie tua.**Oratio.**

DEus, qui beátam Hedwígem a saéculi pompa ad húmilem tuae crucis sequélam toto corde transíre docuísti : † concéde ; ut ejus méritis et exémplo discámus peritúras mundi calcáre delícias, * et in ampléxu tuae crucis ómnia nobis adversántia superáre. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Vesp. de sequenti, comm. praeced.

17. S. Margaritae Mariae Alacoque, Virginis.

*Duplex.***Oratio.**

Domine Jesu Christe, qui investigábiles divítias Cordis tui beátæ Margaritæ Mariæ Virgini mirábíliter revelásti : † da nobis ejus méritis et imitatióne, * ut te in ómnibus et super ómnia diligétes, jugem in eódem Corde tuo mansiónem habére mereámur : Qui vivis.

Comm. S. Hedwigis. Ant. Manum suam. 577²³. *¶.* Diffúsa est.*Vesperae de seq., comm. praeced.*

18. S. LUCAE Evangelistae.

*Duplex 2. classis.***Oratio.**

Intervéniat pro nobis, quaesumus Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelísta : † qui crucis mortificatióne júgiter in suo corpore * pro tui nóminis honóre portávit. Per Dóminum.

Et fit comm. praeced. Ant. Veni, sponsa Christi. 577²⁰. *¶.* Diffúsa est.*In II. Vesperis, comm. sequentis.*

19. Petri de Alcantara Confessoris.

*Duplex. (m. t. v.)**Ant.* Similábo eum. 577¹⁸. *¶.* Amávit eum.**Oratio.**

DEus, qui beátum Petrum Confessórem tuam admirábilis paeniténtiae et altíssimae contemplatiónis múnere illustráre dignátus es : † da nobis, quaesumus ; ut ejus suffragántibus méritis, * carne mortificáti, facílius caeléstia capíamus. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. praeced.

20. S. Joannis Cantii Confessoris.


Duplex.

In I. et II. Vesperis, Hymnus.


8.

G Entis Po-lónae gló-ri-a, Cle-ríque splendor nó-bi-lis,
 De-cus Lycaé-i, et pátri-ae Pa-ter, Jo-ánnes íncl-y-te :

2. Legem su-pérni Númi-nis Do-ces ma-gíster, et fa-cis : Nil
 sci-re prodest, sédu-lo Legem ni-támur éxsequi. 3. Apo-
 sto-ló-rum lími-na Pedes vi-á-tor ví-si-tas : Ad pátri-am ad
 quam téndimus, Gressus vi-ámque dí-ri-ge. 4. Urbem pe-tis
 Je-rú-sa-lem : Signá-ta sacro sán-gui-ne Christi co-lis vestí-
 gi-a, Ri-gásque fu-sis flé-ti-bus. 5. Acérba Christi vúl-ne-




ra, Haeré-te nostris córdi-bus, Ut cogi- témus cónsequi




Redempti- ó-nis pré-ti- um.

Sequens conclusio, sicut et conclusio ad Laudes, nunquam mutatur.



6. Te prona mundi máchi-na, Clemens adó-ret Trí-ni-tas, Et



nos no-vi per grá-ti-am, Novum canámus cánti-cum. A-men.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : † ut sancti Joánnis Con-
fessóris exémplo in sciéntia Sanctórum proficiéntes, atque
áliis misericórdiam exhibéntes, * ejus méritis indulgéntiam apud
te consequámur. Per Dóminum.


Comm. S. Petri de Alcantara. Ant. Hic vir. [85]. V. Justum.

Ad Laudes. Hymnus.


8.

T


E depre-cánte, córpo-rum Lu-es re-cé-dit, ímpro-bi




Morbi fugántur, pristí-na Réde-unt sa-lú-tis múne-ra.



2. Phthi-si febríque et úlce-re Di-ram re-dáctos ad ne-cem,



Sacrá-tas morti víctimas, E-jus ra-pis e fáuci-bus. 3. Te



depre-cánte, túmi-do Merces abáctae flúmi-ne, Tractae De-i
 pot-énti-a Sursum flu-unt retrógradae. 4. Cum tanta pos-
 sis sé-di-bus Cae-li lo-cá-tus, póscimus : Respónde vo-lis súp-
 pli-cum, Et invo-cá-tus súbve-ni. 5. O una semper Trí-ni-
 tas, O tri-na semper Uni-tas : Da, suppli-cánte Cánti-o,
 Aetérna no-bis praémi-a. A-men.

In II Vesp. fit comm. sequentis, et SS. Ursulae et Sociarum ut infra

21. S. Hilarionis Abbatis.

Ant. Similábo. [73]. V. Amávit eum.

Oratio.

INtercésio nos, quaesumus Dómine, beáti Hilariónis Abbátis comméndet : † ut quod nostris méritis non valémus, * ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Deinde comm. SS. Ursulae et Sociarum Virginum et Martyrum. In Vespéris et Laudibus, Ant. Prudentes. [87]. Ÿ. Adducéntur.

Oratio.

DA nobis, quaesumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum Ursulae et Sociárum ejus palmas incessábili devotióne venerári : * ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiiis. Per Dóminum.

24. S. Raphaelis Archangeli.

Duplex maior.


In I. Vesperis.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apostolorum, vel, si II. Vesperae de hoc Festo non sint dicendae, Psalmus 137 Confitebor tibi... quoniam. ut supra, 861.

Hymnus. 1.



CHRISTE, sanctó-rum de-cus Ange-ló-rum, Gentis
humánae sa-tor et red-émptor, Caé-li-tum no-bis trí-bu-as
be-á-tas Scánde-re se-des. 2. Ange-lus nostrae mé-di-cus sa-
lú-tis Adsit e cae-lo Rápha-el, ut omnes Sanet aegró-
tos, du-bi-ósque vi-tae Dí-ri-gat actus. 3. Virgo dux pa-
cis, Ge-ni-tríxque lu-cis, Et sacer no-bis cho-rus Ange-ló-
rum Semper assí-stat, simul et mi-cántis Ré-gi-a cae-li.



4. Praestet hoc no-bis Dé-i-tas be-â-ta Patris, ac Na-ti,
 pa-ri-térque Sancti Spí-ri-tus, cu-jus ré-sonat per omnem
 Gló-ri-a mundum. A-mén.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.

℞. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat, Antiphona.


5. a



E-go sum * Rápha-el Ange-lus, qui asto ante
 Dó-mi-num : vos autem be-ne-dí-ci-te De-um, et narrá-te
 ómni-a mi-ra-bí-li-a e-jus. E u o u a e.
Oratio ut infra ad Laudes.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.
 8. G*



Missus est * Ange-lus Rápha-el ad To-bí-am et
 Sa-ram, ut cu-rá-ret e-os. E u o u a e.

2. Ant.

7. d

I ngréssus * Ange-lus ad To-bí- am, sa-lu-tá-vit e- um,

et di- xit : Gáudi- um sit ti-bi semper. E u o u a e.

3. Ant.

4. E

F orti á-nimo * esto, To-bí- a : in pró-ximo

e-nim est ut a De- o curé-ris. E u o u a e.

4. Ant.

5. a

B ene- dí-ci-te * De- um cae- li, et co-ram ómni-bus

vi-vénti- bus confi-témi- ni il- li, qui- a fe- cit vo- bíscum

mi- se- ri- córdi- am su- am. E u o u a e.

5. Ant.

8. c

P AX vo- bis, * no- lí- te timé- re : De- um be- ne- dí-

ci- te, et cantá- te il- li. E u o u a e.

Capitulum.

Tobiae 12. c.


Quando orábas cum lácrimis, et sepeliébas mórtuos, et derelinquébas prándium tuum, † et mórtuos abscondébas per diem in domo tua, et nocte sepeliébas eos, * ego óbtuli oratiónem tuam Dómino.

Hymnus.

2.

P La- cá-re, Chri-ste, sérvu-lis, Quibus Patris cle-
 ménti-am Tuæ ad tri-bú-nal grá-ti-æ Patróna Virgo
 póstu-lat. 2. No- bis ad-é-sto, Archánge-le, De- i me-dé-lam
 déno-tans : Morbos re-pélle córpo-rum, Affér sa-lú-tem mén-
 ti-bus. 3. Et vos, be- á- ta per no-ven Distíncta gy-ros
 ágmi-na, Antíqua cum prae- sénti-bus, Fu-tú-ra damna
 pél-li-te. 4. Au-férte gen-tem pérfi-dam Cre-dénti- um de
 ři-ni-bus, Ut unus omnes ú-ni-cum Oví-le nos pa-stor


Sequens conclusio nunquam mutatur.



re-gat. 5. De- o Patri sit gló-ri-a, Qui, quos red-émit



Fí-li-us, Et Sanctus unxit Spí-ri-tus, Per Ange-los cu-




stó-di-at. A-men.

℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus.


℞. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Ad Benedictus, Antiphona.




3. b

E-go sum * Rápha-el Ange-lus, qui asto ante



Dómi-num : vos au- tem be-ne-dí-ci-te De-um, et nar-rá-te



ómni-a mi-ra-bí-li-a e-jus, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui beátum Raphaélem Archángelum Tobíae fámulo tuo cómitem dedísti in via : † concéde nobis fámulis tuis ; ut ejúsdem semper protegámur custódia, * et muniámur auxílio. Per Dóminum.

Ad Tertiam.

Capitulum. Quando orábas. e *Laudibus.*

℞. br. Stetit Angelus. 859. ℣. Ascéndit.

Ad Sextam.

Capitulum.

Tobiae 12. c.

ET nunc misit me Dóminus ut curárem te, et Saram, uxórem filii tui, a daemónio liberárem. † Ego enim sum Ráphael Angelus : * unus ex septem, qui astámus ante Dóminus.

R̄. *br* Ascéndit fumus. 860. †. In conspéctu.

Ad Nonam.

Capitulum.

Tobiae 12. d.

Tempus est ut revérta ad eum qui me misit : † vos autem benedícite Deum, * et narráte ómnia mirabília ejus.

R̄. *br* In conspéctu. 861. †. Adoráte.

In II. Vesperis.


Antiphonae et Capitulum de Laudibus; Psalmi de Dominica, 577^s, sed loco ultimi, dicitur Ps. Confitébor tibi .. quóniam, 577^o.

Hymnus. Christe, Sanctórum. ut in I. Vesperis

†. Stetit Angelus juxta aram templi.

R̄. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat, Antiphona.



P Rinceps glo-ri- o- síssi-me, * Rápha- el Archánge-



le, es-to me-mor nostri : hic et u- bíque semper pre-



cá- re pro no- bis Fí- li- um De- i. E u o u a e.

Et fit comm sequentis.




Dominica ultima Octobris.

IN FESTO
D. N. JESU CHRISTI REGIS.


Duplex I classis

IN I. VESPERIS.

1. Ant. 8. G




A- CIFICUS * vo-cá-bi-tur, et thronus e-jus



e-rit firmíssimus in perpé-tu-um. E u o u a e.


Psalmi de Dominica, 577^a. sed loco ultimi dicitur Ps. Laudate Dómi-num, 577^b.

2. Ant.
8. c




R

Egnum e- jus * regnum sempi-térnum est, et omnes



re-ges sérví-ent e- i et obé-di-ent. E u o u a e.


3. Ant.
7. a




E

Cce vir O-ri-ens * nomen e- jus : sedé-bit et domi-


894² In Festo D. N. Jesu Christi Regis.




ná-bi-tur, et loqué-tur pa-cem Génti-bus. E u o u a e.




D Omi-nus * judex noster, Dómi-nus lé-gi-fer noster;



Dóminus Rex noster, ipse salvábit nos. E u o u a e.



E -Cce de-di te * in lu-cem Génti- um, ut sis sa-lus




me- a usque ad extrémum terrae. E u o u a e.

Capitulum.

Coloss. I, 12-13.

FRatres : Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine : † qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, * et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suae. R̄. Deo grátias.

Hymnus.




T E sae-cu-ló-rum Prínci-pem, Te, Christe, Re-gem Gén-



ti- um, Te ménti- um, Te córdi- um Unum fa-té- mur árbi-


In Festo D. N. Jesu Christi Regis. 894³




trum. 2. Sce- lé-sta turba clámi-tat : Regná-re Chri-stum nó-lu-




mus : Te nos ovántes ómni- um Re-gem suprê- mum dí-ci-




mus. 3. O Chri-ste, Princeps Pá-ci-fer, Mentés rebél- les súbji-



ce : Tu- óque amó-re dé-vi- os, Ovíle in u- num cóngre-ga.




4. Ad hoc cru- énta ab árbo-re, Pendes a-pér-tis bráchi- is :



Dí-ráque fossum cúspi-de Cor igne fla-grans éxhi- bes. 5. Ad



hoc in a-ris ábde-ris Vi-ni da-písque imá-gi- ne, Fundens




sa-lú-tem fí- li- is Transverbe-rá- to pécto- re. 6. Te na- ti- ó-

894⁴ In Festo D. N. Jesu Christi Regis.




num Praési-des Honó-re tol-lant públi-co, Cò-lant ma-gístri,



jú-di-ces, Leges et ar-tes éxpri-mant. 7. Submís-sa regum



fúlge-ant Ti-bi di-cá-ta insígni-a: Mí-tíque sceptro pá-



tri-ám Domósque sub-de cí-vi-um. 8. Je-su, ti-bi sit gló-




ri-a, Qui sceptra mundi témpe-ras, Cum Patre, et almo




Spí-ri-tu, In sempi-tér-na saé-cu-la. A-men.

Sic terminantur omnes Hymni usque ad Completorium sequentis diei inclusive.



℣. Da-ta est mi-hi omnis pot-é-stas.



℞. In cae-lo et in terra.

In Festo D. N. Jesu Christi Regis. 894^s

Ad Magnificat, Antiphona.

i. f.

D

Abit il-li * Dó-minus De-us se-dem David,

pa-tris e-jus: et regná-bit in do-mo Ja-cob in ae-térnum,

et regni e-jus non e-rit fi-nis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Et fit commemoratio Dominicae occurrentis.

Tonus Hymni ad Completorium.

i.

T


E lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pósci-

mus, Ut pro tu- a cle-ménti- a, Sis prae-sul et custó-

di- a. 2. Pro-cul re-cé-dant sómni- a, Et nócti- um phantá-

sma-ta: Hostémque nostrum cómpri-me, Ne pol-lu-án-tur

894⁶ In Festo D. N. Jesu Christi Regis.




córpo-ra. 3. Je-su, ti-bi sit gló-ri-a Qui scepra mundi
 ténpe-ras, Cum Patre, et almo Spí-ri-tu, In sempi-tér-
 na saécu-la. A-men.


In eodem tono cantantur Hymni ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam.

AD LAUDES, et per Horas.


1. Ant. 2. D

USCITA-BIT * De-us cae-li regnum quod com-




mí-nu-et et consú-met u-ni-vér-sa regna, et ipsum



sta-bit in aetérnum. E u o u a e.


Psalms de Dominica.

2. Ant.
i. f





E-dít e- i Dóminus * pot-está-tem et honó-rem et

In Festo D. N. Jesu Christi Regis. 894⁷



regnum : et omnes pōpu-li, tri-bus et linguae i-psi sér-




vi-ent, E u o u a e.

3. Ant.

4. A

E

X-í-bunt aquae vivae * de Je-rú-sa-lem; et é-rit




Dómi-nus Rex super omnem ter-ram. E u o u a e.

4. Ant.

7. a

M

Agni-fi-cá-bi-tur * usque ad térmi-nos terrae, et




e-rit iste Pax. E u o u a e.

5. Ant.


6. F

G

Ens et regnum * quod non serví-e-rit ti-bi,



per-í-bit; et Gen-tes so-li-tú-di-ne vasta-búntur.



E u o u a e.

894⁸ In Festo D. N. Jesu Christi Regis.

Capitulum.

Coloss. 1, 12-13.

FRatres : Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine : † qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, * et tránstulit in regnum Filii dilectiónis suae. R̄. Deo grátias.

Hymnus.

I.

V Exil-la Christus ínclý-ta La-te tri-úmphans éx-
 pli-cat : Gentes ad- éste súppli- ces, Re-gíque re- gum pláu-
 di-te. 2. Non Ille regna clá-dibus, Non vi me-túque súbdi-
 dit : Alto le- vá-tus stí-pi- te, Amó- re tra- xit ómni- a.
 3. O ter be- á-ta cí-vi-tas Cui ri-te Christus ímpe-rat, Quae
 jussa pergit éxsequi E-dí-cta mun-do caéli-tus! 4. Non
 arma flagrant ímpi- a, Pax usque firmat foéde-ra, Ar-

In Festo D. N. Jesu Christi Regis. 894⁹

rí-det et concórdi- a, Tu-tus stat or-do cí-vi-cus. 5. Ser-
 vat fi-des connú-bi- a Ju-vénta pubet íntegra, Pu-dí-ca
 flo-rent lími-na Domé-sti-cis vir-tú-ti-bus. 6. Optá-ta no-bis
 splénde-at Lux ista, Rex dul-císsime : Te, pace ad- épta
 cándi- da, Adó-ret or- bis súbdí-tus. 7. Je-su, ti- bi sit gló-
 ri- a, Qui scepra mundi témpe-ras, Cum Patre, et almo
 Spí-ri- tu In sempi- tér- na saécu- la. A- men.

℣. Multiplicábitur ejus impérium.


℞. Et pacis non erit finis.

Ad Benedictus, Antiphona.

5. a

F E- cit nos De- o * et Patri su- o regnum, primo-

894^{to} · In Festo D. N. Jesu Christi Regis.



gé-ni-tus mortu-ó-rum, et Princeps regum terrae, alle-lú-ia.


Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Filio tuo, univér-sórum Rege, ómnia instauráre voluísti : † concéde propítius; ut cunctae familiae Géntium, peccáti vúlnerē disgregátae, * ejus suavíssimo subdántur império : Qui tecum. R̄. Amen.

Commemoratio Dominicae occurrentis.

Ad Primam.

In R̄. br. dicitur :




¶. Qui pri-má-tum in ómni-bus te-nes.

Ad Absolut. Capit. Lect. br. In ipso complácuit. ut infra ad Nonam.

Ad Tertiam.

Hymnus.


I.




Nunc Sancte no-bis Spí-ri-tus, U-num Patri cum Fí-



li-o, Digná-re promptus ínge-ri Nostro re-fú-sus pé-




cto-ri. 2. Os, lingua, mens, sensus, vigor, Confessi-ó-nem




pérso-nent : Flamméscat igne cá-ri-tas, Accéndat ar-dor


In Festo D. N. Jesu Christi Regis. 894¹¹



pró-ximos. 3. Je-su, ti-bi sit gló-ri-a, Qui scepra mundi




témpe-ras, Cum Patre, et almo Spí-ri-tu In sempi-tér-na




saécu-la. A-men.

Capitulum. Fratres : Grátias ágimus. ut supra ad Laudes.


Ry. br.



DA-ta est mi-hi * Omnis pot-é-stas. Da-ta est



mi-hi. √. In caelo et in ter-ra. * Omnis pot-é-stas. √. Gló-



ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Da-ta est.

√. Afférte Dómino, famí-liae populórum.

Ry. Afférte Dómino gló-riam et impérium.


Ad Sextam.

Capitulum.

Coloss. 1, 16-17.


OMnia per ipsum et in ipso creáta sunt, et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. † Et ipse est caput córporis Ecclé-siæ, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, * ut sit in ómnibus ipse primátum tenens.

Ry. br.




Afférte Dómi-no, * Famí-li-ae popu-ló-rum. Affér-

894¹² In Festo D. N. Jesu Christi Regis.



te. V. Af-férte Dómi-no gló-ri-am et impé-ri-um. Famí-



li-ae. Gló-ri-a Patri. Afférte.

V. Adorábunt eum omnes reges terrae.

R̄. Omnes Gentes sérvient ei.


Ad Nonam.

Capitulum.


Coloss. 1, 19-20.

IN ipso complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, † et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, * pacíficans per sánguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt, in Christo Jesu Dómino nostro.

R̄. br.



A - do-rábunt é- um * Omnes re- ges terrae. Ado-



rábunt. V. Omnes Gentes sérvient e- i. Omnes.




Gló-ri-a Patri. Ado-rábunt.

V. Multiplicábitur ejus impérium.

R̄. Et pacis non erit finis.


IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia .



V. Multi-pli-cábi-tur e-jus impé-ri-um.

In Festo D. N. Jesu Christi Regis. 894¹³




Ꝛ. Et pa-cis non e-rit fi-nis.

Ad Magnificat, Antiphona.


7. a

H


Abet in vestiménto * et in fém-o-re su-o scri-



ptum : Rex re- gum, et Dómi-nus domi-nánti- um. Ipsi



gló-ri-a et impé-ri-um in saécu-la saé-cu-ló-rum.



E u o u a e.

Et fit commemoratio Dominicae occurrentis.

¶ Si die sequenti celebretur Festum Omnium Sanctorum, tunc Vesperae dicuntur de eodem Festo cum commemoratione praecedentis ac Dominicae, et Hymnus Placare Christe cantatur in tono suo proprio, cum doxologia Jesu tibi sit gloria, Qui scepra mundi temperas. Ad Completorium vero resumitur tonus Festi D. N. J.-C. Regis, 894⁵.

25. SS. Chrysanthi et Dariae Martyrum.

Ant. Istórum est. 577¹⁴. Ꝛ. Laetámini.

Oratio.

Beatórum Mártyrum tuórum Dómine Chrysánthi et Dariae, quaesumus, adsit nobis orátio : † ut quos venerámur obsé-quo, * eórum pium júgiter experiámur auxiliúm. Per Dóminum.

26. S. Evaristi Papae, et Martyris.

Oratio.

G Regem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Evarístum Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiae praestitísti esse pastórem. Per Dóminum.

27. In Vigilia SS. Simonis et Judae Apost.

*Ad Laudes ut in Psalterio.**Dicuntur Preces feriales flexis genibus.*

Oratio.

Concéde, quaésumus omnipotens Deus : † ut sicut Apostolorum tuorum Simónis et Judae gloriósa natalítia praevenimus; * sic ad tua benefícia promerénda, majestátem tuam pro nobis ipsi praeveníant. Per Dóminum.

28. SS. SIMONIS et JUDAE Apostolorum.

Duplex 2. classis

Oratio.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et Judam ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : † da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, * et celebrándo proficere. Per Dóminum.

31. In Vigilia Omnium Sanctorum.

*Ad Laudes ut in Psalterio. Dicuntur Preces feriales flexis genibus.**Non fit Suffragium de Omnibus Sanctis.*

Oratio.

Domine Deus noster, múltiplica super nos grátiam tuam : † et quorum praevenimus gloriósa solémnia, * tríbue súbsequi in sancta professióne laetítiam. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti Festo.



FESTA NOVEMBRIS.

Die 1. Novembris.


IN FESTO OMNIUM SANCTORUM

Duplex I. classis cum Octava communi


IN I. VESPERIS.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 577³, sed loco ultimi dicitur Ps. Laudate Dóminum, 577⁶.


Hymnus. 8.




LA- CARE Chri-ste sérvu-lis, Qui-




bus Patris clemén-ti- am, Tu-ae




ad tri-bú-nal grá-ti- ae, Patró- na Virgo pó-




stu-lat. 2. Et vos be- á-ta per no- vem Dí-




stíncta gy-ros ágmi-na, Antí-qua cum prae-séntibus, Fu-




tú-ra damna pél-li-te. 3. A- pósto-li cum Vá-ti-bus,




Apud se-vé-rum Jú-di-cem, Ve-ris re-ó-rum flé-ti-bus




Expósci-te indulgénti-am. 4. Vos purpu-rá-ti Márti-res,




Vos can-di-dá-ti praémi-o Confes-si-ó-nis, éxsu-les Vo-




ca-te nos in pá-tri-am. 5. Cho-ré-a ca-sta Vír-gi-num,




Et quos e-rémus ín-co-las Transmí-sit astris, caéli-tum




Lo-cá-te nos in sé-di-bus. 6. Au-férte gentem pér-fi-dam




Cre-dén-ti-um de fí-ni-bus, Ut u-nus omnes ú-ni-cum




Oví- le nos pastor regat. 7. De- o Patri sit gló- ri- a,




Na- tó- que Pa- tris ú- ni- co, Sancto simul Pa- rácli- to.



In sempi- térna saé- cu- la. A- men.



∇. Laetámi- ni in Dómi- no, et exsultá- te justí.



∇. Et glo- ri- ámi- ni, omnes recti corde.


(Sic cantatur in I. Vesp. Festi tantum; alias in tono solito.)

Ad Magnificat, Antiphona.


2. D

A


Nge- li, * Archánge- li, Thro- ni et Do- mi- na-



ti- ó- nes, Princi- pá- tus et Pot- e- stá- tes, Vir- tú- tes :



Ché- ru- bim atque Sé- raphim : Patri- árchæ et Pro- phé- tæ :




sancti le-gis Do-ctó-res, Apó-sto-li omnes : Christi
 Mártý-res, sancti Confessó-res, Vírgi-nes Dó-mi-ni, A-na-
 cho-rí-tae, Sanctí-que omnes, intercé-
 di-te pro no-bis. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

AD LAUDES, et per Horas.

I. Ant. I. f




VIDI turbam magnam, * quam di-nume-rá-re
 nemo pó-te-rat, ex ómni-bus génti-bus, stantes ante thro-num.



E u o u a e.

2. Ant.

I. f



ET omnes Ange-li * stabant in circú-i-tu thro-ni.





3. Ant.

8. G

R

Ed-emísti nos, * Dómi-ne De- us, in sán-gui-ne





4. Ant.

8. G

B

Ene-dí-ci-te Dó- mi-num, * omnes e- lécti e- jus :




5. Ant.


8. G

H

Ymnus * ómnibus Sanctis e- jus : fí- li- is Isra-



el, pópu- lo appro- pinquánti si- bi : gló- ri- a haec



est ómni- bus Sanctis e- jus. E u o u a e.


Capitulum.

Apoc. 7.


ECce ego Joánnes vidi álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, habéntem signum Dei vivi : † et clamávit voce magna quátuor Angelis quibus datum est nocére terrae et mari, dicens : Nolíte nocére terrae et mari, neque arbóribus, * quoadúsque signemus servos Dei nostri in fróntibus eórum.

Hymnus.


8.




SA- lú- tis ae- térnæ da- tor, Je- su, red- émptis súb-




ve- ni : Virgo pa- rens cleméti- ae, Do- na sa- lú- tem sér-




vu- lis. 2. Vos Ange- ló- rum míl- li- a, Patrúmque coe- tus,



ágmi- na Canó- ra Va- tum : vos re- is Pre- cá- mi- ni indul-




gén- ti- am. 3. Ba- ptísta Chri- sti praévi- us, Summí- que cae- lí




Clá- vi- ger, Cum cé- te- ris A- pósto- lis, Nexus re- sólvant

Festa Novembris. I.


901




crí-mi-num. 4. Co- hors tri- úmphans Márty-rum, Almus Sa-




cerdó-tum cho- rus, Et vir-gi-ná-lis cásti-tas Nostros re- á-




tus áblu- ant. 5. Qui- cúmque in al-ta sí-de-rum Regná-




tis au-la prínci- pes, Favé- te vo-tis súppli-cum, Qui do-



na cae- li flá-gi- tant. 6. Vir- tus, ho- nor, laus, gló- ri- a



De- o Pa- tri cum Fí- li- o, Sancto simul Pa- rácli- to,



In sae- cu- ló- rum saé- cu- la. A- men.


∇. Exsultábunt Sancti in glória.

ⱼ. Laetabúntur in cubílibus suis.


Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

T



E glo- ri- ó- sus * Aposto- ló- rum cho- rus, te Pro-



phe-tá-rum laudá-bi-lis nú-me-rus : te Má-rty-rum candi-dá-tus
lau-dat ex-ér-ci-tus : te omnes e-lé-cti vo-ce
confi-tén-tur un-ánimes : be-á-ta Trí-ni-tas, u-nus De-us.

E u o u a e.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári : † quæsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, * multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

Ad Tertiam.

Capitulum. Ecce ego. e *Laudibus.*

Ry. *br.* Laetámini in Dómino. [45]. V. Exsúltent.

Ad Sextam.

Capitulum.

Apoc. 7. c.

Post haec vidi turbam magnam, quam dinumeráre nemo pót-erat, † ex ómnibus géntibus, et tribubus, et pópulis, et linguis, stantes ante thronum Dei, in conspéctu Agni, amícti stolis albis, * et palmae in mánibus eórum.

Ry. *br.* Exsúltent justí. [46]. V. Justí autem.

Ad Nonam.

Capitulum.

Apoc. 7. c.


Benedíctio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, † honor, virtus, et fortitúdo Deo nostro, * in saécula saeculórum. Amen.

Ry. *br.* Justí autem. [46]. V. Exsultábunt.


IN II. VESPERIS.

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, 577^a, sed loco ultimi dicitur. Ps. Crédidi. 577^o.

Hymnus ut in I. Vesperis.



V. Exsultábunt Sancti in gló-ri- a.




Ry. Laetabúntur in cu-bí-li-bus su- is.


(Sic cantatur in die Festi tantum ; alias in tono solito.)

Ad Magnificat, Antiphona.

6. F



O quam gló-ri- ó-sum est regnum, * in quo cum



Christo gaudent omnes Sancti! a-mícti sto-lis al- bis, se-



quúntur A- gnum quo- cúmque í- e-rit. E u o u a e.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperae ac Completorium Defunctorum, ut inferius notatur. Si tamen hodie fuerit Sabbatum, in II. Vesperis Omnium Sanctorum fit commem. Dominicae, de qua die sequenti fit Officium cum commem. Octavae, et dicitur Completorium pariter de Dominica, 54.

Infra Octavam et in die Octava Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas de occurr. Hebdomadae die, ut in Psalterio : reliqua ut in Festo.

Die 2. Novembris.

In Commem. Omnium Fidelium Defunctorum.

Duplex.

In II. Vesperis Omnium Sanctorum, nisi sit Sabbatum, et hoc in casu in II. Vesperis Dominicae, post V̄. Benedicámus Dómino. immediate dicuntur Vesperae Defunctorum incipiendo absolute ab Antiphona Placébo. ut notantur infra, [142].

Antiphonae ad Vesperas et ad Laudes ante et post Psalmos et Canticum integrae dicuntur.

Repetita post Canticum Magnificat. Antiphona, dicitur flexis genibus :

Pater noster. *secreto usque ad*

V̄. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R̄. Sed líbera nos a malo.

V̄. A porta ínferi. R̄. Erue Dómine ánimas eórum.

V̄. Requiéscant in pace. R̄. Amen.

V̄. Dómine exáudi oratióem meam.

R̄. Et clamor meus ad te véniat.

V̄. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spírítu tuo.


Orémus.

Oratio.

Fidélium Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissióem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatióibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, * per ómnia saécula saeculórum. R̄. Amen.

V̄. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

R̄. Et lux perpétua lúceat eis.



V̄. Requi- éscant in pa- ce. R̄. Amen.

Et ita absolvuntur Vesperae Defunctorum, neque aliud adjungitur.

Ad Completorium.

*Non dicitur Jube domne. nec Lectio brevis, neque V̄. Adjutórium nostrum. neque Oratio Dominica; sed facta Confessione et Absolutione, statim sine Antiphona incipitur a Psalmis sequentibus; et in fine cujuslibet Psalmi, loco Glória Patri, dicitur : Réquiem aetérnam * dona eis Dómine. Et lux perpétua * lúceat eis.*

[*Psalmi autem ad Completorium, sicut ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam diei sequentis, cantantur in tono in directum ut notatur in Tonis Communibus, 32* vel 30**].

Psalmus 122.

AD te levávi óculos meos, *
qui hábitas in caelis.

Ecce sicut óculi servórum, *
in mánibus dominórum suórum,
Sicut óculi ancíllae in máni-
bus dóminae suae : * ita óculi
nostri ad Dóminum Deum no-
strum, donec misereátur nostri.

Miserére nostri, Dómine, mi-
serére nostri : * quia multum
repléti sumus despectióne :

Quia multum repléta est áni-
ma nostra : * oppróbrium abun-
dántibus, et despéctio supérbis.

Réquiem aetérnam.

Psalmus 141.

VOce mea ad Dóminum cla-
mávi : * voce mea ad Dó-
minum deprecátus sum :

Effúndo in conspéctu ejus ora-
tiónem meam, * et tribulatióne
meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum
meum, * et tu cognovísti sémi-
tas meas.

In via hac, qua ambulábam, *
abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram,
et vidébam : * et non erat qui
cognósceret me.

Périit fuga a me, * et non est
qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine, *
dixi : Tu es spes mea, pórtio
mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatióne
meam : * quia humiliátus sum
nimis.

Líbera me a persecuéntibus
me : * quia confortáti sunt super
me.

Educ de custódia ánimam
meam ad confiténdum nómini
tuo : * me expéctant justí, do-
nec retribuas mihi.

Réquiem aetérnam.

Psalmus 142.

Domine, exáudi oratióne
meam : † áuribus pércipe
obsecratióne meam in veritáte
tua : * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in iudícium cum
servo tuo : * quia non justificá-
bitur in conspéctu tuo omnis
vivens.

Quia persecútus est inimícus
ánimam meam : * humiliávit in
terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris
sicut mórtuos saéculi : † et
anxiátus est super me spíritus
meus * in me turbátum est cor
meum.

Memor fui diérum antiquó-
rum † meditátus sum in ómni-
bus opéribus tuis : * in factis
mánuum tuárum meditábar.

Expánde manus meas ad te : *
ánima mea sicut terra sine aqua
tibi.

Velóciter exáudi me, Dómi-
ne : * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a
me : * et símilis ero descendén-
tibus in lacum.

Audítam fac mihi mane mise-
ricórdiam tuam : * quia in te
sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua
ámblem : * quia ad te levávi
ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis,
Dómine, ad te confúgi : * doce
me fácere voluntátem tuam,
quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus dedúcet
me in terram rectam : * propter

nomen tuum, Dómine, vivificá-
bis me, in aequitáte tua.

Edúces de tribulatióne. áni-
mam meam : * et in misericór-
dia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant
ánimam meam : * quóniam ego
servus tuus sum.

Réquiem aetérnam.

Expletis Psalmis, statim subjungitur Canticum Nunc dimíttis (sub eodem cantu), in cuius fine additur Réquiem aetérnam. ut supra.

Absolute autem Cantico, dicitur flexis genibus :

Pater noster. secreto usque ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Propitiáre, quaesumus Dómine, animábus ómnium famulórum
famularúmque tuárum, pro quibus majestátem tuam supplí-
citer exorámus : † ut per haec piac deprecatiónis offícia, * perve-
nire mereántur ad réquiem sempitérnam. Per Dóminum nostrum...
℞. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

Et ita absolvitur Completorium, neque aliud adjungitur.

Ad Laudes.

Omnia dicuntur ut in communi Defunctorum Officio, [176], et repetita Antiphona post Benedictus. dicuntur Pater noster. ℣℣. et Oratio ut supra in Vesperis.

Ad Primam.

Dictis secreto Pater noster, Ave María, et Credo, absolute incipitur a Psalmis sequentibus, atque in fine cujuscumque Psalmi dicitur : Réquiem aetérnam, etc.

Psalms 87.

Domine Deus salutis meae : * in die clamavi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad precem meam :

Quia replata est malis anima mea : * et vita mea inferno appropinquavit.

Aestimatus sum cum descendentibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris † quorum non es memor amplius : * et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebris, et in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me : * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, et non egrediebar : * oculi mei languerunt prae inopia.

Clamavi ad te, Domine, tota die : * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : * aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, * et veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscuntur in tenebris mirabilia tua, * et iustitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te, Domine, clamavi :

* et mane oratio mea praeveniet te.

Ut quid, Domine, repellis orationem meam; * avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea : * exaltatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

In me transierunt irae tuae : * et terrores tui conturbaverunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die : * circumdedérunt me simul.

Elongasti a me amicum et proximum : * et notos meos a miseria.

Réquiem aeternam.

Psalms 27.

Ad te, Domine, clamabo Deus meus, ne sileas a me : † nequando taceas a me, * et assimilabor descendentibus in lacum.

Exaudi, Domine, vocem deprecationis meae dum oro ad te : * dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatoribus : * et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, * mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eorum, * et secundum nequitiam adventionum ipsorum.

Secundum opera manuum eorum tribue illis : * redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera Domini, † et in opera má-

num ejus * destrues illos, et non aedificabis eos.

Benedictus Dominus : * quoniam exaudivit vocem deprecationis meae.

Dominus adjutor meus et protector meus : * in ipso speravit cor meum, et adjutus sum.

Et refloruit caro mea : * et ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis suae : * et protector salvationum Christi sui est.

Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuae : * et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.

Requiem aeternam.

Psalmus 31.

BEati quorum remissae sunt iniquitates : * et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, * nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, * dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua : * conversus sum in aerumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci : * et injustitiam meam non abscondi.

Dixi : Confitebor adversum me injustitiam meam Domino : * et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum, * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione, quae circumdedit me : * exultatio mea, erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris : * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intellectus.

In campo et fraeno maxillarum eorum constringe, * qui non appropinquant ad te.

Multa flagella peccatoris, * sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Laetamini in Domino et exultate justi, * et gloriamini, omnes recti corde.

Requiem aeternam.

Expletis Psalmis dicitur flexis genibus :

Pater noster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. A porta inferi.

℞. Erue Domine animas eorum.

℣. Requiescant in pace. ℞. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Supplices, Dómine, pro animábus ómnium famulórum famularúmque tuárum preces effúndimus : † ut quidquid conversatióne contraxérunt humána, clemens indúlgeas : * et poenis eórum finem benígnus impónas. Per Dóminum nostrum.

Deinde in Choro legitur Martyrologium, et ante omnia dicitur :

HAC die Commemoratio Omnium Fidélium Defunctórum : in qua commúnis pia Mater Ecclésia, postquam univérsos filios suos jam in caelo laetántes, cóngruis stúduit celebráre praeconiis : mox et omnes adhuc in Purgatório geméntes, válidis apud Dóminum et Sponsum Christum sátagit suffrágiis adjuváre : ut quam cítius váleant ad societátem supernórum civium perveníre.

Postea dicitur : Quarto vel Tertio Nonas Novembris, Luna... ; et continuatur lectio usque ad finem, more solito.

Deinde etiam extra Chorum, licet ommissa fuerit lectio Martyrologii, subjungitur :

℣. In memória aetérna erunt justi.

℞. Ab auditióne mala non timébunt.

Orémus.

Oratio.

DEus, véniae largítor et humánae salútis amátor : † quaesumus cleméntiam tuam ; ut ánimas ómnium Fidélium qui ex hoc saéculo transiérunt, * beáta Maríá semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua líceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℞. Amen.

Et ita absolvitur Prima, neque aliud adjungitur.

Ad Tertiam, Sextam et Nonam.

Dicto secreto Pater noster et Ave María, absolute incipitur a Psalmis, qui erunt

Ad Tertiam.

Psalmus 37. I.

Domine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corripias me.

Quóniam sagíttae tuae infi-

xae sunt mihi : * et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie irae tuae : * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meae supergréssae sunt caput meum : * et sicut onus grave gravátae sunt super me.

Putruérunt et corrúptae sunt cicatríces meae, * a fácie insipiéntiae meae.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem : * tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusió nibus : * et non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum, et humiliátus sum nimis : * rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desideríum meum : * et gémitus meus a te non est abscondítus.

Cor meum conturbátum est, † derelíquit me virtus mea : * et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Réquiem aetérnam.

Psalmus 37. II.

A Míci mei, et próximi mei * advérsus me appropínquavérunt, et stetérunt.

Et qui juxta me erant, de longe stetérunt : * et vim faciébant qui quaerébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes : * et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam : * et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens : * et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, sperávi : * tu exáudies me, Dómine, Deus meus.

Quia dixi : Nequándo supergáudeant mihi inimíci mei : * et dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum : * et dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo : * et cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me : * et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

Qui retríbunt mala pro bonis, detrahébant mihi : * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me, Dómine, Deus meus : * ne discésseris a me.

Inténde in adjutórium meum, * Dómine, Deus salútis meae.

Réquiem aetérnam.

Psalmus 55.

Miserére mei, Deus, quóniam conculcávit me homo : * tota die impúgnans, tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei tota die : * quóniam multi bellántes advérsus me.

Ab altitúdine diéi timébo : * ego vero in te sperábo.

In Deo laudábo sermónes meos, in Deo sperávi : * non timébo quid fáciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabántur : * advérsus me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt et abscondent : * ipsi calcáneum meum observábunt.

Sicut sustinuérunt ánimam meam, pro níhilo salvos fácies

illos : * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi : * posuísti lácrimas meas in conspéctu tuo.

Sicut et in promissióne tua : * tunc converténtur inimíci mei retrórsus :

In quacúmque die invocávero te : * ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, † in Dómino laudábo sermónem : * in Deo sperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua, * quae reddam, laudatiónes tibi.

Quóniam eripuísti ánimam meam de morte, † et pedes meos de lapsu : * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Réquiem aetérnam.

Ad Sextam.

Psalmus 69.

Deus, in adjutórium meum inténde : * Dómine, ad adjuvándum me festína.

Confundántur et revereántur, * qui quaerunt ánimam meam.

Avertántur retrórsus, et erubéscant, * qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsúltent et laeténtur in te omnes qui quaerunt te, * et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui dñligunt salutáre tuum.

Ego yero egénus, et pauper sum : * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu : * Dómine, ne moréris.

Réquiem aetérnam.

Psalmus 84.

Benedixísti, Dómine, terram tuam : * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuae : * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam : * avertísti ab ira indignatiónis tuae.

Convérte nos, Deus, salutáris noster : * et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in aetérnum irascéris nobis : * aut exténdes iram tuam a generatióne in generatióne?

Deus, tu convérsus vivificábis nos : * et plebs tua laetábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam : * et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : * quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : * et in eos, qui convertúntur ad cor.

Verúm tamen prope timéntes eum salutáre ipsíus : * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia, et véritas obviverunt sibi : * justítia, et pax osculatae sunt.

Véritas de terra orta est : * et justítia de caelo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit beni-

gnitatem : * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit : * et ponet in via gressus suos.

Réquiem aeternam.

Psalmus 85.

Incлина, Dómine, aurem tuam, et exáudi me : * quóniam inops, et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum : * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die : † laetifica ánimam servi tui * quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis : * et multae misericórdiae ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratióem meam : * et inténde voci deprecationis meae.

In die tribulatiónis meae clamávi ad te : * quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis, Dómine : * et non est secúndum ópera tua.

Omnes Gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine : * et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et faciens mirabília : * tu es Deus solus.

Déduc me, Dómine, in via tua, † et ingrédia in veritate tua : * laetétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in aetérnum :

Quia misericórdia tua magna est super me : * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, † et synagóga poténtium quaesiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, * pátiens, et multae misericórdiae et verax.

Réspice in me, et miserére mei, † da impérium tuum púero tuo : * et salvum fac fílium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bonum, † ut vídeant qui odérunt me, et confundántur : * quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, et consolátus es me.

Réquiem aeternam.

Ad Nonam.

Psalmus 101. I.

Domine, exáudi oratióem meam : * et clamor meus ad te véniat.

Non avértas faciém tuam a me : * in quacúmque die tribulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te : * velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei : * et ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut foenum, et áruit cor meum : * quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei * adhaésit os meum carni meae.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis : * factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * et factus sum sicut passer solitárius in tecto

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei : * et qui laudábant me, advérsum me jurábant.

Quia cínerem tamquam panem manducábam, * et potum meum cum fletu miscébam.

A fácie irae et indignatiónis tuae : * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : * et ego sicut foenum áruí.

Tu autem, Dómine, in aetérnum pérmanes : * et memoriále tuum in generatiónem et generatiónem.

Réquiem aetérnam.

Psalmus 101. II.

TU exsúrgens miseréberis Sion : * quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus : * et terrae ejus miserebúntur.

Et timébunt Gentes nomen tuum, Dómine, * et omnes reges terrae glóriam tuam.

Quia aedificávit Dóminus Sion : * et vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratiónem humílium : * et non sprevit precem eórum.

Scribántur haec in generatióne áltera : * et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum :

Quia prospéxit de excélsó sancto suo : * Dóminus de caelo in terram aspéxit :

Ut audíret gémitus compeditórum : * ut sólveret filios interemptórum :

Ut annúntient in Sion nomen Dómini : * et laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndó pópulos in unum, * et reges ut sérviant Dómino.

Réquiem aetérnam.

Psalmus 101. III.

REspóndit ei in via virtútis suae : * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídió diérum meórum : * in generatiónem et generatiónem anni tui.

Inítio tu, Dómine, terram fundásti : * et ópera mánuum tuárum sunt caeli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes : * et omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur : * tu autem idem ipse es, et anni tui non defícient.

Fílii servórum tuórum habitábunt : * et semen eórum in saéculum dirigétur.

Réquiem aetérnam.

Expletis Psalmis, dicitur flexis genibus :

Pater noster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℞. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi. ℞. Erue Dómine ánimas eórum.

℣. Requíescent in pace. ℞. Amen.

℣. Dómine exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio.

Fidélium Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissióem cunctórum tríbe peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatióibus consequántur : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℞. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requíescant in pace. ℞. Amen.

Et ita absolvitur Tertia, Sexta et Nona, neque aliud adjungitur.

¶ *Post Nonam, celebrata Missa, terminatur Officium Comm. Omnium Fidélium Defunctorum, et Vesperae dicuntur de sequenti Officio, ut in I. Vesperis.*

3. III. Die infra Oct. Omnium Sanctorum.

Vesp. de sequenti, comm. Octavae, ac SS. Vitalis et Agricolae Mart.

4. S. Caroli Episcopi, Confessoris.

Duplex.

Oratio.

Ecclésiám tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis contínua protectióne custódi : † ut sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit; * ita nos ejus intercésio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum nostrum.

Comm. Octavae, 903, et SS. Vitalis et Agricolae Martyrum. Ant. Istórum est enim. 577¹⁴. ℣. Laetámíni.

Oratio.

Praesta, quaésumus omnípotens Deus : * ut qui sanctórum Mártyrum tuórum Vitális et Agricolae solémnia cólimus, eórum apud te intercessióibus adjuvémur. Per Dóminum.

Si vero die 3. Nov. celebrata fuerit commemoratio Omnium Fidélium Defunctorum, pro commem. Oct. sumuntur Antiphona Angeli et ℣. Laetámíni. de I. Vesp. Et tunc pro commem. SS. Mart. dicitur ℣. Exsultábunt.

In Laudibus comm. Oct. 901, et SS. Mart. Ant. Vestri capilli. 577¹⁴. ℣. Laetámíni in Dómino. In II. Vesp. commem. seq. diei infra Octavam.

5. 6 et 7. Infra Oct. Omnium Sanctorum.

Die 7. ad Vesperas, Duplex majus. Omnia ut in I. Vesp. Festi, 895.

*Comm. SS. Martyrum Quatuor Coronatorum. Ant. Istórum est. 577¹⁴.
¶. Exsultábunt Sancti in glória. R̄. Laetabúntur in cubilibus suis.*

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui gloriosos Mártýres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

8. Octava Omnium Sanctorum.

Duplex majus.

*In Laud., pro comm. SS. Quatuor Coronatorum, Ant. Vestri capilli. 577¹⁴.
¶. Laetámini in Dómino, et exsultáte justi. R̄. Et gloriámini omnes recti corde.*

Vesp. de sequenti, comm. praeced.

Die 9. Novembris.

IN DEDICATIONE ARCHIBASILICAE**Ss. Salvatoris.**

Duplex 2. classis.

Omnia ut in Communi Dedicationis Ecclesiae, [104].

Comm. diei Oct. Omnium Sanctorum. Ant. O quam. 903. ¶. Exsultábunt

*In Laudibus, comm. S. Theodori Martyris. Ant. Qui odit. 577¹³.
¶. Justus ut palma.*

Oratio.

DEus, qui nos beáti Theodóri Mártýris tui confessióne gloriósa circúmdas et prótegis : * praesta nobis ex ejus imitatióne proficere, et oratióne fulciri. Per Dóminum.

In Vesp. comm. sequentis.

10. S. Andreae Avellini Confessoris.

Duplex.

Ant. Similábo. 577¹⁸. ¶. Amávit eum.

Oratio.

DEus, qui in corde beáti Andréae Confessóris tui, per árduum quotidie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te ascensiónes disposuísti : † concéde nobis, ipsíus méritis et intercessióne, ita ejúsdem grátiae participes fieri; * ut perfectióra semper exsequétes, ad glóriæ tuæ fastígium feliciter perducámur. Per Dóminum.

Ad Laudes fit comm. SS. Tryphonis, Respicii et Nymphae. Ant. Vestri capilli. 577¹⁴. V. Exsultábunt.

Oratio.

FAC nos, quaesumus Dómine, sanctorum Mátyrum tuorum Tryphónis, Respicii et Nymphae semper festa sectári : * quorum suffrágiis protectiónis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de sequenti; comm. praeced., et S. Mennae Martyris.

11. S. Martini Episcopi, Confessoris.

Duplex.

In I. Vesperis.

Si dicendae sunt integrae, Antiphonae de Laudibus; Psalmi de Dominica, 577³, sed loco ultimi, dicitur Ps. Laudate Dóminum, 577⁶.

Capitulum, Hymnus et V. de Communi Confessoris Pontificis, [49].

Ad Magnificat, Antiphona.

2. D

O be-á-tum vi-rum! * cu-jus á-ni-ma pa-ra-dí-sum

póssi-det : unde exsúltant Angc-li, laetántur Archán-

ge-li : cho-rus Sanctó-rum proclámat, turba Vírgi-num inví-

tat : Mane no-bís-cum in ae-térnum. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Comm. S. Andreae Avellini, Ant. Hic vir. 577¹⁹. Ψ. Justum deduxit.

Postea S. Mennae Martyris. Ant. Iste Sanctus. 577¹². Ψ. Glória et honóre. Oratio. Praesta, quaesumus. ut infra ad Laudes.


Ad Laudes.

1. Ant.


7. a

D


I-xé-runt discí-pu-li * ad be-á-tum Martí-num :



Cur nos, pa-ter, dé-se-ris? aut cu-i nos de-so-lá-tos re-lín-



quis? In-vá-dent e-nim gre-gem tu-um lu-pi rapá-ces.




E u o u a e.

2. Ant.


7. c

D

O- mi-ne, * si adhuc póp-u-lo tu- o sum ne-ces-



sá-ri-us, non re-cú-so labó-rem : fi- at vo-lúntas tu- a.




E u o u a e.


3. Ant.

8. G

O

vi-rum in-ef-fá-bi-lem! * nec la-bó-re victum, nec






morte vincéndum : qui nec mo-ri tímu-it, nec ví-ve-ré re-
 cu-sá-vit. E u o u a e.

4. Ant.


7. a



O - cu-lis ac má-nibus * in caelum semper inténtus,
 invíctum ab o-ra-ti-ó-ne spí-ri-tum non re-laxá-bat, al-
 le-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.

8. G



M Artí-nus * Abrahae si-nu laetus excí-pi-tur : Mar-
 tí-nus, hic pauper et mó-di-cus, cae-lum di-ves ingré-di-tur :
 hymnis cae-lésti-bus hono-rá-tur. E u o u a e.

Capitulum, Hymnus et V. de Communi, [57].

Ad Benedictus, Antiphona. O beátum virum. ut in I. Vesp., 916.

Oratio.

Deus, qui cónspicis quia ex nulla nostra virtúte subsístimus : †
 concéde propítius ; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris
 tui atque Pontíficis, * contra ómnia advérsa muniámur. Per
 Dóminum.

Comm. S. Mennae Martyris. Ant. Qui odit. 577¹³. V̄. Justus ut palma.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens Deus : * ut qui beati Mennae Martyris tui natalitia colimus, intercessione ejus in tui nominis amore roboreretur. Per Dominum.

Ad Horas, Capitula et R̄R̄. brevia de Communi, [62].

In II. Vesperis.

Antiphonae de Laudibus. Psalmi de Dominica, 577³, sed loco ultimi, dicitur Ps. Memento, 577³.

Capitulum, Hymnus et V̄. de Communi, [65].

Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

O be-â-tum Pontí- fí-cem! * qui to-tis viscé-ri-bus
 di-li-gé-bat Christum Re-gem, et non formi-dábat impé-
 ri-i princi-pá-tum : o sanctí-s-si-ma á-ni-ma! quam etsi glá-
 di-us perse-cu-tó-ris non ábstu-lit, palmam tamen martý-
 ri-i non a-mí-sit. E u o u a e.

Comm. sequentis.

12. S. Martini I. Papae, Martyris.

*Semiduplex.**Ant.* Iste Sanctus. 577¹². *Ÿ.* Glória et honóre.

Oratio.

Gregem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Martínum Mártirem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiae praes-titisti esse pastórem. Per Dóminum.

Vesp. a Capit. de sequenti, comm. praeced.

13. S. Didaci Confessoris.

Semiduplex.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quaeque confúndas : † concéde propítius humilitáti nostrae; ut piis beáti Dídaci Confessóris tui préci-bus, * ad perénnem in caelis glóriam sublimári mereámur. Per Dóminum.

Comm. S. Martini Papae, Martyris. Ant. Qui vult. 577¹³. *Ÿ.* Justus ut palma.*Vesp. de sequenti, comm. praeced.*

14. S. Josaphat Episcopi, Martyris.

Duplex.

Oratio.

EXcita, quaesumus Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Jósaphat Martyr et Póntifex tuus ánimam suam pro óvibus pósuit : † ut eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu moti ac roboráti, * ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Comm. S. Didaci. Ant. Hic vir. 577¹⁴. *Ÿ.* Justum dedúxit.*Vesp. a Capit. de seq., comm. praeced.*

15. S. Alberti Magni
Episc. Conf. Eccl. Doct.

Duplex.

In I. Vesperis, Ant. O Doctor... beáte Albérte. [66]. V̄. Amávit eum.

Oratio.

DEus, qui beátum Albértum Pontíficem tuum atque Doctórem, in humana sapiéntia divínae fidei subjiciéndam magnum effecísti : † da nobis, quaesumus, ita ejus magistérii inhaerére vestígiis, * ut luce perfécta fruámur in caelis. Per Dóminum.

Et fit comm. praeced. Ant. Qui vult veníre. 577¹³. V̄. Justus ut palma. Vesperae a Cap. de seq., Comm. praeced.

16. S. Gertrudis Virginis.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui in corde beátae Gertrúdis Vírginis jucúndam tibi mansiónem praeparásti : † ipsíus méritis et intercessióne cordis nostri máculas cleménter abstérge, * et ejúsdem tríbue gaudére consórtio. Per Dóminum nostrum.

Comm. S. Alberti. Ant. O Doctor... beáte Albérte. 577¹⁷. V̄. Justum dedúxit.

In II. Vesperis fit Comm. sequent.

17. S. Gregorii Thaumaturgi Episc., Conf.

Semiduplex.

Ant. Sacérdos et Póntifex. 577¹⁵. V̄. Amávit eum.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus : † ut beáti Gregórii Confesóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, * et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

Vesp. de sequenti, comm. praeced.

18. In Dedicatione Basilicarum SS. Petri et Pauli Apostolorum.

Duplex majus.

Omnia de Communi Dedicationis Ecclesiae, [104].

Oratio. Deus, qui nobis per singulos annos. [110].

Comm. S. Gregorii Thaumatis. Ant. Amávit eum. 577¹⁶. *Ÿ.* Justum dedúxit.

In II. Vesp., comm. sequentis, et S. Pontiani Papae, Martyris.

19. S. Elisabeth Viduae.

Duplex.

Ant. Símile est. 577²¹. *Ÿ.* Spécie tua.

Oratio.

TUórum corda fidélium, Deus miserátor, illústra : † et beátae Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspéra mundi despícere; * et caelésti semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

Comm. S. Pontiani Papae, Mart. Ant. Iste Sanctus. 577¹². *Ÿ.* Glória et honóre.

Oratio.

GRegem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Pontíanum Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectiόne custódi; * quem totíus Ecclésiae praestitísti esse pastórem. Per Dóminum.

In Laud., pro S. Pontiano, Ant. Qui odit. 577¹³. *Ÿ.* Justus ut palma. *Vesp. a Capit. de sequenti, comm. praeced.*

20. S. Felicis de Valois Confessoris.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui beátum Felícem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captívos caelítus vocáre dignátus es : † praesta, quaesumus; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivítate, ejus intercessiόne liberáti, * ad caeléstem pátriam perducámur. Per Dóminum.

Comm. S. Elisabeth. Ant. Manum suam. 577²³. *Ÿ.* Diffúsa est. *Vesp. de sequenti, comm. praeced.*

21. In Praesentatione B. Mariae Virginis.

*Duplex majus.**Omnia ut in Festis B. M. V., [114], praeter sequentia.*

In utrisque Vesperis, ad Magnificat Antiphona. 8. G



E-ATA De- i Gé-ni-trix Ma-rí- a, * Vir-go per-
 pé-tu- a, templum Dómi-ni, sacrá-ri- um Spí- ri- tus San-
 cti: so- la si- ne ex-émplo pla-cu- í- sti Dómi- no
 Je- su Christo, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui beátam Mariám semper Virginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo praesentári voluísti : † praesta, quaésumus; ut ejus intercessióne, * in templo glóriæ tuæ praesentári mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

*Comm. S. Felicis de Valois. Ant. Hic vir. 577¹⁹. ∇. Justum dedúxit.**In II. Vesp., comm. sequentis.*

22. S. Caeciliae Virginis, Martyris.

Duplex.

Si I. Vesperae dicendae sint integrae, Antíphoniae de Laudibus; Psalmi, Capitulum, Hymnus et ∇. de Communi Virginum, [86].

Ad Magnificat, Antiphona.


4. E



EST secré-tum, * Va-le-ri- á- ne, quod ti- bi vo-
 dí-ce- re : Ange-lum De-i hábe- o ama-tó- rem, qui
 ními- o ze-lo custó-dit corpus me- um. E u o u a e.
 †. Spécie tua. *Oratio ut infra ad Laudes.*


Ad Laudes.

1. Ant.
 1. g



C Antántibus órga- nis, * Cae-cí- li- a Dómino de-
 cantábat di-céns : Fi- at cor me- um imma-cu-lá-tum, ut non
 confúndar. E u o u a e.

2. Ant.
 7. a



VA-le-ri- á- nus * in cubí-cu- lo Caeci- li- am cum
 Ange- lo o- rántem invé- nit. E u o u a e.

3. Ant.
3. a 2

C Aeci-li-a, * fâmu-la tu-a, Dó-mi-ne, qua-si a-pis
ti-bi argumtô-sa de-sérvit. E u o u a e.

4. Ant.
8. G

B Ene-dí-co te, * Pa-ter Dómi-ni me-i Je-su Christi :
qui-a per Fí-li-um tu-um ignis exstíctus est a lá-te-re
me-o. E u o u a e.


5. Ant.
4. E

T Ri-du-ânas * a Dómi-no popósci indú-ci-as, ut do-
mum me-am ecclé-si-am consecrá-rem. E u o u a e.
Capitulum, Hymnus et V. de Communi, [89].

Ad Benedictus, Antiphona.

1. g

D UM auró-ra * fi-nem da-ret, Caeci-li-a exclamá-
vit di-cens : E-ia! mí-li-tes Christi, abjí-ci-te ó-pe-ra



E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beátae Caecíliae Vírginis et Mártiris tuae solemnitate laetíficas : † da, ut quam venerámur officio,* étiam piae conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

Ad Horas, Capitula et R̄R̄. brevia de Communi, [93].

In II. Vesperis, Antiph. de Laud.; Psalmi : Dixit Dóminus. 577³, Laudate púeri. 577⁴, Laetátus sum, Nisi Dóminus, Lauda Jerúsalem, 577⁹. A Capitulo de sequenti, comm. praeced., et S. Felicitatis Martyris.

23. S. Clementis I. Papae, Martyris.


Duplex.

In I. Vesperis.

Si I. Vesperae dicendae sint integrae, Antiphonae de Laudibus; Psalmi ut in I. Vesperis de Communi Apostolorum.

Capitulum, Hymnus et V. de Communi Unius Martyris, [13].


Ad Magnificat, Antiphona.



confessó-ri-bus su- is fontis venam apé-ri- at. E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.

Pro comm. S. Caeciliae, Antiphona.





sti ge-ré-bat in péc-to-re su-o, et non di-é-bus ne-
que nó-cti-bus, a collóqui-is di-ví-nis et o-ra-ti-ó-ne ces-
sá-bat. E u o u a e.

∇. Diffúsa est.

Deinde comm. S. Felicitatis Martyris. Ant. Símile est. [97]. ∇. Spécie tua. Oratio. Praesta, quaesumus. ut infra ad Laudes.


Ad Laudes.

1. Ant.

7. b

O

- rán-te * sancto Clemén-te, appá-ru-it e-i




Agnus De-i. E u o u a e.

2. Ant.

7. c

N

ON me-is mé-ri-tis * ad vos me mi-sit Dóminus,




vestris co-ró-nis partí-ci-pem me fí-e-rí. E u o u a e.

3. Ant.

7. c

V


I-di supra montem * Agnum stantem, de sub cu-jus



pe-de fons vi-vus emá-nat. E u o u a e.

4. Ant.
7. c


D E sub cu-jus pe-de * fons vi-vus emá-nat : flúmi-nis



ímpe-tus laetí-fi-cat ci-vi-tá-tem De-i. E u o u a e.

5. Ant.
8. c

O mnes gen-tes * per gy-rum cre-di-dé-runt Christo Dó-




mi-no. E u o u a e.

Capitulum, Hymnus et Ψ. de Communi, [17].


Ad Benedictus, Antiphona.

i. f


C UM i-ter ad ma-re ce-písset, * pópu-lus vo-ce ma-



gna cla-mábat : Dómi-ne Je-su Chri-ste, salva il-lum : et



Clemens cum lácrimis di-cé-bat : Sús-ci-pe Pa-ter spí-ri-tum



me-um. E u o u a e.

Oratio.

GRegem tuum, Pastor aetérne, placátus inténde : † et per beátum Cleméntem Mártirem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; * quem totíus Ecclésiæ praestítisti esse pastórem. Per Dóminum.

Comm. S. Felicitatis. Ant. Date ei. 577^{2a}. V̄. Diffúsa est.

Oratio.

PRaesta, quaésumus omnipotens Deus : * ut beátae Felicitátis Mártiris tuae solémnia recenséntes, méritis ipsíus protegámur et précibus. Per Dóminum.

Ad Horas, Capitula et R̄rR̄. brevia de Communi, [20].

In II. Vesperis, Ant. de Laud., Psalmi de Dominica, 577³, sed loco ultimi, dicitur Ps. Crédidi, 577⁶.

A Capitulo de sequenti, comm. praeced., et S. Chrysogoni Martyris.

24.

S. Joannis a Cruce

Confessoris et Ecclesiae Doctoris.

Duplex. (m. t. v.)

In I Vesperis. Ant. O Doctor... beáte Joánes. [66]. V̄. Amávit eum.

Oratio.


DEus, qui sanctum Joánnem Confessórem tuum atque Doctórem, perféctae sui abnegatiónis et crucis amatórem exímium effecísti : † concéde; ut ejus imitatióni júgiter inhaeréntes, * glóriam assequámur aetérnam. Per Dóminum nostrum.

In I. Vesperis, fit commemoratio praeced.

Pro comm. S. Clementis, Antiphona.

I. f


DE-dísti, Dómi-ne, ha-bi-tá-cu-lum * Márty-ri tu- o Cle-



ménti in ma-ri, in modum templi marmó-re-i, angé-



li-cis má-ni-bus praepa-rá-tum : i-ter praebens pó-pu-lo ter-



rae, ut e-nár-rent mi-ra-bí-li-a tu-a. E u o u a e.

℣. Justus ut palma florébit.

℞. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio. Gregem tuum. *ut supra*, 929.

Deinde comm. **S. Chrysogoni Martyris.** *Ant.* Iste Sanctus. 577¹².
℣. Glória et honóre.

Oratio.

A Désto Dómine supplicatió-nibus nostris : * ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni Mártýris tui intercessió-ne liberémur. Per Dóminum.

In Laud., pro S. Chrysogono, Ant. Qui odit. 577¹³. ℣. Justus ut palma.

Vesp a Capit. de sequenti, comm. praeced.

25. S. Catharinae Virginis et Martyris.

Duplex.

Oratio.

DEus, qui dedísti Legem Móysi in summitáte montis Sínai, et in eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátae Catharinae Vírginis et Mártýris tuae mirabíliter collocásti : † praesta, quaésumus; ut ejus méritis et intercessió-ne, * ad montem qui Christus est, pervenire valeámus. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Comm. S. Joannis. Ant. O Doctor... beáte Joánes. 577¹⁷. V̄. Justum dedúxit.

Vesp. a Capit. de seq., comm. praecl., et S. Petri Alex Episc., Martyris.

26. S. Silvestri Abbatis.

Duplex.

Oratio.

Clementissime Deus, qui sanctum Silvéstrum Abbátem, saéculi hujus vanitátem in apérto túmulo pie meditántem, ad erémum vocáre, et praecláris vitae méritis decoráre dignátus es : † te súpplices exorámus; ut ejus exémplo terréna despiciéntes, * tui consórtio perfruámur aetérno. Per Dóminum.

Comm. S. Catharinae, Ant. Veni sponsa. 577²⁰. V̄. Diffúsa est.


sto de- cus, Spi- rí- tu- i Sancto, Tri- bus honor u- nus. A- men.


∇. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℞. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.


Ad Magnificat, Antiphona.

2. D


B



E-á-ta Ma-ter * et intácta Virgo, glo-ri-ó-sa Re-



gí-na mundi, intercéd-de pro no-bis ad Dómi-num.



E u o u a e.

Oratio ut infra ad Laudes.


Vel alia Antiphona et Oratio pro temporis varietate, ut infra.

Post Orationem fit Suffragium de Omnibus Sanctis, ut sequitur :


Ant.

7.

S



Ancti omnes * intercéd-dant pro no-bis ad Dó-



mí-num.

∇. Mirificávit Dóminus Sanctos suos.

℞. Et exaudívit eos clamántes ad se.

Oratio.

A cunctis nos, quaésumus Dómine, mentis et córporis defénde perículis : * et intercedénte beáto Joseph, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto *N.* et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem ; ** ut destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, * Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Tempore autem Paschali, loco praecedentis Suffragii, fit commemoratio de Cruce, ut in Ordinario, 54.

[130] Officium B. M. V. in Sabbato.

Si autem occurrat Festum Simplex, de eo fit commem. ante ipsum Suffragium.

Completorium dicitur de Feria VI. ut in *Psalterio*, 184, nisi Festum praecedens exigat Completorium de Dominica.

Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solito de B. M. V., et in fine dicitur : Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine.

Ad Laudes.

Antiphonae cum Psalmis de Sabbato ut in Psalterio, 188. Capitulum et Hymnus ut in Festis B. M. V. per Annum, [122].

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



B E-á-ta De- i Gé-nitrix Ma-rí- a, * Vir-go perpé-tu- a,
 templum Dómi- ni, sacrá- ri- um Spí- ri- tus Sancti : so- la
 si- ne exém- plo pla- cu- í- sti Dómi- no Je- su Chri- sto :
 o- ra pro pópu- lo, intérv- ni pro cle- ro, intercé- de
 pro de- vó- to femí- ne- o se- xu. E u o u a e.

Oratio.

Concède nos fámulos tuos, quaésumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanítate gaudére : † et gloriósa beátae Mariae semper Vírginis intercessióne, * a praesénti liberáři tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Dóminum nostrum.

Vel alia Antiphona et Oratio pro temporis varietate, ut infra.

Deinde fit Suffragium, ut supra ad Vesperas.

Prima dicitur tota de Sabbato, excepta Lectione brevi, ut supra, [125].

Ad Horas, Antiphonae et Psalmi de Sabbato; Capitulum et reliqua ut in Festis B. M. V., [124].

¶ **Post Nativitatem Domini usque ad Purificationem, Officium B. M. V. dicitur ut supra, praeter sequentia.**

Ad Magnificat, Antiphona. Magnum haereditatis. 297. Oratio. Deus, qui salutis aeternae. 296.

Ad Benedictus, Antiphona. Mirabile mysterium. 296.

Oratio. Deus, qui salutis aeternae.

¶ **Tempore Paschali, V̄V̄. et R̄R̄. additur Allelúia; et ad Magnif. et Bened. dicitur sequens Antiphona.**

Ad Benedictus et ad Magnificat, Antiphona.

i. D 2

R

E-gí-na cae- li * lae-tá-re, alle- lú- ia : qui- a

quem me-ru-í- sti portá- re, alle- lú- ia : re-surré-xit sic-ut

di-xit, alle- lú- ia : o- ra pro no- bis De- um, alle- lú- ia.

E u o u a e.

Oratio. Concéde. [130] Comm. de Cruce, 54.

 Officium Parvum B. Mariae Virginis.

Extra Adventum.

Ad Vesperas.

Ave María. *secreto, quae dicitur semper in principio omnium Horarum B. Mariae Virginis.*

∮. Deus in adiutorium.

Antiphonae, Psalmi et Capitulum ut in Festis B. M. V., [114].

Hymnus. Ave maris stella. [126].

∮. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R̄. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Magnificat, Antiphona. Beata Mater. [129].

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

∮. Dóminus vobiscum. R̄. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Concède nos fámulos tuos, quaesumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudere: † et gloriósa beatae Mariae semper Virginis intercessióne, * a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Sequens Commemoratio pro Sanctis fit tantum ad Vesperas et Laudes in Officio B. M. V., praeterquam in Adventu, cuius loco tunc alia dicitur ut infra, [138].


Commemoratio de Sanctis.

Ant.

7.

S

Anci De- i omnes, * intercè- de- re dignémi-ni



pro nostra omni-úmque sa- lú- te.

∮. Laetámini in Dómino, et exsultáte justi.

R̄. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

PRótege Dómine pópulum tuum, * et Apostolorum tuorum Petri et Pauli, et aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpétua defensione conserva.

OMnes Sancti tui, quaesumus Dómine, nos ubique adjuvent : ut dum eorum mérita recólimus, patrocinia sentiámus; * et pacem tuam nostris concéde temporibus, et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam : ** iter, actus, et voluntates nostras, et ómnium famulorum tuorum, in salutis tuae prosperitate dispóne; * benefactoribus nostris sempiterna bona retríbuere, et omnibus fidelibus defunctis réquiem aeternam concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Ad Completorium.

Ave María. √. Convérte nos. √. Deus in adjutórium.

Psalmi. Saepe expugnáverunt me. 139. — De profúndis. 140. — Dómine, non est exaltátum. 140. (*In Tono in directum*).


Hymnus.

2.


M Emén-to, re-rum Cón-di-tor, Nostri quod o-lim cór-
po-ris, Sacrá-ta ab alvo Vír-gi-nis Nascéndo, formam súp-
pse-ris. 2. Ma-rí-a Ma-ter grá-ti-ae, Dulcis Pa-rens clemén-
ti-ae, Tu nos ab hoste pró-tege, Et mortis ho-ra sús-
ci-pe. 3. Je-su ti-bi sit gló-ri-a, Qui na-tus es de Vír-gi-

[134]

Officium Parvum B. M. V.



ne, Cum Patre et almo Spí-ri-tu, In sempi-térna saé-



cu-la. A-men.

Capitulum.

Eccli. 24. c.

EGO mater pulchrae dilectiónis, † et timóris, et agnitiónis, * et sanctae spei. *R̄.* Deo grátias.

Ÿ. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.


R̄. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Nunc dimittis, Antiphona.


7. a

S

UB tu-um praesi-di-um confúgimus, * sancta De- i



Gé-nitrix : nostras depre-ca-ti-ones ne despí-ci-as in ne-ces-



si-tá-ti-bus : sed a per-í-cu-lis cunctis lí-be-ra nos sem-



per, Virgo glo-ri-ó-sa et be- ne-dí-cta. E u o u a e.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Ÿ. Dóminus vobiscum. *R̄.* Et cum spíritu tuo.

Oratio.

BEátae et gloriósae semper Virgínis Maríae, quaésumus Dómine, intercésio gloriósa nos prótegat, * et ad vitam per-dúcat aetérnam. Per Dóminum nostrum.

Ad Laudes, et per Horas.

Antiphona. Assumpta est. cum reliquis ut in Assumptione B. Mariæ V
Ps. Dóminus regnâvit, cum reliquis de Dominica ut in Psalterio 1^o loco,
tam in isto quam in duobus seq. Officiis, nempe in Adventu, et post Nativitatem.

Capitulum.

Cant. 6. c.

Vidérunt eam filiae Sion, † et beatíssimam praedicavérunt, *
et reginae laudavérunt eam. R̄. Deo grátias.

Hymnus. O gloriósa Virginum. [122].

Ÿ. Benedícta tu in muliéribus.

R̄. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus. Antiphona. Beáta Dei Génitrix María. [130].

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Ÿ. Dóminus vobiscum. R̄. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Deus, qui de beátae Mariæ Virginis útero Verbum tuum,
Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti : * praesta sup-
plicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud
te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum
nostrum. R̄. Amen.

Pro Sanctis, Ant. Sancti Dei. ut supra, [132].

Ad Primam.

Ave María. Ÿ. Deus in adjutórium. *Hymnus.* Meménto. [133].

Ant. Assumpta est María in caelum.

Psalmus. Deus in nómine tuo. 16. Ps. Benedixisti. 166. Ps. Laudáte
Dóminum omnes gentes. 72.

Capitulum.

Cant. 6. c.

Quae est ista, quae progréditur quasi auróra consúrgens, †
pulchra ut luna, elécta ut sol, * terríbilis ut castrórum
acies ordináta.

Ÿ. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

R̄. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Kýrie eléison. etc. Dóminus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui virginálem aulam beátae Mariæ, in qua habitáres,
elígere dignátus es : † da, quaesumus; ut sua nos defensióne
munítos, * jucúndos fácias suae interésse commemoratióni. Qui
vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Tertiam.

Ave María. Deus in adiutorium. *Hymnus*. Meménto. [133].

Antiphona. María Virgo assumpta est.

Ps. Ad Dóminum. 100. *Ps.* Levávi. 100. *Ps.* Laetátus sum. 101.

Capitulum.

Eccli. 24. b.

ET sic in Sion firmáta sum, † et in civitáte sanctificáta similiter requiévi, * et in Jerúsalem potéstas mea.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℞. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Kýrie eléison. *etc.* Dóminus vobíscum.

Oratio.

Deus, qui salútis aetérnae, beátae Maríae virginitáte foecúnda, humano géneri praémia praestitisti : † tríbue, quaésumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitae suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

Ad Sextam.

Ave María. Deus in adiutorium. *Hymnus*. Meménto. [133].

Antiphona. In odórem.

Ps. Ad te levávi. 119. *Ps.* Nisi quia. 120. *Ps.* Qui confidunt. 120.

Capitulum.

Eccli. 24. b.

ET radicávi in pópulo honorificáto ; † et in parte Dei mei haeréditas illíus, * et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℞. Et benedíctus fructus ventris tui.

Kýrie eléison. *etc.* Dóminus vobíscum.

Oratio.

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostrae praesídium : † ut qui sanctae Dei Genitrícis memóriam ágimus, * intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitátibus resurgámus. Per eúndem Dóminum.

Ad Nonam.

Ave María. Deus in adiutorium. *Hymnus*. Meménto. [133].

Antiphona. Pulchra es.

Ps. In converténdo. 121. *Ps.* Nisi Dóminus. 121. *Ps.* Beáti omnes. 139.

Capitulum.

Ecli. 24. b.

IN platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatizans odórem dedi : † quasi myrrha elécta, * dedi suavitátem odóris.

∩. Post partum Virgo invioláta permansísti.

℞. Dei Génitrix intercède pro nobis.

Kýrie eléison. *etc.* Dóminus vobíscum.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quaésumus Dómine, delíctis ignósce : † ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, * Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit et regnat.

Officium B. Mariae Virginis in Adventu.

Ad Vesperas.

Antiphonae et Capit. de Laudibus, [139]. *Ps. ut in Festis B. M. V.*, [114].

Hymnus. Ave maris stella. [126].

∩. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.


℞. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.


8. G

S

Pí- ri-tus Sanctus * in te descéndet Ma-rí- a : ne tí-



me- as, habé-bis in ú-te-ro Fí-li- um De- i, alle-lú- ia



E u o u a e.

Kýrie eléison. *etc.* Dóminus vobíscum.

Oratio.


DEus, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti : † praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

Haec Oratio dicitur etiam ad omnes Horas, sed cum conclusione integra : Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, † qui tecum, etc.

Pro Sanctis, ad Vesperas et Laudes tantum.

Ant.
5.**E**

Cce Dómi-nus vé-ni- et, * et omnes Sancti e-jus cum



e- o, et e-rit in di- e il-la lux magna, alle-lú- ia.

V̄. Ecce apparébit Dóminus super nubem cándidam.

R̄. Et cum eo Sanctórum millia.

Oratio.

Consciéntias nostras, quaésumus Dómine, visitándo purfíca : * ut véniens Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster cum omnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum vivit et regnat.

Ad Completorium.

Psalmi et Hymnus ut supra extra Adventum, [133].

Capítulum.

Isaiae 7. c.

ECce Virgo concípíet, et páriet filium, † et vocábitur nomen ejus Emmánuel. * Butýrum et mel cómedet, ut sciat repro-báre malum, et elígere bonum. R̄. Deo grátias.

V̄. Angelus Dómini nuntiávit Maríae.

R̄. Et concépit de Spíritu Sancto

Ad Nunc dimittis, Antiphona. Spiritus Sanctus. ut in Vesperis.

Kýrie eléison. et reliqua cum Oratione Deus, qui de beátae (cum conclusione integra), ut supra.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.
8. G*

M Issus est * Gábri- el Ange-lus ad Ma-rí- am Vír-




gi-nem desponsá-tam Jo-seph. E u o u a e.

Psalmi de Dominica.

2. Ant.
1. g

A - ve Ma- rí- a, * grá-ti- a ple-na : Dómi-nus tecum :




bene-dícta tu in mu-li- é-ribus, alle- lú- ia. E u o u a e.

3. Ant.
8. G

N E tíme- as * Ma-rí- a, inve-nísti grá- ti- am apud




Dómi-num : ecce concí- pi- es, et pá-ri- es fí-li- um, alle-




lú- ia. E u o u a e.

4. Ant.
1. f




D A-bit e- i Dómi-nus * se-dem Da-vid patris e-jus,




et regná- bit in ae-térnum. E u o u a e.

5. Ant.
8. c



E C-ce ancíl-la Dómi-ni : * fi- at mi- hi se-cúndum



verbum tu- um. E u o u a e.

Capitulum.

Isaiae 11.

Egrediétur virga de radíce Jesse, † et flos de radíce ejus ascéndet. * Et requiétet super eum Spíritus Dómini.

Hymnus. O gloriósa Vírginum. [122].

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℞. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Antiphona. Spíritus Sanctus. *cum reliquis ut supra in Vesperis.* [137].

Ad Horas, Antiphonae de Laudibus; Hymnus et Psalmi dicuntur sicut ante Adventum, [135].

Ad Primam.

Capitulum.

Isaiae 7. c.

ECce Virgo concípíet, et páriet fílium, † et vocábitur nomen ejus Emmánuel. * Butýrum et mel cómedet, ut sciat repro-báre malum, et elígere bonum.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

℞. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Kýrie eléison. etc. Oratio. Deus, qui de beátae. [138] *cum integra conclusione.*

Ad Tertiam.

Capit. Egrediétur virga. e *Laudibus.*

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℞. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Ad Sextam.

Capitulum.

Lucae 1. d.

Dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus, † et regnabit in domo Jacob in aetérnum, * et regni ejus non erit finis.

℣. Benedícta tu in muliéribus.

℞. Et benedíctus fructus ventris tui.

Ad Nonam.

Capit. Ecce Virgo. ut ad *Primam.*

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríae.

℞. Et concépit de Spíritu Sancto.

Post Nativitatem usque ad Purificationem inclusive.

Officium B. Mariae dicitur ut extra Adventum, [132] exceptis his quae sequuntur.

Ad Laudes, et per Horas, Antiphona. O admirábile commércium. cum reliquis, ut in *Circumcisione, 294. Psalmi de Dominico.*

Ad Benedictus, Antiphona. Mirábile mystérium. 296.

Kýrie eléison. etc. Oratio. Deus, qui salútis. 296.

Et dicitur ad omnes Horas, sed in eis additur: Qui tecum vivit et regnat. etc.

Pro Sanctis, Antiphona. Sancti Dei. [132].

Reliquum Officium in aliis Horis, ut extra Adventum.

Ad Vesperas, Antiphonae de Laudibus. Reliqua ut ante *Adventum, praeter ad Magnificat, et ad Nunc dimittis, Ant. Magnum. 297. Oratio.* Deus, qui salútis. 296.

Tempore Paschali.

Officium B. Mariae Virginis dicitur sicut extra Adventum, sed ad Benedictus, ad Magnificat et ad Nunc dimittis, dicitur Ant. Regina caeli. [131]

Antiphonis autem, ℣℣. et ℞℞. non additur in fine Allelúia.



OFFICIUM DEFUNCTORUM


*Dicitur in choro in die depositionis, et aliis diebus pro temporis opportunitate et ecclesiarum consuetudine, ut supra dictum est. In die vero depositionis, in die post acceptum mortis nuntium, et tertio, septimo, trigesimo, et anniversario, etiam late sumpto, et quoties solemniter celebratur Officium, duplicantur Antiphonae; et in fine Psalmorum dicitur: Réquiem aeternam * dona eis Dómine. Et lux perpétua * luceat eis; etiam si pro uno tantum fiat Officium. (Psalmi incipiuntur ut infra notatur, etiam quando non duplicantur Antiphonae.)*

In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, omnia dicuntur ut notatur in Antiphonario die 2. Novembris.


AD VESPERAS.

Quoties Vesperae vel delationem cadaveris ad Ecclesiam, ac Responsorium Subvenite. vel Officium diei currentis immediate non sequantur, dicitur secreto Pater et Ave, secus absolute incipitur a


I. Ant. 3. b



LACEBO Dómi-no * in regi- ó-ne



vi-vó-rum. Ps. Di-lé-xi, quó-ni-am



exáudi- et Dómi-nus. E u o u a e.

Psalmus 114.

DIlléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meae.

Quia inclinávit aures suam mihi: * et in diébus meis invocábo.

Circumdederunt me dolóres mortis: * et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni : * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam : † miséricors Dóminus, et justus, * et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in ré-

quiem tuam : * quia Dóminus benefecit tibi.


Quia erípuit ánimam meam de morte : † óculos meos a lácrimis, * pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.


In fine omnium Psalmorum dicitur:

Réquiem aetérnam * dona eis Dómine.


Et lux perpétua * lúceat eis.

Anti-
phona. 


Pla-cébo Dómi-no * in re-gi- ó-ne vi-vó-rum.

2. Ant.
2. D
H 

E-u me! * qui- a inco-lá-tus me- us pro- longá-



tus est. *Ps.* Ad Dóminum cum tri-bu-lá-rer clamávi.



E u o u a e.

Psalmus 119.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi : * et exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.


Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguam dolósam?

Sagíttae poténtis acútae, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi! quia incolátus meus prolongátus est : † habitávi cum habitántibus Cedar : * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem eram pacíficus ; * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem aetérnam.

Anti-
phona. 

He- u me qui- a inco-lá-tus me- us pro- longátus est.

[144]

Officium Defunctorum.

3. Ant.
8. G*

D Omi-nus * custó-dit te ab omni ma- lo : custó-di- at
á-nimam tu- am Dómi-nus. *Ps.* Levá-vi ó-cu- los me- os in
montes. E u o u a e. (*vel* E u o u a e.)

Psalmus 120.

L Evávi óculos meos in mon-
tes, * unde véniet auxílium
míhi.

Auxílium meum a Dómino, *
qui fecit caelum et terram.

Non det in commoti6nem pe-
dem tuum : * neque dormítet
qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque
dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus
protéctio tua, * super manum
déxteram tuam.

Per diem sol non uret te : *
neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni
malo : custódiat ánimam tuam
Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum
tuum et éxitum tuum, * ex hoc
nunc, et usque in saéculum.


Réquiem aetérnam.

Anti-
phona.

Dóminus custó-dit te ab omni ma- lo : custó-di- at
á-nimam tu- am Dómi-nus.

4. Ant.
8. G

S I in-iqui-tá-tes * observáve-ris Dómi-ne : Dómi-ne,
quis susti-né- bit? *Ps.* De pro-fúndis clamávi ad te Dómi-ne.



E u o u a e.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te
Dómine : * Dómine exáudi
vocem meam.

Fiant aures tuae intendéntes *
in vocem deprecatiónis meae.

Si iniquitátes observáveris
Dómine : * Dómine, quis susti-
nébit?

Quia apud te propitiatio est : *
et propter legem tuam sustínui
te Dómine.


Sustínuit ánima mea in verbo
ejus : * sperávit ánima mea in
Dómino.

A custódia matutína usque
ad noctem, * speret Israel in
Dómino.


Quia apud Dóminum miseri-
córdia : * et copiósa apud eum
redemptio.

Et ipse rédimet Israel * ex
ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem aetérnam.



Si in-i-qui-tá-tes observáve-ris Dómi-ne : Dómi-ne,




quis susti-né- bit.

5. Ant.


2. D

O

- pe- ra * mánu- um tu- á- rum, Dómi- ne, ne



despí- ci- as. Ps. Confi- tébor ti- bi Dómi- ne in to- to corde



me- o. E u o u a e.

Psalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in
toto corde meo : * quóniam
audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psal-
lam tibi : * adorábo ad templum
sanctum tuum, et confitébor
nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritate tua : * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terrae : * quia audierunt ómnia verba oris tui :

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.


Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit : * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me : † et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, * et salvum me fecit déxtera tua.


Dóminus retríbuet pro me : † Dómine, misericórdia tua in saeculum : * ópera mánuum tuárum ne despicias.

Réquiem aetérnam.


Anti-
phona.




Ope-ra * mánu- um tu- á-rum, Dómi-ne, ne



despí- ci- as.



℣. Audí- vi vo- cem de cæ- lo di- cén- tem mi- hi.




℞. Be- á- ti mórtu- i, qui in Dómi- no mo- ri- úntur.


Ad Magnificat, Antiphona.

7. c

O




- mne * quod dat mi- hi Pa- ter, ad me vé- ni- et :



et e- um qui ve- nit ad me, non e- j- ci- am fo- ras.

Ad Vesperas.

[147]



Cant. Magní-fi-cat * á-nima me- a Dómi-num. Et exsultávit

spí-ri-tus me- us.

Canticum B. Mariae Virginis.

Magníficat * á-nima mea Dóminum.

Et exsultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllae suae : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie

in progénies * tíméntibus eum. Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.


Esuriéntes implévit bonis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordátus misericórdiae suae.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham et sémini ejus in saécula.

Réquiem aetérnam.

Anti-
phona.



Omne quod dat mi-hi Pa- ter, ad me ve-ni- et :



et e um qui ve-nit ad me, non e-jí- ci- am fo- ras.

Preces infrascriptae dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.


Pater noster. *secreto usque ad*

∩. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.


Sequens Psalmus Lauda á-nima me-a non dicitur in die obitus seu depó-sitionis Defuncti; neque quaecumque Officium recitatur ritu Duplíci.

Psalmus 145.



L

Auda á-nima me- a Dómi-num : † laudábo Dómi-num



in vi-ta me-a : * psallam De-o me-o quámdi- u fú- e-ro.

Nolíte confidere in princípibus : * in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, † spes ejus in Dómino Deo ipsíus : * qui fecit caelum et terram, mare, et ómnia quae in eis sunt.

Qui custódit veritátem in saéculum, † facit júdicium injú-

riam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos : * Dóminus illúminat caecos.

Dóminus érgit elísos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, † pupíllum et víduam suscípiet : * et vias peccatórum dispédet.

Regnábit Dóminus in saécula, Deus tuus Sion, * in generatióne et generatióne.

Réquiem aetérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Deinde :

∇. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimam ejus [ánimas eórum].

∇. Requíescat in pace [Requíescant in pace]. ℞. Amen.

∇. Dómine exáudi oratióne meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

∇. Dóminus vobíscum ℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus,

Dicitur Oratio conveniens ex iis quae sequuntur; deinde ∇. Réquiem aetérnam. etc., ut infra, 15].

In die depositionis Defuncti.

Oratio.

Absólve, quaesumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.*, (fámulae tuae *N.*) ut defúnctus (a) saéculo tibi vivat : † et quae per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, * tu vénia misericordíssimae pietátis abstérge. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saécula saeculórum. ℞. Amen.

Vel alia Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*), quam hódie de hoc saéculo migráre jussisti : † ut non tradas eam in

manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci; * ut quia in te sperávit et crédidit, non poenas inférni sustíneat, sed gáudia aetérna possídeat. Per Dóminum nostrum.

In die tertio, septimo et trigesimo depositionis Defuncti.

Oratio.

QUaésumus Dómine, ut ánimae fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*), cujus depositiónis diem tértium (*vel* séptimum, *vel* trigésimum) commemorámus, † Sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium; * et rorem misericórdiae tuae perénem infúndas. Per Dóminum nostrum.

In Anniversario.

Oratio.

DEUS indulgentiárum Dómine : † da ánimae fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*, *vel* animábus famulórum famularúmque tuárum), cujus (quorum) anniversárium depositiónis diem commemorámus, * refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum nostrum.

Pro Summo Pontifice defuncto.

Oratio.

DEUS, qui inter summos sacerdótes fámulum tuum *N.* ineffábili tua dispositióne connumerári voluísti : † praesta, quaésumus; ut qui unigéniti Filii tui vices in terris gerébat, * sanctórum tuórum pontificum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

Pro defuncto Episcopo.

Oratio.

DEUS, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum *N.* (fámulos tuos *N.* et *N.*) pontificáli fecísti dignitáte vigére : † praesta, quaésumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregé(n)tur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Pro Episcopo Cardinali defuncto, dicatur : fámulum tuum N. Episcopum Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte.

Pro Presbytero Cardinali (Episcopo) defuncto : fámulum tuum N. Presbyterum Cardinálem pontificáli fecísti.

Pro Presbytero (vel Diacono) Cardinali (Sacerdote) defuncto : fámulum tuum N. Presbyterum (Díaconum) Cardinálem sacerdotáli fecísti.

Pro Diacono autem Cardinali, qui in ordíne Presbyteratus non fuerit constitutus, dicatur Oratio Inclína Dómine. quae habetur paulo infra, hoc

modo : ut ánimam fámuli tui *N.* Diáconi Cardinális, quam de hoc saéculo, *etc.*

Pro defuncto Sacerdote.

Oratio.

DEus, qui inter apostólicos sacerdotés fámulum tuum *N.* (fámulos tuos *N.* et *N.*) sacerdotáli fecisti dignitáte vigére : † praesta, quaesumus ; * ut eórum quoque perpétuo aggregé(n)tur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Vel Oratio.

PRaesta, quaesumus Dómine : † ut ánima fámuli tui *N.* sacerdotís, quem in hoc saéculo commorántem, sacris munéribus decorásti, * in caelésti sede gloriósa semper exsúltet. Per Dóminum nostrum.

Pro uno Defuncto.

Oratio.

INclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súplices deprecámur : † ut ánimam fámuli tui *N.*, quam de hoc saéculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, * et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum.

Pro una Defuncta.

Oratio.

QUaesumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimae fámulae tuae *N.* : † et a contágiis mortalitátis exútam, * in aetérnae salvatiónis partem restítue. Per Dóminum nostrum.

Pro defunctis fratribus, propinquis et benefactoribus.

Oratio.

DEus, véniae largítor et humánae salútis amátor : † quaesumus cleméntiam tuam ; ut nostrae congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc saéculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum nostrum.

[In Commemoratione Omnium Defunctorum alicujus Ordinis].

Oratio.

DEus, véniae largítor et humánae salútis amátor : † quaesumus cleméntiam tuam ; ut nostrae congregatiónis fratres qui ex hoc saéculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Pro patre et matre.

Oratio.

DEus, qui nos patrem et matrem honoráre praecepísti : † misere cleménter animábus patris et matris meae, eorúmque peccáta dimítte; * meque eos in aetérnae claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum nostrum.

Si fit pro pluribus, dicatur animábus paréntum nostrórum, et ubi dicitur meque, dicatur nosque.

Si pro patre tantum, dicatur ánimae patris mei, vel nostri.

Si pro matre tantum, dicatur ánimae matris meae, vel nostrae.

In Officio Defunctorum per annum.

Oratio.

DEus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecísti dignitáte vigére : † praesta, quaesumus; * ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

DEus, véniae largítor et humánae salútis amátor : † quaesumus cleméntiam tuam; ut nostrae congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres qui ex hoc saéculo transiérunt, * beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas.


Fidélium Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum : † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatió nibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saécula saeculórum. R̄. Amen.

Post Orationem dicitur (semper plurali numero) :

℣. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

Deinde Cantores :



℣. Requi- éscant in pa-ce. ℟. Amen.


AD MATUTINUM.

Quoties Matutinum vel delationem cadaveris ad Ecclesiam ac Responsorium Subvenite, vel Matutinum et Laudes diei currentis immediate non sequatur, dicitur secreto Pater, Ave et Credo; secus absolute incipitur ab Invitatorio.

Sequens Invitatorium dicitur semper in Officio Defunctorum, quando persolvitur cum tribus Nocturnis, etiam sub ritu semiduplici, aut cum unico quidem Nocturno, sed sub ritu duplici. In reliquis vero casibus omittitur.

Nocturni vero inferius positi, omnes dici possunt vel etiam unus tantum, ita tamen, ut extra diem depositionis, in qua semper dicitur primus Nocturnus, Dominica, Feria II. et V., dicatur primus, Feria III. et VI. secundus, et Feria IV. et Sabbato tertius.


Invitatorium.




R Egem cu- i ómni- a vivunt, * Vení- te, ad- o- rémus.

*Chorus repetit : Regem cui ómnia vivunt, * Venite adorémus.*


Psalmus 94.




V E- ní- te, exsultémus Dómi- no, ju- bi- lémus De- o,



sa- lu- tá- ri nostro : prae- occupémus fá- ci- em e- jus in con-




fessi- ó- ne, et in psalmis ju- bi- lémus e- i. Regem.




Quóni- am De- us magnus Dómi- nus, et Rex magnus su-

Ad Matutinum.


[153]




per omnes de-os : quóni-am non repél-let Dómi-nus plebem




su-am : qui-a in manu e-jus sunt omnes fi-nes terrae,




et alti-tú-di-nes mónti-um ipse cónspi-cit. * Ve-ní-te.




Quóni-am ipsí-us est mare, et ipse fe-cit il-lud, et



á-ri-dam fundavé-runt manus e-jus : ve-ní-te, ado-rémus,




et pro-ci-dámus ante De-um : plo-rémus co-ram Dómi-no,




qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus De-us noster ; nos



autem pópu-lus e-jus, et oves pás-cu-ae e-jus. Regem.




Hó-di-e, si vo-cem e-jus audi-é-ri-tis, no-lí-te obdu-ráre




corda vestra, sic-ut in exa-cerba-ti-óne se-cúndum di-em

[154]


Ad Matutinum.




tenta-ti ó-nis in de-sérto : u-bi tentavé-runt me patres ve-




stri, probavé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me-a. * Ve-ní-te.




Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i gene-ra-ti ó-ni hu-ic,




et di-xi : Semper hi errant corde; ipsi ve-ro non co-




gnové-runt vi- as me- as, quibus ju-rá-vi in i-ra me- a : Si



intro- í-bunt in réqui- em me- am. Regem.



Réqui- em aetérnam dona e- is Dómi- ne : et lux per-



pé-tu- a lú-ce- at e- is. Ve-ní-te. Regem.


In I. Nocturno.

Pro Dominica, Feria II. et V.


i. Ant.

7. c


D



I- ri-ge, * Dómi- ne, De- us me- us, in conspéctu



tu- o vi- am me- am. *Ps.* Verba me- a áuri- bus pér- ci- pe Dó-



mi- ne. E u o u a e.

Psalmus 5.

Verba mea áuribus pér- cipe, Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meae, * rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo : * Dómine, mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi et vidébo : * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te málg- nus : * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem : * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus : * ego autem in multítudine misericórdiae tuae.

Introíbo in domum tuam : * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justítia tua : * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, † linguis suis dolóse agébant : * júdica illos, Deus.

Décidant a cogitatió- nibus suis, † secúndum multítudinem impietátum eórum expélle eos : * quóniam irritavérunt te Dómine.


Et laeténtur omnes qui sperant in te : * in aetérnum exsultábunt, et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces justo.


Dómine, ut scuto bonae voluntátis tuae, * coronásti nos.

Réquiem aetérnam.

Anti-
phona.



Dí- ri- ge, Dómi- ne De- us me- us, in conspéctu




tu- o vi- am me- am.


2. Ant.
8. G

C

Onvér- te-re, Dómi-ne, * et é-ri-pe á-nimam me- am,



quó-ni- am non est in mor-te qui memor sit tu- i. Ps. Dó-



mi-ne, ne in fu-ró-re tu-o árgu- as me. E u o u a e.

Psalmus 6.

Domine, ne in furóre tuo árguas me : * neque in ira tua corripas me.

Miserére mei Dómine, quóniam infirmus sum : * sana me Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde : * sed tu Dómine úsquequo?

Convértere Dómine, et éripe ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : * in inférno autem quis confitébatur tibi?

Laborávi in gémitu meo, † la-

vábo per síngulas noctes lectum meum : * lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus : * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.


Exaudivit Dóminus deprecationem meam : * Dóminus orationem meam suscepit.

Erubéscant et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei : * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Réquiem aetérnam.

Anti-
phona.

Convér- te-re Dómi-ne, et é-ri-pe á-nimam me- am,



quó-ni- am non est in mor-te qui memor sit tu- i.

Ad Matutinum.

[157]

3. Ant.
8. G

N Equándo * rá-pi- at ut le- o á-nimam me- am, dum
non est qui réd-imat, neque qui saluum fá-ci- at. Ps. Dómi-
ne De- us me- us, in te spe-rávi. E u o u a e.

Psalmus 7.

Domine Deus meus, in te sperávi : * saluum me fac ex ómnibus persecuéntibus me, et líbera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui saluum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci istud, * si est iníquitas in máni- bus meis :

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * decídám mérito ab ini- mícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, † et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam : * et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exsúrge Dómine in ira tua : * et exaltáre in finibus inimicórum meórum.

Et exsúrge Dómine Deus meus in praecépto quod mandásti : * et synagóga populórum circúm- dabit te.

Et propter hanc in altum re- grédere : * Dóminus júdicat pó- pulos.

Júdice me Dómine secúndum justítiam meam, * et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccató- rum, et díriges justum, * scruta- ns corda et renes Deus.

Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex justus, fortis et pátiens : * numquid iráscitur per síngulos dies?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis : * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit iníquitiam : * concépit dolórem, et péperit ini- quitátem.


Lacum apéruit, et effódit eum : * et incidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in ca- put ejus : * et in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus : * et psallam nó- mini Dómini altíssimi.

Réquiém aetérnam.

Anti-
phona.



Nequándo rá-pi- at ut le- o á-nimam me- am, dum
non est qui réd-imat neque qui saluum fá-ci- at.

℣. A porta ínfe-ri. ℞. E-ru- e, Dómi-ne, á-nimas e- ó- rum.

Pater noster. totum secreto.

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictione et Titulo.

Lectio I.

Job. 7. d.

Parce míhi Dómine : nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilículo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, o custos hómínium? Quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non auferis iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam : et si mane me quaesieris, non subsístam.

Lectiones terminantur sine Tu autem. vel alia conclusione.

Resp.


8.




C Redo * quod Red-émptor me- us vi- vit,
et in no-vís- simo di- e de terra surrectú-
rus sum : * Et in car-ne me- a vi-dé- bo De-
um Salva-tó- rem me- um. ℣. Quem vi-

Ad Matutinum.

[159]



sú-rus sum : ego ipse, et non á-li-us, et ócu-



li me-i con-spe-ctú-ri sunt. * Et in car-ne.

Lectio II.

Job. 10.


TAedet ánimam meam vitae meae, dimittam advérsus me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimae meae. Dicam Deo : Noli me condemnáre : índica mihi cur me ita júdices. Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me et ópprimas me, opus mánuum tuárum, et consílium impiórum ádjuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt : aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humana sunt témpora, ut quaeras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris? Et scias quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu tua possit erúere.

Resp.


4.

Q


UI Lá-za-rum * re-susci-tá-sti a monu-




mén-to foé-ti-dum : * Tu e-is, Dó-mi-ne,



dona ré-qui-em et lo-cum indul-génti-ae.



∇. Qui ventúrus es ju-di-cá-re vi-vos et mórtu-



os, et saécu-lum per i-gnem. * Tu e-is.

Lectio III.

Job. 10. b.


Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu : et sic repente praecipitas me? Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me : ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

Resp.
8.

Domi- ne, * quando vé-ne- ris ju- di-cá- re
 ter- ram, u- bi me abscón- dam a vul- tu
 i- rae tu- ae? * Qui- a pec- cávi ni- mis
 in vi- ta me- a. *∇*. Commíssa me- a
 pa- vé- sco, et ante te e- ru- bé- sco : dum vé- ne- ris ju-
 di- cá- re, no- li me condemná- re. * Qui- a.
∇. Réqui- em ae- térn- am dona e- is, Dómi- ne : et

Ad Matutinum.

[161]



lux perpé-tu-a lú-ce-at e-is. * Qui-a.

Postea ad Laudes, ut infra, [176], quando dicitur unum tantum Nocturnum.


Quando tamen in die Depositionis Defuncti Laudes non dicuntur, post III. Responsorium dicuntur Pater noster et Preces, ut supra ad Vesperas, [147].

In II. Nocturno.


Pro Feria III. et VI.

I. Ant.

8. G



N lo-co páscu-ae * i-bi me collo-cá-vit. Ps. Dómi-



nus re-git me, et ni-hil mi-hi dé-e-rit. E u o u a e.

Psalmus 22.

Dominus regit me, et nihil mihi déerit : * in loco páscu-ae ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me : * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sêmitas justítiae, * propter nomen suum.

Nam et si ambulávero in médio umbrae mortis, non tímébo mala : * quóniam tu mecum es.

Virga tua et báculus tuus : * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos qui tríbulant me.


Impinguásti in óleo caput meum : * et calix meus inébrians quam praeclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitae meae :

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Réquiem aetérnam.


Anti-
phona.




In lo-co páscu-æ * i-bi me collo-cá-vit.

2. Ant.


8. G



E- lícta * juven-tú-tis me-æ et igno-ránti-as



me- as ne memí-ne- ris Dómi-ne. *Ps.* Ad te Dómi-ne levá- vi



á-nimam me- am. E u o u a e.

Psalms 24.

AD te Dómine levávi ánimam meam : * Deus meus in te confído, non erubéscam.

Neque irrideant me inimíci mei : * etenim univérsi qui sústinent te non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * supervácue.

Vias tuas Dómine demónstra mihi : * et sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, et doce me : * quia tu es Deus salvátor meus, et te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, * et misericordiárum tuárum, quae a saéculo sunt.

Delícta juventútis meae, * et ignorántias meas ne memíneris.

Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu : * propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis et rectus Dóminus : * propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Díriget mansuétos in júdicio : * docébit mites vias suas.

Univérsae viae Dómini misericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum ejus et testimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine

propitiáberis peccáto meo : * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via quam elégit.

Ánima ejus in bonis demorábitur : * et semen ejus hereditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus tíméntibus eum : * et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum : * quóniam ipse evéllit de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére mei : * quia únicus et pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicatae sunt : * de necessitatibus meis érué me.

Vide humilitátem meam et labórem meum : * et dimítte univérsa delícta mea.


Réspice inimícos meos quóniam multiplicati sunt, * et ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, et érué me : * non erubéscam, quóniam sperávi in te.


Innocéntes et recti adhaesérunt mihi : * quia sustínui te.

Líbera Deus Israel * ex ómnibus tribulatió nibus suis.

Réquiem aetérnam.

Anti-
phona.

De- lícta juventú- tis me- ae et igno- ránti- as




me- as ne memí- ne- ris Dómi- ne.

3. Ant.

4. E

C

Re- do vi- dé- re * bona Dómi- ni in terra vi- vén-

ti- um. *Ps.* Dómi- nus il- lumi- ná- ti- o me- a. E u o u a e.

Psalmus 26.

Dominus illuminatio mea, *
et salus mea: quem timebo?
Dóminus protector vitæ
meæ: * a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, *
ut edant carnes meas: *
Qui tribulant me inimici mei: *
ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, *
non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me proelium, *
in hoc ego sperabo.

Unam petii a Dómino, hanc requiram: *
ut inhabitem in domo Dómini omnibus diebus vitæ
meæ:

Ut videam voluptatem Dómini, *
et visitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernaculo suo: *
in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: * et
nunc exaltavit caput meum super
inimicos meos.

Circuvi et immolavi in tabernaculo
ejus hostiam vociferationis: * cantabo,
et psalmum dicam Dómino.

Exaudi Dómine vocem meam
qua clamavi ad te: * miserere
mei et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit
te facies mea: * faciem tuam
Dómine requiram.

Ne avertas faciem tuam a
me: * ne declines in ira a servo
tuo.

Adjutor meus esto: * ne derelinquas
me neque despicias me, Deus salutaris
meus:

Quóniam pater meus et mater
mea dereliquerunt me: * Dóminus
autem assumpsit me.

Legem pone mihi Dómine in

via tua : * et dirige me in-séni-
tam rectam propter inimicos
meos.


Ne tradideris me in ánimas
tribulántium me : † quóniam
insurrexérunt in me testes iní-
qui, * et mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini *
in terra vivéntium.


Exspécta Dóminum, viríliter
age : * et confortétur cor tuum,
et sústine Dóminum.

Réquiem aetérnam.


Anti-
phona.



Credo vi-dé-re bona Dómi-ni in térra vi-vénti-um.



V. Cóllo-cet e-os Dómi-nus cum princí-pi-bus.



R. Cum princí-pi-bus pópu-li su-i.

Pater noster. *totum secreto.*

Lectio IV.


Job. 13. d.

Respónde mihi : quantas hábeo iniquitátes et peccáta, scélera
mea et delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscondís, et
arbitráris me inimicum tuum? Contra fólium, quod vento rápítur
osténdís poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris. Scribis
enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adole-
scéntiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes
sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti : qui quasi
putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur
a tínea.


Resp.
2.

M


Eménto me- i * De- us, qui- a ven-tus est



vi-ta me-a : * Nec aspí-ci-at me vi-sus



hómi- nis. √. De pro-fún- dis clamá- vi ad te, Dómi-



ne : Dómi- ne, exáudi vo- cem me- am. * Nec.

Lectio V.


Job. 14.

Homo, natus de muliere, brevi vivens tempore, replétur multis misériis. Quis quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in iudícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu, qui solus es? Breves dies hóminis sunt, núme- rus ménsium ejus apud te est : constituísti términos ejus, qui praeteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quíescat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.


Resp.

2.


H




E- i mi- hi! * Dó- mi- ne, qui- a pec- cá- vi




ni- mis in vi- ta me- a : quid fá- ci- am, mi- ser?




u- bi fú- gi- am, ni- si ad te, De- us me- us?




* Mi- se- ré- re me- i, dum vé- ne- ris



in no- víssimo di- e. √. A- nima me- a turbá- ta



est val- de, sed tu Dómi-ne, suc- curre e- i.




* Mi-se- ré- re.

Lectio VI.


Job 14. c.

Quis mihi hoc tríbuat, in inférno protegas me, et abscondas me, donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursus vivat? Cunctis diébus quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi : óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátiis meis.




Resp.
6.

NE re-cor-dé- ris * peccá- ta me- a, Dó- mi-




ne, * Dum vé-ne-ris ju-di-cá-re



saé- cu-lum per i- gnem. √. Dí- ri-ge,



Dó- mi-ne De- us me- us, in conspéctu tu- o vi- am



me- am. * Dum. √. Ré-qui- em aetér-nam do-

na e-is, Dómi- ne : et lux perpé-tu-a lú- ce- at
e- is. * Dum vé-ne-ris.

Postea ad Laudes, ut infra, [176], quando dicitur unum tantum Nocturnum.

In III. Nocturno.

Pro Feria IV. et Sabbato.

1 Ant.

2 D.

C

Omplá-ce-at * ti-bi, Dómi-ne, ut e-rí-pi-as me :

ad adju-vándum me réspi-ce. *Ps.* Exspéctans expectá-vi
Dómi-num. E u o u a e.

Psalmus 39.

EXspéctans expectávi Dóminum, * et inténdit mihi.

Et exaudivit preces meas : *
et edúxit me de lacu misériae
et de luto faecis.

Et státuit super petram pedes
meos : * et diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum
novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt : *
et sperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus est nomen
Dómini spes ejus : * et non re-

spéxit in vanitátes et insánias
falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus
meus mirábilia tua : * et cogita-
tiónibus tuis non est qui símilis
sit tibi.

Annuntiávi et locútus sum : *
multiplicáti sunt super núme-
rum.

Sacrificíum et oblatiónem no-
luísti : * aures autem perfecísti
mihi.

Holocáustum et pro peccáto
non postulásti : * tunc dixi :
Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam : * Deus meus vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna : * ecce lábia mea non prohibébo, Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscondi in corde meo : * veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam et veritátem tuam * a concílio multo.

Tu autem Dómine ne longe fácias miseratiónes tuas a me : * misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus : † comprehendérunt me iniquitátes meae, * et non pótui ut vidérem.

Multiplicátae sunt super ca-

pillos cápitis mei : * et cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me : * Dómine ad adjuvándum me réspice.

Confundántur et reveeántur simul qui quaerunt ánimam meam, * ut áuferant eam.

Convertántur retrórsus et reveeántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusióne suam, * qui dicunt mihi : Euge, euge.


Exsúltent et laeténtur super te omnes quaeréntes te : * et dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum et pauper : * Dóminus sollicitus est mei.


Adjútor meus et protéctor meus tu es : * Deus meus ne tardáveris.

Réquiem aetérnam.

Anti-
phona.



Complá- ce- at ti- bi Dómi- ne ut e- rí- pi- as me :




ad adju- vándum me réspi- ce.


2. Ant.

2 D.


S



Ana, Dómi- ne, * á- nimam me- am, qui- a peccávi



ti- bi. Ps. Be- á- tus qui intél- li- git super egénum et páupe-



rem. E u o u a e.

Psalmus 40.

BEátus qui intélligit super egénium et páuperem : * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum et vivíficet eum, † et beátum fáciat eum in terra : * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus : * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi : Dómine, miserére mei : * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi : * quando moriétur, et períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur : * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.

Advérsus me susurrábant omnes inimíci mei : * advérsus me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsus me : * Numquid qui dormit non adjíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meae, in quo sperávi : * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.


Tu autem, Dómine, miserére mei et resúscita me : * et retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me : * quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti : * et confirmásti me in conspéctu tuo in aetérnum.


Benedictus Dóminus, Deus Israel, a saéculo et usque in saéculum : * fiat, fiat.

Réquiem aetérnam.



Anti-
phona.

Sana Dómi-ne, á-nimam me-am, qui- a peccá-vi




ti- bi.


3. Ant.

2 D...


S



I-tí-vit * á-nima me-a ad De-um vi-vum : quando



Ps. Quemádmódum de-sí-de-rat cervus ad fontes aquá-rum.



E u o u a e.

Psalmus 41.

Quemádmódum desíderat cervus ad fontes aquárum : * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum : * quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrimae meae panes die ac nocte : * dum díctur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?

Haec recordátus sum, et ef-fúdi in me ánimam meam : * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exsultatiónis et confessiónis : * sonus epulántis.

Quare tristis es, ánima mea? * et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est : * proptérea memor

ero tui de terra Jordánis et Her-móniim a monte módico.

Abýssus abýssum ínvo-cat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua et fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus mi-sericórdiam suam : * et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitae meae : * dicam Deo : Suscéptor meus es.


Quare oblítus es mei? * et quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus.

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies : Ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Réquiem aetérnam.




Si-tí-vit ánima me-a ad De-um vi-vum : quando

Ad Matutinum.


[171]



vé-ni- am, et appa-ré- bo ante fá-ci- em Dómi-ni?



V. Ne tradas bésti- is á-nimas confi-téntes ti- bi.



R. Et á-nimas páupe- rum tu- ó- rum ne obli- viscá- ris in fi- nem.

Pater noster. *totum secreto.*


Lectio VIII.

Job. 17.


SPÍRITUS meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlcrum. Non peccávi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, et pone me juxta te, et cújúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitátiónes meae dissipátae sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, et rursus post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, et in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi : Pater meus es, mater mea, et soror mea, vérmibus. Ubi est ergo nunc praestolátio mea, et patiéntiam meam quis consíderat?

Resp.


I.



P Eccántem me * quo- tí- di- e, et non me paeni-



tén- tem, ti- mor mortis contúr- bat me : * Qui- a in in-



fér- no nulla est red- émpti- o, mi- se- ré- re




me- i, De- us, et sal- va me. Ψ . De- us, in nómi- ne
tu- o sal- vum me fac, et in vir- tú- te tu- a
lí- be- ra me. * Qui- a.

Lectio VIII.

Job. 19. c.


Pelli meae, consúptis cárnibus, adhaésit os meum, et derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserámini mei, miserámini mei, saltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámína, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum : et rursus circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius : repósita est haec spes mea in sinu meo.

Resp.
8.


D O- mi- ne, * se- cundum actum me- um no- li
me ju- di- cá- re : ni- hil dignum in conspéctu
tu- o e- gi íd- e- o dé- pre- cor ma- je-
stá- tem tu- am, * Ut tu, De- us, dé- le- as

Ad Matutinum.

[173]



in-iqui-tá- tem me- am. \forall . Ampli- us
 lava me, Dómi-ne, ab injustí- ti- a me- a, et a de- lí-
 cto me- o munda me. * Ut tu.

Lectio IX.

Job. 10. d.

Quare de vulva eduxísti me? qui útinam consúptus essem, ne óculus me vidéret? Fúissem quasi non essem, de útero trans- látus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam páululum dolórem meum : ántequam vadam, et non revérta- r, ad terram tenebrósam et opér- tam mortis caligine : terram misériae et tenebrárum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

Sequens Responsorium ponitur, quando tertius tantum Nocturnus dictus fuerit pro Defunctis.

Resp.

I.



L I- bé- ra me, * Dó- mi- ne, de vi- is infér-
 ni, qui portas aé- re- as confre- gí- sti : et
 vi- si- tá- sti inférnum, et de- dísti e- is
 lu- men, ut vi- dé- rent te : * Qui e- rant in poe-

Officium Defunctorum.

nis tenebrá- rum.

∇. Clamántes et di-cén-tes : Adve-ní- sti, Red-émptor no-
ster. * Qui e- rant. ∇. Réqui- em aetérnam do-na
e- is, Dó-mi-ne : et lux perpé- tu- a lú-ce- at
e- is. * Qui e- rant.

Sequens Responsorium ponitur loco praecedentis, quando dicti fuerint pro Defunctis tres Nocturni.

I.
L I-be- ra me, Dó- mi- ne, * de morte aetér- na,
in di- e il- la tre- mén- da : * Quando cae- li mo- vén-
di sunt et ter- ra : † Dum vé- ne- ris ju- di-
cá- re saé- cu- lum per i- gnem. ∇. Tremens factus

sum ego, et tí- me- o, dum discússi- o vé-ne- rit, at-
 que ventú- ra i- ra. * Quando cae- li mo- véndi sunt et
 ter- ra. †. Di- es il- la, di- es i- ræ, ca- lami- tá- tis et mi- sé-
 ri- ae, di- es magna et amá- ra val- de. † Dum vé-
 ne- ris ju- di- cá- re saé- cu- lum per
 i- gnem. †. Réqui- em aetérnam dona e- is, Dó- mi- ne :
 et lux perpé- tu- a lú- ce- at e- is.

Repetitur. Libera me Dómine. usque ad †. Tremens.

Si Matutinum, cum unico vel tribus Nocturnis, in privata recitatione a Laudibus separetur, post ultimum Responsorium subjungitur.

†. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

Deinde dicitur Oratio (seu Orationes) ut supra ad Vesperas, 148. additis sequentibus

†. Réquiem aetérnam dona eis, Dómine.

R̄. Et lux perpétua lúceat eis.

Ÿ. Requiéscant in pace.

Rj. Amen.

Laudes vero, dictis secreto Pater noster et Ave María, absolute inchoantur ab Antiphona Exsultábunt Dómino.

Sed in recitatione publica vel privata, si Laudes omnino omittantur, post ultimum Responsorium dicuntur Preces, ut infra ad Laudes, 182.


AD LAUDES.

I. Ant.

f

E

Xsultábunt Dómi-no * ossa humi-li-á-ta. *Ps.* Mi-



se-rére me- i De- us. E u o u a e.

Psalmus 50.

Miserére mei Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ad iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : * et justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexisti : * incérta et occúlta sapiéntiae tuae manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et laetítiam : * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccá-tis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spíritum rectum ín-nova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi laetítiam salutáris tui : * et spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meae : * et

exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedissem útique : * holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum et


humiliátum Deus non despíciat.

Benigne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion : * ut aedificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiónes et holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Réquiem aetérnam.

Anti-
phona.




Exsultábunt Dómi-no ossa humi-li-á-ta.


2. Ant.
8. G



E Xáudi, Dómi-ne, * o-ra-ti-ónem me-am : ad te



omnis ca-ro vé-ni-et. *Ps.* Te de-cet hymnus De-us in



Si-on : E u o u a e.

Psalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion : * et tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratióem meam : * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquórum praevaluérunt super nos : * et impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti et assumpsísti : * inhabitábit in átriis tuis.

Replébitur in bonis domus

tuae : * sanctum est templum tuum, mirábile in aequitáte.

Exáudi nos, Deus, salutáris noster, * spes ómnium finium terrae, et in mari longe.

Praéparans montes in virtúte tua, accíntus poténtia : * qui contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, et timébunt qui hábitant términos a signis tuis : * éxitus matutíni, et véspera delectábis.

Visitásti terram et inebriásti eam : * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, † parásti cibum illórum : * quóniam ita est praeparátio ejus.

Rivos ejus inébria, múltiplica genímima ejus : * in stillicidiis ejus laetábitur gérmans.


Benedíces corónae anni beni-

gnitátis tuae : * et campi tui replebúntur ubertáte.


Pinguéscent speciósa desér- ti : * et exsultatióne colles ac- cingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, † et valles abundábunt frumén- to : * clamábunt, étenim hymnum dicent.


Réquiem aetérnam.



Exáudi, Dómi-ne, o-ra-ti- ó-nem me- am : ad te



omnis ca- ro vé-ni- et.



ME suscepit * déxte- ra tu- a, Dómi-ne. *Ps.* De- us,



De- us me- us. E u o u a e.

Psalmus 62.

DEus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam múltipliciter tibi caro mea!

In terra desérta et ínvia et inaquósa : † sic in sancto appá- rui tibi, * ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericór- dia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita

mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine re- pleátur ánima mea : * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis medi- tábor in te : * quia fuísti adjútor meus.


Et in velaménto alárum tuá- rum exsultábo, † adhaésit áni- ma mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam, † introibunt in inferiora terrae : * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero laetabitur in Deo, † laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.


Réquiem aeternam.

Anti-
phona




Me suscē- pit * dexte-ra tu-a, Dómi-ne.

4. Ant.
2. D




A

porta ínfe-ri * é-ru- e, Dómi-ne, á-nimam



me- am. *Cant.* Ego di-xi : In dimí-di-o di- é-rum me- ó-rum.



E u o u a e.

Canticum Ezechiae.

EGO dixi : In dimídio diérum meórum, * vadam ad portas ínferi.

Quaesívi resíduum annórum meórum : * dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspiciam hóminem ultra, * et habitatórem quietis.

Generátio mea abláta est, et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Praecísa est velut a texénte vita mea : † dum adhuc ordírer succídít me : * de mane usque ad vésperas finies me.

Sperábam usque ad mane : *

quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea.

De mane usque ad vésperam finies me : † sicut pullus hirúndinis sic clamábo, * meditábor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.

Dómine, vim pátiar, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos, * in amaritúdine ánimae meae.

Dómine, si sic vívitur et in talibus vita spíritus mei, † corrípies me et vivificábis me. *

Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret : * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.


Quia non infernus confitebitur tibi, † neque mors laudabit te : * non exspectabunt qui descendunt in lacum

veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ergo hodie : * pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine, salvum me fac : * et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitae nostrae in domo Domini.

Requiem aeternam.




me- am.

5. Ant.

7. a

O

-mnis spí-ri-tus * laudet Dóminum. *Ps.* Laudáte Dó-



mi-num in sanctis e-jus. E u o u a e.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubae : *


laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus : † laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Requiem aeternam.






∩. Audí-vi vocem de caelo di-céntem mi- hi.




R̄. Be- á-ti mórtu- i, qui in Dómi-no mo-ri- úntur.

Ad Benedictus, Antiphona.


2. D

E


-go sum * re-surrécti- o et vi-ta : qui cre-dit in




me, ét-i- am si mórtu-us fú-e-rit, vi- vet : et omnis qui



vi- vit et cre- dit in me, non mo-ri- é- tur in ae- té- num.



Cant. Bene- díctus Dómi- nus De- us Isra- el. E u o u a e.



Et e-ré-xit.

Canticum Zachariae.

Benedíctus Dómi- nus, Deus Israel : * quia visitávit, et fécit redemptiónem plebis suae :

Et eréxit cornu salutis nobis : * in domo David púeri sui.

Sicut locú- tus est per os san- ctórum, * qui a saéculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, *

et de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testamé-nti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi :

In sanctitate et iustitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis : * praeibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus :


Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : * in remissionem peccatorum eorum :

Per viscera misericordiae Dei nostri : * in quibus visitavit nos, oriens ex alto.


Illuminare his qui in tenebris, et in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem aeternam.


Anti-
phona.



Ego sum * re-surrécti- o et vi- ta : qui cre- dit in



me, ét- i- am si mórtu- us fú- e- rit, vi- vet : et omnis qui



vi- vit et cre- dit in me, non mo- ri- ét- tur in ae- térnum.

Deinde flexis genibus : Pater noster. secreto usque ad


¶. Et ne nos inducas in tentationem.

Ry. Sed libera nos a malo.


Psalmus 129.

(Qui non dicitur in die depositionis Defuncti, neque quandocumque Officium ritu duplici recitatur.)

D



E pro- fúndis clamá- vi ad te, Dómi- ne : * Dómi- ne,



exáudi vocem me- am.

Fiant aures tuae intendentes * in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Dómine : * Dómine, quis

sustinébit ?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo
ejus : * sperávit ánima mea in
Dómino.

A custódia matutína usque
ad noctem, * speret Israel in Dó-
mino.

Quia apud Dóminum miseri-

córdia : * et copiósá apud eum
redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex
ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem aetérnam * dona eis
Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

*Deinde dicuntur Preces et Orationes Officio congruentes, ut supra in
Vesperis, [148].*

*In Exsequiis vero Defuncti, praesente corpore, dicuntur in fine Laudum
Preces et Oratio ut infra, [184].*

*In Exsequiis Defunctorum, ecclesiam ingressi cantant Responsorium,
Cantore incipiente, et Cleo alternatim respondente. videlicet :*

Resp. 4.

S Ubve-ní-te, * Sancti De- i, occúr- ri-te

Ange- li Dómi- ni : * Susci-pi- éntes á-nimam e-

jus : † Offe-réntes e- am in conspé- ctu Al- tís-

si- mi. √. Suscí-pi- at te Christus, qui vo- cá-vit

te : et in si-num Abrahæ Ange-li de-dú- cant

te. * Susci-pi- éntes á-nimam e- jus : † Offe-réntes

e- am in conspé-ctu Al- tís- si- mi. V. Réqui-
em aetérnam do-na e- i, Dó-mi- ne : et lux per-
pé-tu- a lú- ce- at e- i. † Offe- réntes e- am
in conspé-ctu Al- tís- si- mi.

Post Orationem Non intres. Cantore incipiente, Clerus circumstans cantat. R̄. Libera me. ut supra, [174].

Finito Responsorio, Cantor cum primo Choro dicit :

2^{us} Chorus : Ký-ri- e, e- lé- i- son. Christe, e- lé- i- son.
Omnés simul : Ký-ri- e, e- lé- i- son. *Sacerdos :* Pa-ter noster (*secreto*)

V. Et ne nos indú- cas in tenta- ti- ónem. R̄. Sed lí- be- ra nos a
ma- lo. V. A porta ínfe- ri. R̄. E- ru- e, Dómi- ne, á- nimam
e- jus. V. Réqui- éscat in pa- ce. R̄. Amen. V. Dómi- ne, exáudi



o-ra-ti- ónem me- am. R̄. Et clamor me- us ad te vé-ni- at.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper et párcere : te súplices exorámus pro ánima fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*), quam hódie de hoc saéculo migráre iussísti, † ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscepi, et ad pátriam paradísi perdúci; * ut quia in te sperávit et crédidit, non poenas inférni sustíneat, sed gáudia aetérna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.


¶ *Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur : pro ánima fámuli tui N. Sacerdótis quam, etc.*

Finíta Oratione, corpus deferitur ad sepulcrum, si tunc deferendum sit; dum autem portatur, vel in eodem loco, si tunc non portetur, Clerici cantant Antiphonam :


7.

I


N pa-ra-dí-sum * dedú- cant te Ange-li : in tu-o




advéntu suscí-pi- ant te Márty-res, et perdú- cant te in



ci-vi-tá-tem sanctam Je-rú-sa-lem. Cho-rus Ange-ló-rum te




sus- cí-pi- at, et cum Lá-za-ro quondam páupe-re aetér-



nam hábe- as réqui- em.

Deinde, etiamsi corpus unce ad sepulturam delatum non fuerit, Sacerdos prosequatur Officium, ut infra, quod nunquam omittitur; et intonet Antiphonam:



Canticum Zachariae.

Benedíctus Dóminus Deus Israel : * quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suae.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui :

Sicut locútus est per os sanctorum, * qui a saéculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu ini-

micórum nostrórum liberáti, * serviámus illi :

In sanctitáte et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi vocáberis : * praecíbis enim ante fáciem Dómini, paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus, * in remissionem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiae Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto.

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent : * ad dirigéndo pedes nostros in viam pacis.

Réquiem aetérnam * dona ei Dómine.

Et lux perpétua * lúceat ei.

Et repetitur Antiphona.

E -go sum re-surrécti- o et vi-ta : qui cre-dit in


me, ét-i- am si mórtu- us fú- e-rit, vi-vet : et omnis qui

vi-vit et cre-dit in me, non mo-ri- ét-tur in ae-térnum.

In Exsequiis.


[187]

Postea Sacerdos dicit : Chorus prosequitur :



Ký-ri- e e-lé- i-son. Christe e-lé- i-son. Ký-ri- e e-lé- i-son.

Sacerdos :



Pa-ter noster. *Interim corpus aspergit.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

℣. Requiéscat in pace.

℞. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.


℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.


FAC, quaésumus Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (fámula tua defúncta) misericórdiam, ut factórum suórum in poenis non recipiat vicem, qui (quae) tuam in votis tenuit voluntátem : † ut sicut hic eum (eam) vera fides junxit fidélium turmis : * ita illic eum (eam) tua miserátio sóciet angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

℣. Réquiem aetérnam dona ei Dómine.


℞. Et lux perpétua líceat ei.



℣. Requi- éscat in pa-ce. ℞. Amen. ℣. Anima e-jus et á-ni-



mae ómni- um fi-dé- li- um de-functó-rum, per mi-se-ri-córdi- am



De- i requi- éscant in pa-ce. R̄. Amen.

Deinde a sepultura in ecclesiam vel in sacristiam revertentes dicant sine cantu Antiphonam Si iniquitates. cum Psalmo De profundis. Repetita Antiphona Si iniquitates. Sacerdos dicit sequentes Preces :

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster *secreto usque ad*

∇. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R̄. Sed líbera nos a malo.

∇. A porta ínferi.

R̄. Erue, Dómine, ánimas eórum.

∇. Requiéscant in pace.

R̄. Amen.

∇. Dómine, exáudi oratiónem meam.

R̄. Et clamor meus ad te véniat.

∇. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatió nibus consequántur : Qui vivis et regnas in saécua saeculórum. R̄. Amen.

∇. Réquiem aetérnam dona eis, Dómine.

R̄. Et lux perpétua lúceat eis.

∇. Requiéscant in pace.

R̄. Amen.



Die 2. Novembris.

In Commem. Omnium Fidelium Defunctorum.

AD MATUTINUM.

Dictis secreto Pater noster, Ave María et Credo, absolute incipitur ab Invitatorio Regem cui ómnia vivunt. ut supra, [152].

Antiphonae cum Psalmis ac Versibus trium Nocturnorum ut in communi Defunctorum Officio, [154].

¶ *Lectiones trium Nocturnorum dicuntur sine Absolutione et Benedictionibus, et Lectiones I. Nocturni insuper sine Titulo, et terminantur sine Versu : Tu autem. vel alia conclusione.*

In I. Nocturno.

Lectio I.

Job. 7, 16-21.

PArce mihi, Dómine; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcís mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non auferis iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiám : et si mane me quaesíeris, non subsístam.

R̄. Credo. [158].

Lectio II.

Job. 14, 1-6.

HOmo natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in judícium? Quis potest fácere mundum de ímmundo concéptum sémine? Nonne tu quis solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est : constituísti términos ejus, qui praeteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii dies ejus.

R̄. Qui Lázarus. [159].

Lectio III.

Job. 19, 20-27.

Pelli meae, consúptis cárnibus, adhaésit os meum, et derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos, amíci mei, quia manus Dómini tétigit

me. Quare persequimini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod redemptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum : et rursus circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspécturi sunt, et non álius : repósita est haec spes mea in sinu meo.

Ry. Dómine. [160].

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Cap. 2 et 3.

Ex libro sancti Augustíni Epíscopi de cura pro mórtuis gerénda.

CUrátio fúneris, condítio sepultúrae, pompa exsequiárum, magis sunt vivórum solátia, quam subsidia mortuórum. Nec ideo tamen contemnéndá et abjiciéndá sunt córpora defunctorum maximéque justórum ac fidélium, quibus tamquam órganis et vasis ad ómnia bona ópera sancte usus est spíritus. Si enim patérna vestis et ánnulus, ac si quid hujúsmodi, tanto cárius est pósteris, quanto erga paréntes major afféctus; nullo modo ipsa spernéndá sunt córpora, quae útique multo familiárius atque conjúctius quam quaélibet induménta gestámus. Haec enim non ad ornáméntum vel adjutórium, quod adhibétur extrínsecus, sed ad ipsam natúram hóminis pértinent. Unde et antiquórum justórum fúnera officiósa pietáte curáta sunt, et exséquia celebrátae, et sepultúra provísa : ipsíque, cum víverent, de sepeliéndis vel étiam transferéndis suis corpóribus filiis mandavérunt.

Ry. Meménto mei. [164].

Lectio V.

Cap. 4.

Recordántis et precántis afféctus cum defúctis a fidélibus caríssimis exhibétur, eum prodésse non dúbium est iis, qui cum in corpore víverent, tália sibi post hanc vitam prodésse meruérunt. Verum, etsi áliqua necessità vel humári córpora, vel in sacris locis humári nulla data facultáte permíttat, non sunt praetermitténdae supplicatiónes pro spíritibus mortuórum : quas faciéndas pro ómnibus in christiána et cathólica societáte defúctis, étiam fáctis eórum nomínibus, sub generáli commemoratióne suscépit Ecclesiá ; ut quibus ad ista desunt paréntes, aut filii, aut quicúmque cognáti vel amíci, ab una eis exhibeántur pia matre commúni. Si autem deéssent istae supplicatiónes, quae fiunt recta

fide ac pietate pro mortuis, puto quod nihil prodesset spiritibus eorum, quamlibet in locis sanctis exanima corpora ponerentur.

R̄. Hei mihi. [165].

Lectio VI.

Cap. 18.

Quae cum ita sint, non existimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, pervenire, nisi quod pro eis sive altaris, sive orationum, sive eleemosynarum sacrificiis solemniter supplicamus : quamvis non pro quibus fiunt, omnibus prosint ; sed iis tantum pro quibus, dum vivunt, comparatur ut prosint. Sed quia non discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, et nullus eorum praetermittatur, ad quos haec beneficia possint et debeant pervenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt ; quam eis deerunt, quibus prosunt. Diligentius tamen facit haec quisque pro necessariis suis, quo pro illo fiat similiter a suis. Corpori autem humano quidquid impenditur, non est praesidium salutis, sed humanitatis officium, secundum affectum, quo nemo umquam carnem suam odio habet. Unde oportet ut quam potest pro carne proximi curam gerat, cum ille inde recesserit, qui gererat. Et si haec faciunt qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis debent facere qui credunt ; ut corpori mortuo, sed tamen resurrecturo et aeternitate mansuro, impensum ejusmodi officium sit etiam quodammodo ejusdem fidei testimonium !

R̄. Ne recorderis. [166].

In III. Nocturno.

Lectio VII.

Cap. 15, 12-22.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

SI Christus praedicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est ? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo praedicatio nostra, inanis est et fides vestra. Invenimur autem et falsi testes Dei : quoniam testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt. Nam, si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra ; adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes

sumus, miserabilióres sumus ómnibus homínibus. Nunc autem Christus resurréxit a mórtuis, primítiae dormiéntium : quóniam quidem per hóminem mors, et per hóminem resurréctio mortuórum. Et sicut in Adam omnes moriúntur, ita et in Christo omnes vivificabúntur.

R̄. Peccántem. [171].

Lectio VIII.

Cap. 15, 35-44.

SED dicit áliquis : Quómodo resúrgunt mórtui? qualíve córpore vénient? Insípiens, tu quod séminas non vivificátur, nisi prius moriátur. Et quod séminas, non corpus, quod futúrum est, séminas; sed nudum granum, ut puta trítici, aut alicújus ceterórum. Deus autem dat illi corpus sicut vult : et unicuíque séminum próprium corpus. Non omnis caro, eádem caro : sed ália quidem hóminum, ália vero pécorum, ália vólucrum, ália autem píscium. Et córpora caeléstia, et córpora terréstria : sed ália quidem caeléstium glória, ália autem terréstrium. Alia cláritas solis, ália cláritas lunae, et ália cláritas stellárum. Stella enim a stella differt in claritáte : sic et resurréctio mortuórum. Seminátur in corruptiÓne, surget in incorruptiÓne. Seminátur in ignobilitáte, surget in glória. Seminátur in infirmitáte, surget in virtúte. Seminátur corpus animále, surget corpus spiritále.

R̄. Dómine. [172].

Lectio IX.

Cap. 15, 51-58.

ECCE mystérium vobis dico : Omnes quidem resurgémus, sed non omnes immutábimur. In moménto, in ictu óculi, in novíssima tuba : canet enim tuba, et mórtui resúrgunt incorrupti : et nos immutábimur. Opórtet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiÓnem : et mortále hoc indúere immortalitátem. Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo, qui scriptus est : Absórpta est mors in victória. Ubi est, mors, victória tua? ubi est, mors, stímulus tuus? Stímulus autem mortis peccátum est : virtus vero peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Jesum Christum. Itaque, fratres mei dilécti, stábiles estóte et immóbiles : abundántes in ópere Dómini semper, sciéntes quod labor vester non est inánis in Dómino.

R̄. Líbera me, Dómine. [174].







TONI COMMUNES

I. — In principio Horarum.

Tonus festivus.




E-US in adju-tó-ri- um me- um inténde.




R̄. Dómi-ne ad adjuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, et



Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o,




et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-ló-rum. Amen.



Alle-lú- ia.

A Septuagesima usque ad Pascha, loco Allelúia dicitur :



Laus ti-bi Dómine Rex aetérnae gló-ri-ae.

Hoc tono utendum est in Duplicibus, Semiduplicibus et Dominicis ad Matutinum, Laudes et Vesperas : et ad Tertiam ante Missam Pontificalem.

In principio Horarum.

Tonus ferialis.

D E- us in adju-tó-ri- um me- um inténde.

R̄. Dómine adjuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, et
Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o,
et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-ló-rum. Amen.

Alle-lú-ia.

Vel : Laus ti-bi Dómi-ne Rex aetérnae gló-ri- ae.

Hoc tono utendum est supradictis diebus ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, et Completorium; et in Festis Simplicibus et Feriis ad omnes Horas.

Tonus solemnus.


Adhiberi potest ad libitum in Vesperis Festorum quae cum majori solemnitate celebrantur.

D E- us in adju-tó-ri- um me- um inténde.


R̄. Dómi-ne adjuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, et

Toni Psalmorum.


3*




Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi-o,



et nunc, et semper, et in saé-cu-la saecu-ló-rum. Amen.



Al-le-lú-ia.




Vel : Laus ti-bi Dó-mi-ne Rex aetérnae gló-ri-ae.


Ad Matutinum.

Ante V̄. Deus in adjutórium. *dicitur* :

D



Omi-ne, lá-bi-a me-a apé-ri-es. R̄. Et os me-um



annunti-ábit laudem tu-am.



II. — Toni Psalmorum.

Tot sunt Toni regulares Psalmorum, quot modi cantionum, id est octo. Est etiam Tonus Peregrinus, et Tonus in directum, de quibus infra.

In singulis Tonis habetur initium seu inceptio, flexa (si in versiculo locus sit flexae), mediatio, et terminatio.

In Tonis 1., 3., 4., 7., et 8. habentur variae terminationes seu *Differentiae*, quae respondent variis modis quibus inchoantur Antiphonae istorum tonorum, ita ut ex fine versiculi facilius evadat transitus ad Antiphonam quando resumitur.

Toni Psalmorum.

Psalmus quilibet cum Antiphona cantandus, in ipso tono Antiphonae cantari debet et terminari in differentia quam Antiphona postulat.

In eodem Tono varia differentiae designantur per litteram ultimam notae cujusque differentiae respondentem; id est A pro *la*; B pro *si*; C pro *ut*; D pro *re*; E pro *mi*; F pro *fa*; G pro *sol*.

Littera conveniens inscribitur cum ipso tono Antiphonae : ponitur majuscula, quando respondet chordae finali modi; secus, minuscula.

Si plures differentiae ejusdem Toni terminantur in eadem nota, distinguuntur per numerum litterae adjunctum : v. g. in Tono 1., g, g 2, g 3.

Psalmus quilibet intonandus est a Cantore cum initio proprii Toni, ad omnes Horas, etiam in Officio feriali vel pro Defunctis. Versiculi sequentes incipiuntur in chorda tenoris.

Si duo vel plures Psalmi, vel plures ejusdem Psalmi divisiones sub eodem Antiphonae, et dicendi sunt cum distinctis *Gloria Patri*, intonatio rursus fieri debet a Cantore cum inceptio in initio cujusque Psalmi vel divisionis. Sed si dicuntur sub eodem *Gloria Patri*, non fit nova intonatio.


In Canticis ex Evangelio, *Benedictus*, *Magnificat*, *Nunc dimittis*, inceptio fit ad singulos versus, etiam in Officio feriali vel pro Defunctis.

Pro Canticis *Magnificat* et *Benedictus*, in singulis Tonis, antiqui utebantur quotidie modulatione solemni, nempe magis ornata, quae secundum usum nunc communiorem, usurpari potest saltem in Festis majoribus, seu primae vel secundae classis.

Quando Antiphona est tantum inchoanda ante Psalmum (ut Semiduplicibus et infra, et ad Horas minores), si ejus prima verba sunt eadem ac prima verba Psalmi et ex ipso Psalmo desumpta, Psalmus incipi debet in chorda tenoris, ab eo verbo in quo desinit inchoatio Antiphonae. In Antiphonario post prima verba Psalmi quae non repeti debent, ponitur signum]. Si Antiphona componitur ex primo versu Psalmi, ut Ant. *Qui habitat* in Officio Dedicacionis, Cantor in Officio Duplici incipit Psalmum cum initio a secundo versu (nisi in fine Antiphonae addatur *Alleluia*; tunc enim resumitur Psalmus a primo versu).


Primus Tonus.

Flexa ².



P Primus Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic

D D *alio modo ad libitum.*




me-di-á-tur : * atque sic fi-ní-tur. atque sic fi-ní-tur.

* Flexa regulariter fit ut hic notatur, nempe vocem deprimendo. Attamen ubi magis placuerit, fieri potest in recta voce, cum aliquali pausa.

Tonus Primus.


5*

Aliae differentiae. D_2 f




Atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur. Atque sic

g g^2 g^3



fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur. Atque

a a^2 a^3




sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur.

(Loco differentiae g^2 potest ad libitum usurpari Diff. g ; et pro Differentia a^3 , Diff. a^2 .)

In omnibus Tonis Psalmorum flexa fit deprimendo ultimam syllabam ac etiam penultimam si sit brevis. Sed in monosyllaba vel hebraica dictione fit tantum sustinendo vocem in tenore, cum aliquantula pausa. [†]

M  Agní- fi-cat * á-nima... Et exsultá-vit spí-ri-tus

 me-us * ... Qui-a fe-cit mi-hi magna qui pot-ens est : * ...

B  Ene-díctus Dómi-nus De-us Isra-el : * qui-a...


 Et e-ré-xit...

Vide infra Mediationem solemnem pro Canticis Magnificat et Benedictus in majoribus Festis.


[†] Ex decretis S. R. C. 8 Julii et 8 Decembris 1912, quando in Lectionibus et Versiculis et in Psalmorum mediationibus monosyllaba vel hebraica dictio occurrit, potest ad libitum immutari clausula, vel proferri sub modulatione consueta.

Mediationes Tonorum 1., 3., 7., et Terminationes Ton. 5. et 7., possunt fieri quadruplici modo : A) sine supervenienti; B) cum superv. in fine tantum; C) cum superv. in medio tantum; D) dum supervenienti in medio et in fine.


Mediationes. A



splendó-ri-bus sanctó-rum. Dómi-nus ex Si- on. pro-pi-ti- á-




ti- o est. vi- ví- fi- ca me. in Isra- el est. ex Ba- san




convértam.

B




mi- se- rá- tor Dómi- nus. propter quod lo- cú- tus sum. Isra- el




in Dómi- no. sémi- nant in lácrimis.


C



fa- ci- éntibus e- um. implé- bit ru- ínas. sic- ut mons Si- on.



in saécu- lum saécu- lí. de- có- rem indú- tus est. e- am in




Ephra- ta.


Tonus Primus.

7*


Terminationes.



pópu-lo su- o. vi-ví- fi-ca me. ante lu-cí-fe-rum gēnu- i te.




in taberná-cu-lis Cham. loquēbar pa-cem de te. in saécu-




lum saécu-li. et li-be-rávit me. ór-di-nem Melchí-se-dech.

Per varias Differentias.




saécu-lum saécu-li. saécu-lum saécu- li.



saécu-lum saécu- li. saécu- li. saécu-li. saécu-li. saécu-li.

Clausulae abbreviatae ratione textus deficientis.



Qui fa-cit haec. * et tímu- i. * et salva me. * laus Isra- el.


Quando pro terminatione integra deest numerus sufficiens syllabarum in textu, sicut in suprascriptis exemplis, haec tantum pars clausulae adhibetur, cui textus aptari potest, servatis regulis, omissis primis notis pro quibus non est textus.

NOTA. — Pro *Intro* cuiusque Toni regula est, ut syllabae textus aptentur singulis notis vel neumis cantus prout obveniunt. Adverte inceptionem Toni 3. in hoc tantum differre ab illa Toni 2. et 8, quod secunda et tertia nota ligantur.

Mediatio solemnis Toni I.


Secunda pars versiculi cantatur semper in tono psalmodiae.

Canticum Magnificat.



Et ex-sultá-	vit spí-	ri-	tus me-	us.
Qui-a re-spéxit humilitátem	an-cíl-	lae su-	ae.	
Qui-a fe-cit mi-	hi ma-	gna qui	potens est.	
Et mi-se-ricórdia ejus, ' a pro-	géni-	e in	pro-gé-ni-	es.
Fe-cit poténtiam	in brá-	chi-o	su-o.	
De-pó-su-it	pot-én-	tes de	se-de.	
E-su-ri-éntes	im-plé-	vit bo-	nis.	
Sus-cé-pit Isra-	el pú-	e-rum	su-um.	
Sic-ut lo-cútus est	ad pa-	tres no-	stros	
Gló-ri-	a Pa-	tri, et	Fí-li-o.	
Sic-ut e-rat in princípio, ' et nunc,	et	et	sem-per.	


Canticum Benedictus.



BE-NE-	DICTUS Dómi-	nus De-	us Is-ra-	el.
Et e-réxit cornu	sa-lú-	tis no-	bis.	
Sic-ut locútus est	per os	san-	ctó-rum.	
Sa-lú-	tem ex in-	i-mí-	cis no-	stris.
Ad fa-	ciéndam misericórdiam	cum pá-	tri-bus	no-
Jus-ju-	rándum quod jurávit ad	Abra-	ham pa-	trem
Ut si-	ne timóre, ' de manu...	nostró-	rum li-	be-
In san-	ctitáte et justí-	a co-	ram i-	pso.
Et tu	puer, prophéta Altís-	si-mi	vo-cá-	be-ris.
Ad dan-	dam sciéntiam salú-	tis ple-	bi e-	jus.
Per ví-	scera misericórdi-	ae De-	i no-	stri.
Il-lu-	mináre his qui in... ' et	in um-	bra mor-	tis
			se-	dent.


Alio modo ad libitum. ¹

Canticum Magnificat.



Et ex-sultá-vit	spí-ri-tus	me-us.
Qui-a respéxit humilitátem	an-cíl-lae	su-ae.
Qui-a fe-cit mihi	ma-gna	qui potens est.
Èt mi-se-ricórdia ejus, 'a progéni-e	in pro-gé-ni-	es.
Fe-cit poténtiam in	brá-chi-o	su-o.
De-pó-su-it pot-	én-tes	de se-de.
E-su-ri-éntes	im-plé-vit	bo-nis.
Sus-cé-pit Israel	pú-e-rum	su-um.
Sic-ut-lo-cútus est	ad pa-tres	no-stros.
Gló-ri-a	Pa-tri, et	Fí-li-o.
Sic-ut e-rat in princípío, 'et	nunc, et	sem-per.


Canticum Benedictus.




BE-NE-DICTUS Dómi-	nus	De-us	Isra-el.
Et e-réxit cornu	sa-lú-tis	no-bis.	
Sic-ut locútus est	per	os san-ctó-rum.	
Sa-lú-tem ex in-	i-mí-cis	no-stris.	
Ad fa-ciéndam misericórdiam cum pá-	tri-bus	no-stris.	
Jus-ju-rándum quod jurávit ad Abra-ham	pa-trem	no-strum.	
Ut si-ne timóre, 'de manu... nostró-rum	li-be-rá-ti.		
In san-ctitáte et justí-ti-	a	co-ram	i-pto.
Et tu puer, prophéta Altís-	si-mi	vo-cá-be-ris.	
Ad dan-dam sciéntiam salú-	tis	ple-bi	e-jus.
Per ví-scera misericórdi-	ae	De-i	no-stri.
Il-lu-mináre his qui in... 'et in um-bra	mortis	se-dent.	

¹ Ab auctoritate competenti licentiam accepimus habendi ad libitum pro clausula quae unico constet accentu tribusque notis antecedentibus, solemnem primi sextique toni clausulam. Jam igitur omnes similis modulationis clausulas eodem modo tractare licet. Conceditur etiam addere ad libitum toni peregrini mediationi, notulam *g* ante *b molle*, quo fit ut clausula haec nil ab ordinaria clausula differat, quae unico constat accentu tribusque notis antecedentibus. Ceterum dum nobis haec licentia conceditur, qua alius quilibet uti nobiscum potest, ab eadē auctoritate competenti monemur rationem illam congruere, et cum *Motu proprio* die 25 aprilis anno 1904, et cum Decreto die 8 julii anno 1912 edito, de modo quo tractanda sint unius tantum syllabae verba, vel hebraica vocabula, cum Lectiones Versus Psalmique canuntur. (*Editores*).


Secundus Tonus.

S


Ecúndus Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic
Finalis unia D *vel A*




me-di-á-tur : * atque sic fi-ní-tur. atque sic fi-ní-tur.

M


Agní-fi-cat * á-nima me-a Dóminum. Et exsul-




tá-vit... Qui- a fe-cit mi-hi magna qui pot-ens est : * *vel* : qui



pot-ens est : * ...

B


Ene-díctus Dóminus De-us Isra-el : *vel* : Isra-el : *



qui-a... Et e-ré-xit...

Mediatio cum supervenienti.


In monosyllaba vel hebraica voce




pú-e-ri Dómi-num. in ju-dí-ci-o. lo-cú-tus sum.

Tonus Secundus.


II*



vel : lo-cútus sum. é-ri-pe me. vel . é-ri-pe me. tu- a ex me.




vel : tu- a ex me. in me est. vel : in me est. ex Si- on.




vel : ex Si- on. in Ephra-ta. vel : in Ephra-ta.

Terminationes




é-ri-pe me. tímēti-bus se. decli-ná-te a me.

Cum supervenienti. *




in saécu-lum saécu-li. et li-be-rá-vit me. * et tímu-i.

Mediatio solemnis Toni II.




Et ex-sultá-vit	spí-ri-tus me- us.
Qui-a respéxit humilitátem	an- cíl- lae su- ae.
Qui-a fecit mihi	ma- gna qui pot- ens est.
Ét mi- sericórdia ejus' a progéni- e	in pro- gé- ni- es.—
Fe- cit poténtiam in	brá- chí- o su- o. —
De- pó- suit pot-	én- tes de se- de.
E- su- riéntes	im- plé- vit bo- nis.
Su- scé- pit Israel	pú- e- rum su- um.
Sic- ut locútus est	ad pa- tres no- stros.
Gló- ri- a	Pa- tri, et Fí- li- o.
Sic- ut erat in princípio, '	et nunc, et sem- per.




BE-NE-DICTUS Dómi- nus De- us Is-ra- el.
 Et e- réxit cornu sa- lú- tis no- bis.
 Sic- ut locú- tus est - per os san- ctó- rum.
 Sa- lú- tem ex in- i- mí- cis no- stris.
 Ad fa- ciéndam misericórdiam cum pá- tri- bus no- stris.
 Jus- ju- rándum quod jurávit ad Abraham pa- trem no- strum.
 Ut sí- ne timóre, de manu...nostró- rum li- be- rá- ti.
 In san-ctitate et justíti- a co- ram i- pso.
 Et tu puer, prophéta Altís- si- mí vo- cá- be- ris.
 Ad dandam sciéntiam salú- tis ple- bi e- jus.
 Per ví- scera misericórdi- ae De- i no- stri.
 Il- lu- mináre his qui in... et in um- bra mor- tis se- dent.

Tertius Tonus.




T


Ter- ti- us Tonus sic incí- pi- tur, sic flécti- tur, * et sic



me- di- á- tur . * atque sic fi- ní- tur. Atque sic fi- ní- tur.



Atque sic fi- ní- tur. Atque sic fi- ní- tur. Atque sic




fi- ní- tur.

(Loco hujus ultimae Differentiae quae cum solis Antiphonis Confitemini Dómino, Dómine probásti, Allelúia, in Vesperis ferialibus usurpatur, adhiberi potest Differentia g.)


Tonus Tertius.

13*

M




Agní-fi-cat * á-nima... Et exsultá-vit spí-ri-tus




me-us * ... Qui-a fe-cit mi-hi magna qui pot-ens est : * ...

B




Ene-díctus Dómi-nus De-us Isra-el : * qui-a...




Et e-ré-xit...

Mediationes. Adaptatio textus fit ut in Mediatione Toni I., sed in fine, si occurrat dictio acuta in antepenultima, locus datur *Supervenienti anticipatae*.


A



confirmá-tum est cor e-jus. splendó-ri-bus sanctó-rum.




gáudi-o os nostrum. Dómi-nus ex Si-on. ex Ba-san con-




vér-tam. vi-ví-fi-ca me. in Isra-el est.

B


(Superveniens anticipata.)




mi-se-rá-tor Dómi-nus. illumi-ná-bi-tur. pa-cem sunt Je-rú-




sa-lem. propter quod lo-cú-tus sum. sémi-nant in lácri-mis.




implé-bit ru-í-nas. et sci-to cor me-um. fa-ci-énti-bus




e-um. ha-bi-tánti-bus Ce-dar. hómi nes in nos.



ó-pe-ra Dómi-ni Dómi-no. super caelos sunt Dómi-no.




Je-rú-sa-lem Dómi-num. de-có-rem indú-tus est. e-am in




Ephra-ta. Qui fa-cit haec.

Terminationes.

Diff. b et a.



a saécu-lo tu es. tu es. timénti-bus se timéntibus se.



in saécu-lum saécu-li. saécu-li. de-pre-cá-tus sum.


g et a 2.




a saécu-lo tu es. tu es. timén-ti-bus se. se.

Tonus Tertius.

15*




in saécu-lum saécu-li. saécu-li. Dómi-nus spes e-jus est.




mi-se-ri-córdi-a e-jus. ó-pe-ra mánu-um hómi-num.

Mediatio solemnis Toni III.




Et ex-sultá-vit	spí-ri-tus me-us.
Qui-a respéxit humilitátem an-	cíl-lae su-ae.
Qui-a fecit mihi	ma-gna qui pot-ens est.
Et mi-ericórdia ejus ' a progénie in	pro-gé-ni-es.
Fe-cit poténtiam in	brá-chi-o su-o.
De-pó-suit pot-	én-tes de-se-de.
E-su-riéntes im-	plé-vit bo-nis.
Sus-cé-pit Israel	pú-e-rum su-um.
Sic-ut locútus est ad	pa-tres no-stros.
Gló-ri-a	Pa-tri, et Fí-li-o.
Sic-ut erat in principio, ' et	nunc, et sem-per.




BE-NE-DICTUS Dóminus	De-us Is-ra-el.
Et e-réxit cornu sa-	lú-tis no-bis.
Sic-ut locútus est per	os san-ctó-rum.
Sa-lú-tem ex ini-	mí-cis no-stris.
Ad fa-ciéndam misericórdiam cum	pá-tri-bus no-stris.
Jus-ju-rándum quod ... ad Abraham	pa-trem no-strum.
Ut si-ne timóre, ' de ... nostrórum	lí-be-rá-ti.
In san-ctitáte et justítia	co-ram i-pto.
Et tu puer, prophéta Altíssi-	mi vo-cá-be-ris.
Ad dandam sciéntiam salútis	ple-bi e-jus.
Per ví-scera misericórdiae	De-i no-stri.
Il-lu-mináre his qui ... ' et in umbra mor-	tis se-dent.

Quartus Tonus.




Q Quartus Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic




me-di-á-tur: * atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur.

Altera Positio ejusdem Toni.




Quartus Tonus sic incí-pi-tur, sic flécti-tur, † et sic me-di-á-




tur: * atque sic fi-ní-tur. Atque sic fi-ní-tur.


Quando Antiphona notatur cum A, potest ad libitum adhiberi Differentia sequens.*




Atque sic fi-ní-tur.



M Agní-fi-cat * á-nima... Et exsultá-vit spí-ri-tus



me-us * ...Qui-a fe-cit mi-hi magna qui pot-ens est: *








vel: magna qui pot-ens est: * ...


BEne-díctus Dómi-nus De-us Isra-el : *vel* : De-us

Isra-el : * qui a... Et e-ré-xit...

Mediationes.


Dómi-no me-o. splendó-ri-bus sanctó-rum. ó-pe-ra Dómi-ni.
a terra ín-opem.*In monosyllaba vel hebraica voce.*sol non u-ret te. *vel* : sol non u-ret te. pro-pi-ti-á-ti-o est.*vel* : pro-pi-ti-á-ti-o est. Dómine David. *vel* : Dómine David.sunt Je-rú-sa-lem. *vel* : sunt Je-rú-sa-lem. Dóminus ex Si-on.*vel* : Dóminus ex Si-on. Qui fa-cit haec. *vel* : Qui fa-cit haec.

Terminationes.



génu-i te. pa-cem de te. domum Da-vid.

Toni Psalmorum.



in saécu-lum saécu-li. exaudí-vit me. Je-rú-sa-lem.

et congre-ga-ti ó-ne. lu-cí-fe-rum génu- i te.

* (*Superveniens anticipata*)

in saécu-lum saécu-li. dormí-tet qui cu-stó-dit te.


órdi-nem Melchí-se-dech. * et tímu- i.

loquébar pacem de te. lu-cí-fe-rum génu- i te.

*

in saécu-lum saécu-li. et exaudívit me. * et tímu- i.

Mediatio solemnis Toni IV.



Et ex-sultá-vit spí-ri-tus me-us.

Qui-a respéxit humilitátem an-cíl-lae su-ae.

Qui-a fecit mihi ma-gna qui pot-ens est.

Et mi-ericórdia ejus' a progé-ni-e in pro-gé-ni-es.

Fe-cit poténtiam in brá-chi-o su-o.

De-pó-suit pot-én-tes de se-de.

E-su-riéntes im-plé-vit bo-nis.

Sus-cé-pit Israel pú-e-rum su-um.

Sic-ut locú-tus est ad pa-tres no-stros.


Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o.

Sic-ut erat in princípio, et nunc, et sem-per.


Tonus Quintus.

19*

Item in alia positione :




Et exsultá-vit spí- ri-tus me- us : * *etc.*




BE- NE- DICTUS Dómi-	nus De- us Is-ra- el.
Et e- réxit cornu	sa- lú- tis no- bis.
Sic- ut locútus est	per os san- ctó- rum.
Sa- lú- tem ex in-	i- mí- cis no- stris.
Ad fa- ciéndam misericórdiam cum	pá- trí- bus no- stris.
Jus- ju- rándum quod jurávit ad Abra- ham	pa- trem no- strum.
orbis ad-ó-rat, Cui nunc ri-te ge-nu flé-cti-tur omne;




A quo te, pé-timus, subve-ni-én-te, Abjéctis té-nebris,




gáudi-a lu-cis. 4. Hoc largí-re Pa-ter lúmi-nis omnis, Na-



tum per próp-ri-um, Flá-mi-ne sa-cro, Qui te-cum ní-ti-da



vi-vit in aethra Regnans, ac mó-de-rans saécu-la cuncta.




A-men.

20. Concordi laetitia.*

6. **C** Oncórdi laetí-ti-a, Pro-púl-sa maestí-ti-a, Ma-rí-ae
 praecó-ni-a Ré-co-lat Ecclé-si-a : Virgo Ma-rí-a! 2. Quae
 fe-lí-ci gáudi-o, Re-surgénte Dómi-no, Fló-ru-it ut lí-
 li-um, Vi-vum cernens Fí-li-um : Virgo Ma-rí-a! 3. Quam
 concéntu pá-ri-li Cho-ri laudant caé-li-ci, Et nos cum cae-
 lésti-bus Novum me-los pángimus : Virgo Ma-rí-a!

4. O Re-gí-na vír-gi-num, Vo-tis fave súppli-cum, Et post mor-
 tis stá-di-um, Vitae confer praémi-um : Virgo Ma-rí-a!

5. Glo-ri-ó-sa Trí-ni-tas, Indi-ví-sa U-ni-tas, Ob Ma-rí-ae



mé-ri-ta, Nos salva per saécu-la : Virgo Ma-rí- a.

21. Mittit ad Virginem.*

6.

M It-tit ad Vír-gi-nem Non quemvis Ange-lum, Sed
 Forti-tú-di-nem, Su-um Archánge-lum, Amá-tor hó-mi-nis.

2. Fortem expé-di-at Pro no-bis núnti-um, Na-túrae fá-ci-at

Ut praeju-dí-ci-um In partu vír-gi-nis. 3. Na-tú-ram súpe-

ret Na-tus Rex gló-ri-ae : Regnet et ímpe-ret, Et zyma


scó-ri-ae Tol-lat de mé-di-o. 4. Su-perbi-énti-um Te-rat fa-

stí-gi-a, Col-la sublími-um Calcans vi pró-pri-a, Pot-ens

in praé-li-o. 5. Fo-ras e-jí-ci-at Mundánum prínci-pem,

In honorem B. Mariae Virginis.

Matrémque fá-ci- at Se-cum partí-ci-pem Patris impé-
 ri- i. 6. Ex-i qui mítte-ris, Haec do-na dísse-re; Re-vé-la vé-
 te-ris Ve-lámen lítterrae, Virtú-te nún-ti- i. 7. Accé-de, nún-
 ti- a : Dic, Ave, cómi-nus; Dic, ple-na grá-ti- a; Dic, te-cum
 Dó-mi-nus; Et dic, ne tíme- as. 8. Virgo suscí-pi- as De- i
 de-pó-si-tum, In quo perfí- ci- as Castum pro-pó- si- tum, Et
 vo-tum té-ne- as. 9. Audit et súsci-pit Pu-él-la nún-ti- um;
 Cre-dit, et cónci-pit, Et pa-rit fí-li- um, Sed admi-rá-bi-lem.
 10. Consi-li- á-ri- um Humá ni gé-ne-ris, Et De- um fórti- um,



Et patrem póste-ris, In pa-ce stá-bi-lem : 11. Sic no-bis ó-ri-
 tur Lumen de lú-mi-ne : Sic homo násci-tur Factus ex Vír-
 gi-ne, Indúltor scé-le-rum. 12. Qui no-bis trí-bu-at Peccá-ti
 vé-ni-am, Re-á-tum dí-lu-at, Et do-net pá-tri-am In arce
 sí-de-rum. A-men.


22. Salve Mater. *

5.




Salve ma-ter mi-se-ri-córdi-ae, Ma-ter De-i, et ma-
 ter vé-ni-ae, Ma-ter spe-i, et ma-ter grá-ti-ae, Ma-ter ple-na
 sanctae lae-tí-ti-ae, O Ma-rí-a! *Repetitur Salve mater.*
 1. Salve de-cus humá-ni gé-ne-ris, Salve Virgo dí-gni-or


140* In honorem B. Mariae Virginis.




cé-te-ris, Quae vír-gi-nes omnes transgré-de-ris, Et ál-ti-us
se-des in sú-pe-ris, O Ma-rí-a! Salve.



2. Salve fe-lix Vir-go pu-ér-pe-ra: Nam qui se-det in
Pa-tris déx-te-ra, Cae-lum re-gens, ter-ram et aé-the-ra, In-tra
tu-a se clau-sit ví-sce-ra, O Ma-rí-a! Salve.




3. Te cre-á-vit Pa-ter ingé-ni-tus, Obum-brá-vit te U-ni-
gé-ni-tus, Fe-cundá-vit te Sanctus Spí-ri-tus, Tu es facta
to-ta di-ví-ni-tus, O Ma-rí-a! Salve.



4. Te cre-á-vit De-us mi-rá-bi-lem, Te respé-xit ancíl-
lam hú-mi-lem, Te quae-sí-vit spon-sam amá-bi-lem, Ti-bi

Pro Summo Pontifice.


141*




numquam fe-cit consími-lem, O Ma-rí- a! Salve.




5. Te be- á-tam laudá-re cú-pi-unt Omnes justí, sed non




suf-fi-ci-unt; Multas laudes de te concí-pi-unt, Sed in íl-lis




prorsus de-fí-ci-unt, O Ma-rí- a! Salve.




6. Esto, Ma-ter, nostrum so-lá-ti-um; Nostrum esto, tu



Virgo, gáudi-um; Et nos tandem post hoc exsí-li-um, Laetos




junge cho-ris cae-lésti-um, O Ma-rí- a! Salve.



PRO SUMMO PONTIFICE.


1. Tu es Petrus.

6.




T U es Pe-trus,* et su-per hanc pe-tram aedi- fi-cá-

Pro Summo Pontifice.




bo Ecclé-si-am me-am.


2. Oremus pro Pontifice.




O - rémus pro Pontí-fi-ce nostro, *N.* R̄. Dómi-



nus consérvet e-um, et vi-ví-fi-cet e-um, et be-á-tum fá-



ci-at e-um in ter-ra, et non tradat e-um in á-nimam



in-imi-có-rum e-jus.

℣. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ.

℞. Et super filium hóminis quem confirmásti tibi.

Orémus.

Oratio.

DEus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum *N.*, quem pastórem Ecclésiae tuæ praeesse voluísti, propítius respice : da ei quaesumus verbo et exémplo, quibus praeest proficere : ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam. Per Christum.


Alia Oratio.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* : † et dirige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis aetérnae ; * ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perfíciat. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

PRO EPISCOPO.

1. Oremus pro Antistite.*




 O - rémus pro Antí- sti-te nostro N. ...

Ky. Stet et pascat in forti- tú- di-ne tu- a Dómi- ne, in

subli-mi-tá-te nó-mi- nis tu- i.

2. Alter Cantus.*



 O - rémus pro Antísti-te nostro N. ...

Ky. Stet et pascat in forti- tú-di-ne tu- a Dómi-

ne, in sublimi- tá-te nó-mi- nis tu- i.

V. Salvum fac servum tuum.

Ky. Deus meus sperántem in te.

Orémus.

Oratio.

DEus ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum N., quem pastórem Ecclésiae N. praeesse voluísti propítius respice : † da ei, quaesumus verbo et exémplo, quibus praeest, proficere; * ut ad vitam una cum grege sibi crédito pervéniat sempitérnám. Per Dóminum nostrum.

PRO PACE.

1. Da pacem.

2.

D A pa-cem Dómi-ne in di- é-bus nostris : qui a

non est á-li- us qui pugnet pro no-bis, ni-si tu

De- us no-ster.

2. Pacem tuam.

4.

P A-cem tu- am * da no-bis Dó- mi-ne, et pax tu- a,

Chri- ste, má-ne- at in viscé- ri-bus nostris : ut non ti-

me- á-mus a timó-re noctúrno; sed semper vi-gi-lémus

cunctis in o-pé- ri-bus manda-tó- rum tu- ó- rum.

℣. Fiat pax in virtúte tua.

℞. Et abundántia in túrribus tuis.

Orémus.

Oratio.

DEus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera : † da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; * ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.



PRO DIVERSIS TEMPORIBUS ET FESTIS.

TEMPORE ADVENTUS.

Rorate caeli. *

I.

RO-rá-te cae-li dé-su-per, et nubes plu- ant justum.
Repetitur : Rorate.

1. Ne i-rascá- ris Dómi-ne, ne ultra memí-ne-ris in-iqui-


tá-tis : ec-ce cí-vi-tas Sancti facta est de-sérta : Si-on

de-sérta fa-cta est : Je-rú-sa-lem de-so-lá-ta est : domus san-


cti-fi-ca-ti- ó-nis tu-ae et gló-ri-ae tu-ae, u-bi lauda-vé-

runt te pa-tres nostri. R̄. Rorate.


146* Pro diversis Temporibus et Festis.




2. Peccá-vimus, et facti sumus tamquam immúndus nos, et




ce-cí-dimus qua-si fó-li-um u-ni-vér-si : et in-iqui-tá-tes




nostrae qua-si ventus abstu-lé-runt nos : abscondí-sti fá-




ci-em tu-am a no-bis, et al-li-sísti nos in ma-nu in-i-




qui-tá-tis nostrae. R̄. Rorate.




3. Vi-de Dómi-ne afflicti-ó-nem pó-pu-li tu-i, et mitte




quem missú-rus es : e-mítte Agnum domi-na-tó-rem terrae,



de petra de-sérti ad montem ffi-li-ae Si-on : ut áufe-rat




ipse jugum ca-pti-vi-tá-tis nostrae. R̄. Rorate.




4. Conso-lámi-ni, conso-lámi-ni, pó-pu-le me-us : ci-to vé-


Pro diversis Temporibus et Festis. 147*




ni- et sa-lus tu- a : qua-re moeró-re con-sú-me-ris, qui- a



innová-vit te do-lor? Sal-vá-bo te, no-li timé-re, ego



e-nim sum Dómi-nus De- us tu- us, Sanctus Isra- el, red-ém-




ptor tu- us. R̄. Rorate.

TEMPORE NATALIS DOMINI.


1. Laetabundus.*

6.


L




Aeta-búndus Exsúltet fi-dé-lis cho-rus, Alle- lú-ia :



2. Re-gem regum Intáctae pro-fú-dit tho-rus, Res mi- ránda.




3. Ange-lus con-sí-li- i Na-tus est de Vírgi- ne, Sol de



stella : 4. Sol occá-sum nésci- ens, Stella semper rú-ti-

148* Pro diversis Temporibus et Festis.


lans, Semper cla-ra. 5. Sic-ut si-dus rá-di- um, Pro-fert Vir-
 go Fí-li- um, Pa-ri forma. 6. Neque si-dus rá-di- o, Ne-
 que Ma-ter Fí-li- o Fit corrúpta. 7. Cedrus al-ta Lí-ba-
 ni Conformá-tur hýs-so-po Valle nostra. 8. Verbumens
 Altíssi-mi, Corpo-rá-ri passum est, Carne sumpta.
 9. I-sa-í- as cé-ci-nit, Syna-góga mé-mi- nit, Numquam ta-
 men dé-si-nit Esse caeca. 10. Si non su- is vá-ti-bus.
 Credat vel gentí- li- bus Si-byl- lí-nis vér-si-bus Haec prae-
 dícta. 11. Infé-lix pró-pe-ra, Cre-de vel vé-te-ra : Cur damná-



be- ris, Gens mí-se-ra? 12. Quem do-cet lítte-ra, Na-tum consí-
de-ra : Ipsum gé-nu- it Pu-érpe-ra. Alle-lú-ia.

2. Ecce nomen Domini. *


5.



Ecce nomen Dómi-ni Emmánu-el, *quod annunti- á-
tum est per Gábri-el, hó-di-e appá-ru-it in Isra-el : per
Ma-rí-am Vírgi-nem est na-tus Rex. E-ia! Virgo De-um gé-
nu-it, ut di-ví-na vó-lu-it clemé-nti-a. In Béthle-hem na-
tus est, et in Je-rú-sa-lem vi-sus est, et in omnem terram
ho-no-ri-fi-cá-tus est Rex Isra-el.


3. Puer natus. *

1.




P-er na-tus in Béthle-hem, alle-lú-ia : Unde gaudet


150* Pro diversis Temporibus et Festis.




Je-rú-sa-lem, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̃. In cordis jú-bi-lo Chri-




stum na-tum ado-rémus, Cum novo cánti-co.




2. Assúm-psit carnem Fí-li-us, alle-lú-ia, De-i Patris altís-




simus, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̃. In cordis.




3. Per Gabri-é-lem núnti-um, alle-lú-ia, Virgo concé-pit Fí-




li-um, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̃. In cordis.




4. Tamquám spon-sus de thá-lamo, alle-lú-ia, Pro-céssit Matris



ú-te-ro, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̃. In cordis.




5. Hic jacet in praesé-pi-o, alle-lú-ia, Qui regnat si-ne tér-




mi-no, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̃. In cordis.


Pro diversis Temporibus et Festis. 151*




6. Et Ange-lus pastó-ri-bus, alle-lú-ia, Revé-lat quod sit Dó-




mi-nus, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̄. In cordis.




7. Reges de Saba vé-ni-unt, alle-lú-ia, Aurum, thus, myr-




rham óffe-runt, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̄. In cordis.




8. Intrántes domum ínvi-cem, alle-lú-ia, Novum sa-lú-tant




Prínci-pem, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̄. In cordis.




9. De Matre na-tus Vírgi-ne, alle-lú-ia, Qui lumen est de



lúmi-ne, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̄. In cordis.




10. Si-ne serpéntis vúlne-re, alle-lú-ia, De nostro ve-nit sán-




guine, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̄. In cordis.


152* Pro diversis Temporibus et Festis.




11. In carne no-bis sími-lis, alle-lú-ia, Peccá-to sed dissími-




lis, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̄. In cordis.




12. Ut rédde-ret nos hómines, alle-lú-ia, De-o et si-bi sí-




mi-les, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̄. In cordis.




13. In hoc na-tá-li gáudi-o, alle-lú-ia, Be-ne-di-cámus Dó-



mi-no, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̄. In cordis.




14. Laudé-tur sancta Trí-ni-tas, alle-lú-ia, De-o di-cámus grá-



ti-as, alle-lú-ia, alle-lú-ia. R̄. In cordis.

TEMPORE SEPTUAGESIMAE.

Media vita. *

4.
M  E-di-a vi-ta * in morte su-mus : quem quaéri-

Pro diversis Temporibus et Festis. 153*

mus ad-ju- tó-rem, ni- si te Dó-mi- ne? qui pro pec-
 cá-tis no- stris ju- ste i- rá- sce- ris: * Sancte
 De- us, Sancte for- tis, Sancte mi- sé- ri- cors Sal-
 vá- tor, amá- rae mor- ti ne tra- das nos. ♪. 1. In te spe-
 ra- vé- runt pa- tres no- stri; spe- ra- vé- runt, et li- be-
 rá- sti e- os. * Sancte. etc. ♪. 2. Ad te clama-
 vé- runt pa- tres no- stri; cla- ma- vé- runt, et non
 sunt con- fú- si. * Sancte. etc. Gló- ri- a Pa-
 tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San- cto.
 * Sancte. etc.


TEMPORE QUADRAGESIMAE.

1. Miserere mei Deus.


4. **M** I-se-ré-re me- i De- us : * se-cúndum magnam mi-
 se-ri-cór-di- am tu- am. 2. Et se-cúndum multi-tú-di-nem mi-
 se-ra-ti- ó-num tu- á-rum, * de-le in-iqui-tá-tem me- am.

3. Ampli- us la-va me ab in-iqui-tá-te me- a : * et a peccá-
 to me- o munda me. 4. Quó-ni- am in-iqui-tá-tem me- am ego
 cognóscó : * et peccá-tum me- um contra me est semper.


5. Ti-bi so-li peccá-vi, et ma-lum co-ram te fe-ci : * ut
 justi-fi-cé-ris in sermó-ni-bus tu- is, et vincas cum ju-di-
 cá- ris. 6. Ecce e-nim in in-iqui-tá-ti-bus concéptus sum : *




et in peccá-tis concé-pit me ma-ter me- a.




7. Ecce e-nim ve-ri-tá-tem di-le-xísti : * incérta et oc-




cúlta sa-pi-énti-ae tu-ae ma-ni-fe-stásti mi- hi. 8. Aspérges



me hyssó-po et mundá-bor : * lavá-bis me, et su-per ni-vem




de- albá-bor.




9. Audí-tu- i me- o da-bis gáudi- um et lae-tí- ti- am : * et




exsultábunt ossa hu-mi-li- á- ta. 10. Avérte fá-ci- em tu- am



a peccá-tis me- is : * et omnes in-iqui-tá-tes me- as de- le.




11. Cor mundum cre- a in me De- us : * et spí-ri-tum re-




ctum ínno-va in viscé-ri-bus me- is. 12. Ne pro-jí-ci- as me


156* Pro diversis Temporibus et Festis.




a fá-ci- e tu- a : * et spí-ri-tum sanctum tu- um ne áu-fe-




ras a me.




13. Redde mi-hi lae-tí-ti- am sa-lu-tá-ris tu- i : * et spí-ri-tu



princi-pá- li confirma me. 14. Do-cé-bo in-í-quos vi- as tu- as : *




et ímpi- i ad te converténtur.




15. Lí-be-ra me de sanguí-ni-bus, De- us, De- us sa-lú-tis



me-ae : * et exsultá-bit lingua me- a justí- ti- am tu- am.




16. Dómi-ne lá-bi- a me- a a- pé-ri- es : * et os me- um an-




nunti- á-bit laudem tu- am.


Pro diversis Temporibus et Festis. 157*




17. Quó-ni- am si vo-lu- ísses sacri- fí- ci- um, de- díssem ú- ti-




que : * ho- lo- cáustis non de- lectá- be- ris. 18. Sacri- fí- ci- um




De- o spí- ri- tus contri- bu- lá- tus : * cor contrí- tum et humi-




li- á- tum De- us non despí- ci- es.




19. Be- ní- gne fac Dómi- ne in bo- na vo- luntá- te tu- a Si- on : *



ut aedi- fí- céntur mu- ri Je- rú- sa- lem. 20. Tunc acceptá- bis




sacri- fí- ci- um justí- ti- ae, obla- ti- ó- nes et ho- lo- cáusta : *




tunc impó- nent su- per altá- re tu- um ví- tu- los.


In fine, omisso Glória Patri dicitur :




Mi- se- ré- re me- i De- us : mi- se- re- re me- i.


2. Attende Domine.*

5.  **A** T-ténde Dómi-ne, et mi-se-ré-re, qui- a peccávimus
 ti- bi. *Chorus repetit Atténde.*




1.  Ad te Rex summe, ómni- um red-émptor, ó-cu-los nostros
 sublevámus flentes : exáudi, Christe, suppli-cántum pre-cés.
 R̄. Atténde.

2.  Déxte-ra Patris, lapis angu-lá-ris, vi- a sa-lú-tis, jánu-a
 cae-lé-stis, áblu- e nostri mácu-las de-lí-cti. R̄. Atténde.





3.  Rogámus, De- us, tu-am ma-jestá- tem : áuri-bus sacris gé-
 mi-tus exáu-di : crími-na nostra plá-cidus indúlge. R̄. Atténde.

4.  Ti-bi fa-témur crími-na admís-sa : contrí-to corde pândi-


Pro diversis Temporibus et Festis. 159*




3. Miserere et parce. *




160* Pro diversis Temporibus et Festis.




2. O-ra-ti- ó-nes sacer-dó-tum ácci-pe, et quaeque póstu-lant




afflu- énter trí-bu- e : ac tu-ae ple-bi mi-se-ré-re Dómi-ne.
* Quia peccávimus tibi.




3. Fu-ró-rem tu-um addu-xísti su-per nos : nostra de-lícta




di-re cu-ravé- runt nos : et absque ulla spe de-fé-cimus.
* Quia peccávimus tibi.




4. Trá-di-ti sumus ma-lis quae ne-scimus, et omne ma-lum




írru- it su-per nos : et invo-cávimus, et non au-dí-vimus.
* Quia peccávimus tibi.



5. Omnes clamámus, omnes te requí- rimus : te paeni-téntes




lá-cri-mis pro-sé-quitur : cu-júsque i-ram ipsi provo-cávimus.
* Quia peccávimus tibi.




6. Te depre-cántes, te geméntes póscimus : te Je-su Christe


Pro diversis Temporibus et Festis. 161*




pro-sterná-ti pé-timus : tu-a pot-é-stas jam sú-ble-vet mí-se-ros.
* Quia peccávimus tibi.




7. Confessi- ó-nem tu-ae ple-bis ácci-pe, quam lamentántes




co-ram te effúndimus : et pro admí-ssis corde inge-mí-



scimus. * Quia peccávimus tibi.




8. Pa-cem rogá-mus, pa-cem no-bis trí-bu-e : á-move bella



et nos omnes é-ru-e : hú-mi-li pre-ce postu-lá-mus Dó-mi-ne.
* Quia peccávimus tibi.




9. Inclí-na aurem De-us clementís-sime : jam ablu-ántur de-




li-ctórum má-cu-lae : et a per-í-cu-lis tu be-níg-nus é-xime.
* Quia peccávimus tibi.

TEMPORE PASSIONIS.

1. Stabat Mater.

6. 

S Ta-bat Ma-ter do-lo-ró-sa Juxta cru-cem lacrimó-sa,




Dum pendé-bat Fí-li-us.

- | | |
|--|---|
| 2. Cujus ánimam geméntem,
Contristátam et doléntem
Pertransívit gládius. | 11. Sancta Mater, istud agas,
Crucifíxi fige plagas
Cordi meo válide. |
| 3. O quam tristis et afflícta
Fuit illa benedícta
Mater unigéniti! | 12. Tui nati vulneráti,
Tam dignáti pro me pati,
Poenas mecum dívide. |
| 4. Quae maerébat et dolébat,
Pia Mater, dum vidébat
Nati poenas ínclyti. | 13. Fac me tecum pie flere,
Crucifixo condolére,
Donec ego víxero. |
| 5. Quis est homo qui non fleret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplicio? | 14. Juxta crucem tecum stare,
Et me tibi sociáre
In planctu desídero. |
| 6. Quis non posset contristári,
Christi matrem contemplári
Doiéntem cum Fílio? | 15. Virgo vírginum praeclára,
Míhi jam non sis amára :
Fac me tecum plángere. |
| 7. Pro peccátis suae gentis,
Vidit Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum. | 16. Fac ut portem Christi mor-
tem,
Passiónis fac consórtem,
Et plagas recólere. |
| 8. Vidit suum dulcem natum
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum. | 17. Fac me plagis vulnerári,
Fac me cruce inebriári,
Et cruóre Fílii. |
| 9. Eia Mater, fons amóris,
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut tecum lúgeam. | 18. Flámmis ne urar succénsus,
Per te, Virgo, sim defénsus
In die judícii. |
| 10. Fac ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum,
Ut sibi compláceam. | 19. Christe, cum sit hinc exíre,
Da per Matrem me veníre
Ad palmam victóriæ. |
| 20. Quando corpus moriétur,
Fac ut ánimæ donétur
Paradísi glória. Amen. | |

2. Salve Crux sancta.*

1.

Salve Crux sancta, salve mundi gló-ri-a, Ve-
ra spes nostra, ve-ra fe-rens gáudi-a, Signum sa-lú-tis,
sa-lus in per-í-cu-lis, Vi-tá-le lignum vi-tám fe-rens
ó-mni-um. 2. Te a-do-rándam, te Cru-cem vi-ví-fi-
cam, Per te red-émpti, dulce de-cus saécu-li Semper
laudámus, semper tí-bi cá-ni-mus : Per lignum servi, per
tè sumus lí-be-ri. 3. O-ri-gi-ná-le crimen ne-cans in
Cru-ce, Nos a pri-vá-tis Christe munda má-cu-lis : Huma-
ni-tá-tem mi-se-rá-tus frá-gi-lem, Per Cru-cem sanctam

The image shows a musical score for the hymn 'Salve Crux sancta'. It consists of ten staves of music. The first staff begins with a large, bold initial 'S' followed by the lyrics 'alve Crux sancta, salve mundi gló-ri-a, Ve-'. The lyrics continue across the subsequent staves: 'ra spes nostra, ve-ra fe-rens gáudi-a, Signum sa-lú-tis, sa-lus in per-í-cu-lis, Vi-tá-le lignum vi-tám fe-rens ó-mni-um. 2. Te a-do-rándam, te Cru-cem vi-ví-fi-cam, Per te red-émpti, dulce de-cus saécu-li Semper laudámus, semper tí-bi cá-ni-mus : Per lignum servi, per tè sumus lí-be-ri. 3. O-ri-gi-ná-le crimen ne-cans in Cru-ce, Nos a pri-vá-tis Christe munda má-cu-lis : Huma-ni-tá-tem mi-se-rá-tus frá-gi-lem, Per Cru-cem sanctam'. The music is written in a simple, square-note style on a five-line staff.

164^o Pro diversis Temporibus et Festis.

la-pis do-na vé-ni-am. 4. Pró-te-ge, salva, bé-ne-díc,
 sanctí-fi-ca Pó-pu-lum cunctum Cru-cis per signá-cu-lum :
 Morbos avérte córpo-ris et á-nimae : Hoc contra signum
 nullum stet pe-rí-cu-lum. 5. Sit De-o Patri laus in
 Cru-ce Fí-li-i, Sit co-aequá-lis laus sancto Spi-rí-
 tu-i : Cí-vi-bus summis gáudi-um sit Ange-lis, Ho-nor
 sit mundo Cru-cis Exaltá-ti-o. A-men.

TEMPORE PASCHALI.

1. Christus resurgens.*


2. **C**hristus re-súr-gens * ex mór-tu-is, jam

Pro diversis Temporibus et Festis. 165*


non mó-ri-tur : mors il- li ul- tra non do-mi-ná-
 bi- tur : * Quod e-nim mór-tu-us est peccá-to, mór-tu-us
 est se-mel; quod au- tem vi- vit, vi- vit De- o,
 al-le- lú- ia, al- le-lú- ia. V. Di- cant nunc Ju-
 daé- i quó- mo- do mí- li- tes custo- di- én- tes se- púl- crum
 per- di- dé- runt Re- gem; ad lá- pi- dis po- si- ti- ó- nem qua- re
 non servá- bant Pe- tram ju- stí- ti- ae; aut se- púl-
 tum reddant, aut re- surgén- tem ad- ó- rent, no- bís- cum di-
 cén- tes. * Quod e- nim. Gló- ri- a Pa- tri, et Fí-
 li- o, et Spi- rí- tu- i San- cto. * Quod e- nim.

2. Salve festa dies.*

4.
S




Al-ve festa di-es, to-to ve-ne-rá-bi-lis aevo, Qua




De-us inférnum vi-cit et astra te-net.


Chorus repetit : Salve festa.



1. Ecce re-nascén-tis testá-tur grá-ti-a mundi Omni-a




cum Dómi-no do-na re-dísse su-o. Salve.




2. Namque tri-umphánti post trísti-a tárta-ra Chri-sto



Undique fronde nemus, grámi-na flo-re fa-vent. Salve.




3. Qui ge-nus humá-num cernens mersísse pro-fúndo, Ut




hómi-nem e-rí-pe-res, es quoque factus homo. Salve.


Pro diversis Temporibus et Festis. 167*




4. Trísti- a cessé-runt inférnae víncu-la le-gis, Expa-vít-




que cha-os . lúmi-nis o-ré premi. Salve.




5. Pol-lí-ci-tam sed redde fi-dem, pre-cor, alma pot-é- stas :




Tér-ti- a lux ré-di- it, surge se-púlte me-us. Salve.




6. Solve ca-te-ná-tas infér-ni cárce-ris umbras, Et ré-



vo-ca sursum quidquid ad ima ru- it. Salve.



7. Redde tu-am fá-ci- em, ví-de- ant ut saécu-la lu- men;



Redde di- em qui nos, te mo-ri- énte, fu- git Salve.


3. O filii.




Al- le- lú- ia, Al- le- lú- ia, Al- le- lú- ia.

Chorus repetit Allelúia.

168* Pro diversis Temporibus et Festis.




1. O fi- li- i et fi- li- ae, Rex cae- lé- stis, Rex gló- ri-
ae, Mór- te sur- ré- xit hó- di- e, Al- le- lú- ia.
Ṙ. Allelúia.




2. Et ma- ne pri- ma sáb- ba- ti, Ad ó- sti- um mo- nu- mén-
ti Ac- ces- sé- runt dí- scí- pu- li, Al- le- lú- ia.
Ṙ. Allelúia.



3. Et Ma- rí- a Magda- lé- ne, Et Ja- có- bi, et Sa- ló-
me, Ve- né- runt cor- pus ún- ge- re, Al- le- lú- ia.
Ṙ. Allelúia.




4. In al- bis se- dens An- ge- lus Prae- dí- xit mu- li- é- ri-
bus : In Ga- li- lae- a est Dó- mi- nus, Al- le- lú- ia.
Ṙ. Allelúia.



5. Et Jo- ánnes A- pó- sto- lus Cu- cúr- rit Pe- tro cí- ti-
us, Mo- nu- mén- to ve- nit pri- us, Al- le- lú- ia.
Ṙ. Allelúia.

Pro diversis Temporibus et Festis. 169*



6. Di- scí- pu- lis adstán- ti- bus, In mé- di- o ste- tit Chri-
stus, Di- cens: Pax vo- bis ó- mni- bus, Al- le- lú- ia.
R̃. Allelúia.




7. Ut in- tel- lé- xit Dí- dymus Qui- a sur- ré- xe- rat Je-
sus, Re- mán- sit fe- re dú- bi- us, Al- le- lú- ia.
R̃. Allelúia.



8. Vi- de Thoma, vi- de la- tus, Vi- de pe- des, vi- de ma-
nus, No- li es- se in- cré- du- lus, Al- le- lú- ia.
R̃. Allelúia.



9. Quando Thomas Chri- sti la- tus, Pe- des vi- dit atque ma-
nus, Di- xit: Tu es De- us me- us, Al- le- lú- ia.
R̃. Allelúia.



10. Be- á- ti qui non vi- dé- runt, Et fir- mi- ter cre- di- dé-
runt, Ví- tam ae- tér- nam ha- bé- bunt, Al- le- lú- ia.
R̃. Allelúia.

170* Pro diversis Temporibus et Festis.




11. In hoc fe- sto sanctís- si- mo Sit laus et ju- bi- lá- ti-
o, BE- NE- DI- CÁ- MUS DÓ- MI- NO, Al- le- lú- ia.
R. Allelúia.














12. Ex qui- bus nos hu- míl- li- mas De- vó- tas atque dé- bi-
tas DÉ- O di- cá- mus GRÁ- TI- AS, Al- le- lú- ia.
R. Allelúia.

4. Exsultemus.*




3.
E Xsultémus et laetémur hó-di- e, Di- es iste, di- es
est laetí- ti- ae : * Alle- lú- ia, re- surré- xit Dómi- nus.
2. Exsultánda et laetánda tempus est : Pascha nostrum im-
mo- lá- tus Agnus est. * Alle- lú- ia, re- surré- xit Dómi-
nus. 3. Timor absit, absit despe- rá- ti- o : Jam il- lúxit Chri-

Pro diversis Temporibus et Festis. 171*



172* Pro diversis Temporibus et Festis.




lú-ia, re-surré-xit Dómi- nus. 9. Ab ínfe-ris nunc re-dit
 ca-ptí-vi-tas : Omnes DE-O re-fe-rámus GRÁTI- AS. * Alle-
 lú-ia, re-surré- xit Dómi- nus.

IN ASCENSIONE DOMINI.


Omnes gentes. *

4.




A L-le-lú- ia : * Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
Chorus repetit Allelúia.

Ps. 46.




O -mnes gentes pláudi-te má-ni-bus : ju-bi-lá-te De- o
 in vo-ce exsulta-ti ó-nis. * Alle-lú-ia, al-le- lú-ia.


V. Quó-ni- am Dómi-nus excélsus, terrí- bi- lis : rex magnus
 super omnem terram. Alle-lú- ia : * alle-lú-ia, al-le- lú-ia.



Pro diversis Temporibus et Festis. 173*




∇. Subjé-cit pópu-los no-bis : et gentes sub pé-di-bus nostris.




* Alle-lú-ia, al-le-lú-ia.



∇. E-lé-git nobis he-re-dí-tá-tem su-am : spé-ci-em Ja-cob
quam di-lé-xit. Alle-lú-ia : * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.




∇. Ascéndit De-us in jú-bi-lo : et Dóminus in voce tubae.




* Alle-lú-ia, al-le-lú-ia.



∇. Psál-li-te De-o nostro, psáll-i-te : psál-li-te re-gi nostro, psál-
li-te. Alle-lú-ia : * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.




∇. Quó-ni-am rex omnis terrae De-us : psál-li-te sa-pi-énter.




* Alle-lú-ia, al-le-lú-ia.


174* Pro diversis Temporibus et Festis.




∇. Regná-bit De-us super gentes : De-us sedet super sedem



sanctam su-am. Alle-lú-ia : * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.




∇. Prínci-pes popu-ló-rum congre-gá-ti sunt cum De-o Abra-



ham : quóni-am di-i fortes terrae ve-heménter e-le-vá-ti




sunt. * Alle-lú-ia, al-le-lú-ia.




∇. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.



Alle-lú-ia : * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.



∇. Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in



saecu-la saecu-ló-rum. Amen. * Alle-lú-ia, al-le-lú-ia. R̄. Al-



le-lú-ia : * alle-lú-ia, al-le-lú-ia.

IN FESTO PENTECOSTES.

1. Veni Sancte.

I.

V

E-ni Sancte Spí-ri-tus, Et emít-te caé-li-tus Lu-
 cis tu-ae rá-di-um. 2. Ve-ni pa-ter páu-pe-rum, Ve-ni da-tor
 mú-ne-rum, Ve-ni lumen cór-di-um. 3. Conso-lá-tor ó-pti-
 me, Dulcis hospes á-ni-mae, Dulce refri-gé-ri-um. 4. In labó-
 re ré-qui-es, In aestu tempé-ri-es, In fle-tu so-lá-ti-um.
 5. O lux be-a-tís-si-ma, Reple cordis ínti-ma Tu-ó-rum fi-
 dé-li-um. 6. Si-ne tu-o nú-mi-ne, Ni-hil est in hómo-ne,
 Ni-hil est innó-xi-um. 7. Lava quod est sór-di-dum, Ri-ga

176* Pro diversis Temporibus et Festis.



quod est á-ri-dum, Sa-na quod est sáuci-um. 8. Flecte quod
 est rí-gi-dum, Fo-ve quod est frí-gi-dum, Re-ge quod est dé-
 vi-um 9. Da tu-is fi-dé-li-bus, In te con-fi-dé-nti-bus, Sa-
 crum septe-ná-ri-um. 10. Da virtú-tis mé-ri-tum, Da sa-lú-tis
 éx-i-tum, Da per-énne gáudi-um. A-men, Alle-lú-ia.


2. Qui procedis. *

1. et 2.




QUI pro-cé-dis ab utróque, Ge-ni-tó-re Ge-ni-tó-que,
 Pá-ri-ter Pa-rácli-te. 2. Redde linguas e-loquéntes, Fac fervén-
 tes in te mentes Flamma tu-a dí-vi-te. 3. Amor Patris Fi-
 li-í-que, Par ambó-rum, et utrí-que Compar et consími-


Pro diversis Temporibus et Festis. 177*



lis. 4. Cuncta replet, cuncta foves, Astras re-gis, caelum




mo- ves, Pérma-nens immó-bi-lis. 5. Lumen ca-rum, lumen cla-




rum, Interná-rum te-ne-brá-rum Effugas ca-lí-gi-nem. 6. Per




te mundi sunt mundá-ti : Tu peccá-tum, tu pec-cá-ti Dó-




stru- is ru-bí-gi-nem. 7. Ve-ri-tá-tem no-tam fa-cis, Et osténdis




vi- am pa-cis, Et i-ter justí-ti-ae. 8. Perversó-rum corda



vi-tas, Et bonó-rum corda dí-tas Mú-ne-re sci-énti-ae. 9. Te




do-cénte nil ob-scú-rum, Te regénte nil impú-rum Sub tu- a




praesénti- a. 10. Glo-ri- á-tur mens ju- cúnda Per te laeta; per


178* Pro diversis Temporibus et Festis.




te munda Gaudet consci- énti- a. 11. Tu commú-tas e-lemén-




ta : Per te su- am sacraménta Ha-bent ef-fi-cá-ci- am. 12. Tu




no-cí-vam vim re-pél-lis, Tu confú-tas et re-fél-lis Hósti- um ne-




quí-ti- am. 13. Quando ve-nis, corda le-nis : Quando sub-is,




atrae nu-bis Effu-git ob-scú-ri-tas. 14. Sa-cer ignis, cor fi-




dé-lis Intus u-ris, et a cu-ris Purgas, quando ví-si-tas.




15. Mentis pri- us impe-rí- tas Et so-pí- tas et oblí- tas Eru-



dis et éxci- tas. 16. Foves linguas, formas so- num; Cor ad




bo- num fa- cit pro- num A te da- ta cá- ri- tas. 17. O juvámen



oppressó- rum, O so- lámen mi- se- ró- rum, Páu- pe- rum re- fú-

Pro diversis Temporibus et Festis. 179*



gi- um. 18. Da contéptum terre-nó-rum, Ad amó-rem su-per-



nó-rum Tra-he de-si-dé-ri- um. A-men.

IN FESTO SS. TRINITATIS
ET IN DOMINICIS PER ANNUM.

1. Duo Seraphim. *

I.

D


U- Ó Sé- raphim * cla-má-bant al-ter ad ál-te-




rum : * San- ctus, San- ctus, San- ctus



Dó-mi-nus De- us Sá-ba- oth : † Ple-na est o- mnis





ter- ra gló- ri- a e- jus. ∇. Tres sunt qui te-








stimó-ni- um dant in cae- lo, Pa-ter, Vérbum, et Spí- ri-tus


180* Pro diversis Temporibus et Festis.



2. Adesto sancta Trinitas.



Pro diversis Temporibus et Festis. 181*



lumen cré-dimus, Quod et ter i-dem có-limus : Alpha et
Omé-ga quem dí-cimus, Te laudat o-mnis spí-ri-
tus. 5. Laus Patri sit ingé-ni-to Laus e-jus U-ni-gé-
ni-to : Laus sit sancto Spi-rí-tu i, Tri-no De-o
et símpli-ci. A-men.


3. Pacem tuam. 146*.

4. Pax aeterna. 206*.

IN SOLEMNITATE S. JOSEPH.


1. Iste quem laeti.

8.




I -ste, quem lae-ti có-limus fi-dé-les, Cu-jus excél-
sos cá-nimus tri-úm-phos, Hac dí-e Jo-seph mé-ru-it per-
énnis Gáudi-a vi-tae. 2. O nimis fe-lix, nimis o be-á-


182* Pro diversis Temporibus et Festis.




tus! Cu-jus extrémam ví-gi-les ad ho-ram Christus et Vir-




go simul asti-té-runt O-re se-ré-no. 3. Hinc sty-gis vi-




ctor, lá-que-o so-lú-tus Carnis, ad se-des plá-ci-do so-pó-re




Migrat aetérnas, ru-ti-lísque cingit Témpo-ra ser-tis. 4. Er-




go regnántem fla-gi-témus omnes Adsit, ut no-bis, ve-ni-ám-




que nostris Obtí-nens cul-pis, trí-bu-at su-pérnae Mú-ne-ra



pa-cis 5. Sint ti-bi plau-sus, ti-bi sint ho-nó-res, Tri-ne qui



regnas De-us, et co-ró-nas Aure-as ser-vo trí-bu-is fi-



dé-li Omne per aevum. A-men.

Pro diversis Temporibus et Festis. 183*

2. O felicem virum.*

I.
O



fe-lí-cem vi-rum * be-á-tum Jo-seph! cu-i da-tum
est De-um, quem multi re-ges vó-lu-é-runt vi-dé-re, et
non vi-dé-runt, audí-re, et non audi-é-runt, non so-lum vi-
dé-re, et audí-re, sed portá-re et complé-cti, de-óscu-
lá-ri, vestí-re et custo-dí-re.


Litaniae.*

K




Y-ri-e e-lé-i-son. *ij.* Christe e-lé-i-son. *ij.* Ký-ri-e
e-lé-i-son. *ij.* Christe audi nos. *ij.* Christe exáudi nos. *ij.*

184* Pro diversis Temporibus et Festis.



Pa- ter de cae- lis De- us, mi-se-ré-re no-bis.
 Fi- li Redémptor mun-di De- us, mi-se-ré-re no-bis.
 Spí- ri- tus Sancte De- us, mi-se-ré-re no-bis.
 Sancta Trí-ni- tas u- nus De- us, mi-se-ré-re no-bis.




1. Sancta Ma- rí- a, o-ra pro no-bis.
 2. San- cte Jo- seph, o-ra pro no-bis.




- | | | | |
|-----------------------|------|---------------|------------------|
| 3. Pro-les Da- | vid | ín- cly- ta, | o-ra pro no-bis. |
| 4. Lumen Patri- | ar- | chá- rum, | o-ra pro no-bis. |
| 5. Dei Genitrí- | cis | spon-se, | o-ra pro no-bis. |
| 6. Custos pudí- | cae | Vír-gi- nis, | o-ra pro no-bis. |
| 7. Fílii Dei | nu- | trí- ci- e, | o-ra pro no-bis. |
| 8. Christi defén- | sor | sé- du- le, | o-ra pro no-bis. |
| 9. Almae Famíli- | ae | prae-ses, | o-ra pro no-bis. |
| 10. Joseph | ju- | stís-si- me, | o-ra pro no-bis. |
| 11. Joseph | ca- | stís-si- me, | o-ra pro no-bis. |
| 12. Joseph pru- | den- | tís- si- me, | o-ra pro no-bis. |
| 13. Joseph | for- | tís- si- me, | o-ra pro no-bis. |
| 14. Joseph obedi- | en- | tís- si- me, | o-ra pro no-bis. |
| 15. Joseph fi- | de- | lís- si- me, | o-ra pro no-bis. |
| 16. Spéculum pa- | ti- | én- ti- ae, | o-ra pro no-bis. |
| 17. Amátor pau- | per- | tá- tis, | o-ra pro no-bis. |
| 18. Exémplar | o- | pí- fi- cum, | o-ra pro no-bis. |
| 19. Domésticae vi- | tae | de- cus, | o-ra pro no-bis. |
| 20. Cu- | stos | Vír-gi- num, | o-ra pro no-bis. |
| 21. Familiá- | rum | có- lu- men, | o-ra pro no-bis. |
| 22. Solátium mi- | se- | ró- rum, | o-ra pro no-bis. |
| 23. Spes ae- | gro- | tán- ti- um, | o-ra pro no-bis. |
| 24. Patróna mo- | ri- | én- ti- um, | o-ra pro no-bis. |
| 25. Ter- | ror | daé- mo- num, | o-ra pro no-bis. |
| 26. Protéctor sanctae | Ec- | clé- si- ae, | o-ra pro no-bis. |

Pro diversis Temporibus et Festis. 185*



Agnus De- i, qui tol- lis peccá- ta mundi, parce no- bis
 Agnus De- i, qui tol- lis peccá- ta mundi, exáu- di nos
 Agnus De- i, qui tol- lis peccá- ta mundi, mi- se- ré- re



Dómi- ne.
 Dómi- ne.
 no- bis.

∇. Constituit eum dómimum domus suae.
 √. Et princípem omnis possessiónis suae.


Orémus.

Oratio.

DEus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimae Genitrícis tuae sponsum elígere dignátus es : † praesta, quaesumus; ut quem protectórem venerámur in terris, * interces- sórem habére mereámur in caelis : qui vivis et regnas in saécula saeculórum. Amen.


IN FESTO SS. CORDIS JESU.

1. Litaniae.*




K

Y-ri- e e- lé- i- son. ij. Christe e- lé- i- son. ij. Ký-ri- e




e- lé- i- son. ij. Christe audi nos. ij. Christe exáudi nos. ij.




Pa- ter de cae- lis De- us, mi- se- ré- re no- bis.
 Fi- li Red- émp- tor mundi De- us, mi- se- ré- re no- bis.
 Spí- ri- tus San- cte De- us, mi- se- ré- re no- bis.
 Sancta Trí- ni- tas ú- nus De- us, mi- se- ré- re no- bis.

186* Pro diversis Temporibus et Festis.




1. Cor Je-su, Fí-li- i Patris aetér- ni, mi-se-ré-re no- bis.




- | | | | |
|------------------------------------|------|---------|--------|
| 2. Cor Je-su, in sinu Virginitatis | | | |
| 3. Cor Je-su, in Sinu | for- | má- | tum, |
| 4. Cor Je-su, in Sinu | u- | ní- | tum, |
| 5. Cor Je-su, in Sinu | fi- | ní- | tae, |
| 6. Cor Je-su, in Sinu | i | san- | ctum, |
| 7. Cor Je-su, in Sinu | Al- | tís- | si- |
| 8. Cor Je-su, in Sinu | ta | cae- | li, |
| 9. Cor Je-su, in Sinu | ri- | tá- | tis, |
| 10. Cor Je-su, in Sinu | ce- | ptá- | cu- |
| 11. Cor Je-su, in Sinu | re | ple- | num, |
| 12. Cor Je-su, in Sinu | a- | býs- | sus, |
| 13. Cor Je-su, in Sinu | di- | gníssi- | mum, |
| 14. Cor Je-su, in Sinu | um | cór- | di- |
| 15. Cor Je-su, in Sinu | sci- | én- | ti- |
| 16. Cor Je-su, in Sinu | ni- | tá- | tis, |
| 17. Cor Je-su, in Sinu | com- | plá- | cu- |
| 18. Cor Je-su, in Sinu | ac- | cé- | pi- |
| 19. Cor Je-su, in Sinu | ter- | nó- | rum, |
| 20. Cor Je-su, in Sinu | ri- | cór- | di- |
| 21. Cor Je-su, in Sinu | vo- | cant | te, |
| 22. Cor Je-su, in Sinu | cti- | tá- | tis, |
| 23. Cor Je-su, in Sinu | tis | no- | stris, |
| 24. Cor Je-su, in Sinu | op- | pró- | brí- |
| 25. Cor Je-su, in Sinu | ra | no- | stra, |
| 26. Cor Je-su, in Sinu | ens | fa- | ctum, |
| 27. Cor Je-su, in Sinu | fo- | rá- | tum, |
| 28. Cor Je-su, in Sinu | ti- | ó- | nis, |
| 29. Cor Je-su, in Sinu | o | no- | stra, |
| 30. Cor Je-su, in Sinu | o | no- | stra, |
| 31. Cor Je-su, in Sinu | ca- | tó- | rum, |
| 32. Cor Je-su, in Sinu | spe- | rán- | ti- |
| 33. Cor Je-su, in Sinu | ri- | én- | ti- |
| | rum | ó- | mni- |
| | | | um, |


Pro diversis Temporibus et Festis. 187*




Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mun-di, parce no-bis



Dómi-ne. Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mun-di,



ex-áudi nos, Dómi-ne. Agnus De- i, qui tol-lis peccá-



ta mun-di, mi-se-ré-re no-bis.

∇. Jesu mitis et húmilis Corde.

℞. Fac cor nostrum secúndum Cor tuum.


Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, réspice in Cor dilectíssimi Filii tui, et in laudes et satisfactiões quas in nómine peccatórum tibi persólvit, † íisque misericórdiam tuam peténtibus, Tu véniam concéde placátus, * in nómine ejúsdem Fílii tui Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. Amen.

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTAE.


Quis olim. *

I.



Q

uis o-lim hic e-rit Pu-er qui násci-tur? Quae se jam



éxe-rit, Quid o-pe-rá-bi-tur De- i pot-énti- a? 2. Nascénte

188^o Pro diversis Temporibus et Festis.

fi-li-o, Vox patri réddi-tur; De-i consí-li-o Ma-ter im-
 bú-i-tur; Stu-pet vi-cí-ni-a. 3. Sit ple-num gáudi-um Ad haec
 na-tá-li-a : Non i-rae fi-li-um Matris fe-lí-ci-a Emíttunt
 vísce-ra. 4. Du-cem ne quaé-ri-te Hu-jus infánti-ae : Ex
 alto trá-di-tae Est ple-nus grá-ti-ae, Qui su-gít ú-be-ra.
 5. Prophé-ta násci-tur No-vus Altíssimi : Praecúrsor ó-ri-tur
 Jam So-lis pró-ximi, Orbem qui ví-si-tat. 6. En ple-bis cér-
 ti-or Adest red-émpti-o : De-us pro-pínqui-or, E-récto
 só-li-o, Dá-vi-dem súsci-tat. 7. Audí-te pópu-li, Gentes at-
 téndi-te, Ad vo-cem fámu-li, Pa-réntur sémitae Rectó-ri

Pro diversis Temporibus et Festis. 189*

génti- um. 8. Illum excí- pi- ent De- sérta Dómi- ni : Montes
 subsí- li- ent; Vos imple- bími- ni, Pro- fúnda vál- li- um. 9. Quin
 ipse vé- ni- et Ad aquas Dómi- nus : Caput subjí- ci- et Qui
 sa- cri térmi- nus Est mi- nisté- ri- i. 10. Jo- ánnes mít- ti- tur;
 Lex fi- nēm ácci- pit : Vim caelum pá- ti- tur : Ab hoc jam inci-
 pit Vox Evangé- li- i. 11. Hanc aures dó- ci- les Ut vo- cem
 áudi- ant, Ut mentes húmi- les Hanc, Christe, cá- pi- ant,
 Frange du- rí- tí- am. 12. In hoc ne ségni- ter Laetémur lúmi-
 ne, Tra- he nos fórti- ter A Va- tis flúmi- ne Ad tu- am grá-
 tí- am. A- men.

IN FESTO SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

1. Roma Petro gloriatur. *

Roma Petro glo-ri- é-tur, Roma Paulum ve-ne-ré-tur

Pa-ri re-ve-ré-n-ti- a; 2. Imo to-ta jo-cundé-tur, Et jo-cúndis

oc-cu-pé-tur Láudi-bus Ecclé-si- a. 3. Hi sunt e-jus funda-

ménta, Funda-tó-res, fulciménta, Ba-ses, e-pistý-li- a. 4. Í-dem


saga, qui cortí-nae, Pel-les templi ja-cinthí-nae, Scyphi, sphe-

rae, lí-li- a. 5. Hi sunt nu-bes cor-uscántes, Terram cor-dis


irri-gántes Nunc ro-re, nunc plú-vi- a; 6. Hi praecó-nes no-

vae le-gis, Et ductó-res no-vi gre-gis Ad Chri-sti prae-sé-


Pro diversis Temporibus et Festis. 191*




pi- a. 7. La-bó-rum só-ci- i Tri-tú-rant á-re- am, In spe




de-ná-ri- i Co-léntes ví-ne- am. 8. Hic venti-lánti- bus, Se-




cé-dit pá-le- a, No-vísque frú-gi- bus Repléntur hórre- a.



9. Ipsi montes appel-lántur : Ipsi pri- us il-lustrántur Ve-ri




so- lis lúmi- ne. 10. Mi- ra vir- tus est e- ó- rum : Firmaménti




vel cae- ló- rum De- signántur nómi- ne. 11. Fugam morbis ím-



pe- rant, Le- ges mortis sú- pe- rant, Effugant daemó- ni- a. 12. De-




lent i- do- látri- am, Re- is praebent vé- ni- am, Mí- se- ris so- lá-




ti- a. 13. Laus commú- nis est ambó- rum, Quum sint tamen


192* Pro diversis Temporibus et Festis.




singu-ló-rum Digni- tá-tes própri- ae. 14. Petrus prae-it prin-




ci-pá-tu, Paulus pol-let ma-gistrá-tu To-tí- us Ecclé- si- ae.




15. Princi-pá-tus u-ni da-tur, U-ni-tásque commendá-tur Fí-




de- i cathó-licae; 16. Unus cortex est granó-rum, Sed haec




u-na vis multó-rum Sub e- ó-dem córti-ce. 17. Ro-mam con-



vé-ne-rant Sa- lú- tis nún- ti- i, U-bi plus nó-ve-rant In-esse



ví-ti- i, Ni-hil disciplí-nae. 18. In-sí-stunt ví-ti- is Fi- dé- les




mé-di- ci; Ví-tae remé-di- is Obstant phre-né-ti-ci, Fá-tu- i




doctrí-nae. 19. Facta Christi menti- ó-ne, Simon magus cum


Pro diversis Temporibus et Festis. 193*




Ne-ró-ne Conturbántur hoc sermó-ne, Nec ce-dunt Apó-sto-




lis. 20. Languor ce-dit, mors o-bé-dit, Magus cre-pat, Roma




cre-dit, Et ad vi-tam mundus re-dit, Repro-bá-tis í-do-lis.




21. Ne-ro frémit sce-le-rá-tus, Ma-gi morte de-so-lá-tus, Cu-jus




error e-i gra-tus, Grave praeci-pí-ti-um. 22. Bel-la-tó-res




prae-e-lécti Non a fi-de possunt flecti; Sed in pugna stant



e-récti, Nec formí-dant glá-di-um. 23. Petrus, haeres verae




lu-cis, Fert invérsus poenam cru-cis, Paulus ictum pu-gi-ó-




nis : Nec di-vérsae passi-ó-nis Sunt di-vérsa praérni-a.


194* Pro diversis Temporibus et Festis.



24. Patres summae digni-tá-tis, Summo Re-gi conregná-tis :




Vincla nostrae pra-vi-tá-tis Solvat vestrae pot-está-tis Ef-fi-




cax sentén-ti-a. A-men.

2. Dum duceretur.*

5.




DUM du-ce-ré-tur* Pe-trus Apó-sto-lus ad




cru-cem, replé-tus gáudi-o ma-gno, di-xit: Non




sum di-gnus i-ta esse in cru-ce, sic-ut Dó-mi-nus



me-us, qui de Spí-ri-tu Sancto concé-ptus est, me au-




tem de limo ter-rae i-pse formá-vit: nam crux




me-a caput me-um in ter-ra de-bet osténde-re. At


Pro diversis Temporibus et Festis. 195*




il-li verté-runt cru- cem, et pedes e-jus sursum con-fi-xé-




runt, ma-nus ve-ro de-ór-sum. Dum es-set Pe-trus




in cru-ce, ve-nit tur-ba mul-ta ma-le-dí-cens Caé-




sa-rem, et fe-cé-runt planctum magnum ante cru-cem. Pe-




trus exhorta-bá-tur e-os de cru-ce, di-cens : No-lí-te fle-




re, sed gaudé-te me-cum, qui-a ego hó-di-e vado vo-



bis pa-rá-re lo-cum. Et cum hoc di-xísset, a-it :




Grá-ti-as ti-bi ago pas-tor bo-ne, qui-a o-ves quas tra-di-



dísti mi-hi, com-pa-ti-ún-tur me-cum : pe-to namque

196* Pro diversis Temporibus et Festis.




ut parti-ci-pén- tur me- cum de grá-ti- a tu- a in
sem- pi- tér- num.

IN DEDICATIONE S. MICHAELIS ARCHANGELI.

Te sanctum.*

I.



T E sanctum Dó- mi- num * in excél- sis
laudant o- mnes An- ge- li di- cén- tes : * Te
de- cet laus et ho- nor Dómi- ne.
∇. Ché-ru-bim quoque et Sé- raphim, San- ctus,
San- ctus, Sanctus pro-clá- mant, et o- mnis caé- li- cus
or- do di- cén- tes : * Te. Gló- ri- a Pa- tri, et



Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i Sancto. * Te

PRO FIDELIBUS DEFUNCTIS.

1. Congregati sunt. *

Ry. I.

Congregá- ti sunt, De- us, * ad devo-rán-

dum me - - - - se-du- ctó- res me- i, scripta te-nén-tes


ma- la quae ges- si. Ergo vo-ci-fe-rán- tur di-céntes :

De- us de-re- líquit e- um, persequí- ni et compre- hén-

di- te e- um : qui- a non est qui lí- be- ret e- um.

* De- us me- us, ne e- longé- ris a me, De- us me- us, in

auxí- li- um me- um ré- spi- ce : De- us me- us, in ad-



198* Pro diversis Temporibus et Festis.

ju-tó-ri-um me- um in-tén-de.

∇. De-lícta juventú-tis me- ae ne memí-ne-ris, Dó-
mi-ne, et ne avér-tas fá-ci-em tu- am a
me: quó-ni-am trí-bu-lor, ve-ló-ci-ter exáudi
me, Dó-mi-ne. * De-us me- us.

∇. Réqui-em ae-tér-nam do-na e-is Dó- mi-ne:
et lux per-pé-tu-a lú-ce-at e-is. Deus meus.

2. Languentibus.*


6.

Languénti-bus in Purga-tó-ri-o, Qui purgántur
ardó-re ními-o, Et torquéntur gra-vi supplí-ci-o, Sub-


Pro diversis Temporibus et Festis. 199*




vé-ni-at tu-a compássi-o : O Ma-rí-a! 2. Fons es pa-tens




qui culpas áblu-is, Omnes juvas et nullum réspu-is : Ma-




num tu-am exténde mórtu-is, Qui sub poenis languent con-




tí-nu-is : O Ma-rí-a! 3. Ad te pi-e suspí-rant mórtu-




tu-i, Cu-pi-éntes de poenis é-ru-i, Et ad-ésse tu-o




conspéctu-i, Aeternísque gáudi-is pérfru-i : O Ma-




rí-a! 4. Geménti-bus Ma-ter accé-le-ra, Pi-e-tá-tis ostén-



de vísce-ra : Il-los Je-su per su-a vúlne-ra Ut sa-ná-re




digné-tur ímpetra : O Ma-rí-a! 5. Tu ve-ra spes ad te




clamánti-um : Ad te clamat turba so-dá-li-um, Pro frátri-


200* Pro diversis Temporibus et Festis.




bus ut pla-ces Fí-li-um, Et caeléste det e- is praémi-um :




O Ma-rí-a! 6. Fac lácrimae quae bo-na réspi-cis, Quas




fúndimus ad pe-des Jú-di-cis, Mox exstinguant vim flammae




víndi-cis, Ut jungántur cho-ris angé-li-cis : O Ma-rí-a!



7. Et cum fi- et stricta discússi- o, In treméndo De- i ju-



dí-ci- o, Ju-di-cánti súpli-ca Fí-li- o, Ut cum Sanctis sit




no-bis pórti- o : O Ma-rí-a! A-men.


IN FESTO S. MARTINI.

Gaude Sion. *

8.




G aude Si- on, quae dí- em ré-co- lis, Qua Martí-nus,




compar Apósto- lis, Mundum vin- cens, junctus cae-lí-co- lis


Pro diversis Temporibus et Festis. 201*




Co-roná tur. 2. Hic Martínus, pauper et mó-di-cus, Servus



prudens, fidé-lis víl-li-cus, Caelo di- ves, ci-vis angé-li-cus




Sublimá-tur. 3. Hic Mar-tí-nus, jam ca-techú-men-us Nu-dum



vestit, et nocte pró-ti-nus In sequé-nti, hac veste Dó-mi-



nus Est indú-tus. 4. Hic Martí-nus, spernens mi-lí-ti-am,



In-imí-cis in-érmis óbvi-am Ire pa-rat, baptísmi grá-




ti-am Asse-cú-tus. 5. Hic Martí-nus, dum offert hó-sti-am,




Intus ardet per De-i grá-ti-am : Supér-sedens appá-ret


202* Pro diversis Temporibus et Festis.




é-ti-am Glóbus ignis. 6. Hic Martí-nus, qui caelum ré-se-




rat, Ma-ri prae-est et terris ímpe-rat, Morbos sanat et mon-




stra súde-rat, Vir in-sígnis. 7. Hic Martí-nus, nec mo-ri tí-




mu-it, Nec vivén-di labó-rem réspu-it, Sicque De-i se




to-tum tríbu-it Vo-lun-tá-ti. 8. Hic Martí-nus, qui nul-li nó-



cu-it, Hic Martí-nus, qui cunctis pró-fu-it, Hic Martí-nus,



qui trinae plá-cu-it Ma-jes-tá-ti. 9. Hic Martí-nus, qui fana



déstru-it, Qui gentí-les ad fí-dem ímbu-it, Et de qui-bus

Pro diversis Temporibus et Festis. 203*


e- os instí-tu- it, Ope-rá-tur. 10. Hic Martí-nus, qui tri-bus
mórtu- is Mé-ri- tis dat vi- tam praeci- pu- is : Nunc mo- méntis
De- um contí- nu- is Contemplá- tur, 11. O Martí- ne, pastor,
egrégi- e, O caeléstis consors mi- lí- ti- ae, Nos a lu- pi
de- féndas rábi- e Saevi- éntis. 12. O Mar- tí- ne, fac nunc
quod gésse- ras, De- o pre- ces pro no- bis óffe- ras, Esto me-
mor, quam nunquám dé- se- ras Tu- ae gentis. A- men.

IN DEDICATIONE ECCLESIAE.


1. Jerusalem et Sion. *

5. **J**
E- rú- sa- lem et Sí- on fí- li- ae. Coetus omnis fi- dé-


204* Pro diversis Temporibus et Festis.




lis cú-ri-ae, Me-los pangant ju-gis lae-tí-ti-ae : Alle-lú-ia.




2. Christus e-nim, norma justí-ti-ae, Matrem nostram despón-




sat hó-dí-e, Quam de la-cu tra-xit mi-sé-ri-ae, Ecclé-si-am.




3. Hanc sánguine et aquae mú-ne-re, Dum pénde-ret in cru-




cis árbo-re, De própri-o pro-dú-xit lá-te-re De-us homo.




4. Forma-ré-tur ut sic Ecclé-si-a, Fi-gu-rá-tur in prima



fémi-na, Quae de costis Adae est é-di-ta Ma-ter He-va.




5. He-va fu-it novérca póste-ris: Haec est ma-ter e-lécti gé-




ne-ris, Vi-tae pa-rens, a-sý-lum mí-se-ris, Et tu-té-la. 6. Haec


Pro diversis Temporibus et Festis. 205*




est cymba qua tu-ti vé-himur, Hoc o-ví-le quo tecti cón-




dimur : Haec co-lúmna qua firmi ní-timur Ve-ri-tá-tis.




7. O so-lémnis festum lae-tí-ti-ae, Quo u-ní-tur Christus Ec-



clé-si-ae, In quo nostrae sa-lú-tis núpti-ae Ce-lebrántur.




8. Justis inde solvúntur praémi-a La-pis autem do-ná-tur




vé-ni-a : Et sanctó-rum augéntur gáudi-a Ange-ló-rum.



9. Ab aetérno fons sa-pi-énti-ae, Intú-i-tu so-lí-us grá-




ti-a, Sic praevi-dit in re-rum sé-ri-e Haec fu-tú-ra.




10. Christus jungens nos su-is núpti-is, Recre-á-tos ve-ris

206* Pro diversis Temporibus et Festis.




de-lí-ci-is, Inte-rése fá-ci-at gáudi-is E-lectó-rum.




A-men.

2. Pax aeterna.*




P AX ae-térna ab Aetérno hu-ic dómu-i.



Pax pe-rénis, Verbum Patris, sit pax hu-ic




dó-mu-i. Pa-cem pi-us conso-lá-tor hu-ic



praestet dó-mu-i.

PRO APOSTOLIS ET EVANGELISTIS.


Salve turba duodena.*




S Alve turba du-o-dé-na Christi fratrum, De-o ple-

na, Fundatrix Ec-clé-si-ae. 2. Salve sa-cer o se-ná-tus, Cu-
 jus omnis mundi sta-tus Súbdi-tur sen-tén-ti-ae. 3. Non jam
 servi, sed amí-ci : Quae non de-bent servis di-ci, Christi
 nostis áb-di-ta. 4. Vos e-lé-git ut i-ré-tis, Et cum fructu
 re-di-ré-tis, Pa-ce mundo trá-dí-ta. 5 Semi-nástis cum do-
 ló-re : Fruges amplas cum ma-jó-re Messu-ístis gáudi-o.
 6. Fi-di Christo permansístis : E-jus causa pertu-lístis Esse
 cunctis ó-di-o. 7. Mundi vi-les et despécti, Jam se-dé-tis
 prae-e-lé-cti Na-ti-ónum jú-di-ces. 8. Ergo sursum aggre-


208* Pro diversis Temporibus et Festis.




gá-ti, Et ho-nó-re co-ro-ná-ti, Nos audí-te súppli-ces.



9. Grandis vi-a no-bis restat, Di-rus hostis nos in-féstat, Gra-



ve ma-net praé-li-um. 10. Per vos recte gra-di-ámur, Ut




victó-res assequámur Juge cae-li praémi-um. A-men.

IN VARIIS NECESSITATIBUS.

Parce Domine. *

Ant.

I.



P Ar-ce Dómi- ne, * par-ce pó-pu-lo tu- o,



quem re-demísti, Christe, sángu-i-ne tu- o :




ut non in aetér-num i-rascá-ris no- bis.


POST BENEDICTIONEM.

1. Te decet laus.


I
transp.



T E de-cet laus, * te de-cet hymnus, ti-bi gló-ri a




De-o Patri et Fí-li-o, cum Sancto Spí-ri-tu, in saéc-u-




la saecu-ló- rum. A- men.

2. Alter tonus.


2.
